33 Quib. etiam si sit, vt opinio Navarra. in Manuali. 17. n. 202. ad fin. dum censet, quod quando publicanus petit ab aliquo, vt intoret, vendiderit, & quantum vendiderit, vt inde collet, quantum tribui debeat, non tenetur iurare, adque in onus suo conscientie recipere, sed satis esse si dicat se paratum esse solvere, & quocumque publicanus probaverit ipsum debere, vera quidem minime sit, sed potius fictitium, hoc sane est, & contrarium præd. ill. his de rebus statutis: vt recte inquit Molina Theolog. d. 3. part. de iustitia & iur. dispensatio 674. colum. 875. idem etiam quod Navarra. & resoluens, quod hic interrogatus, cogetur in foro exteriori solvere quantum publicanus petierit, esto publicanus id non prebet, nisi sub iure iurando assinet, quam, & quato pretio ea vendiderit, quod si legem fuerit transgressus, non manifestando illas tempore congruo, eas amittet, aut in altam penam legi statutam incidet, & contra Navarra. tenent etiam Cortion sua summa de casu de conscientia, quæstio. 195. instr. ill. conscientia. 2. parte, cap. 37. columna 282. & cum eo Emanuel. Kollig. in sua summa. 1. n. 673. n. 4.

34 Secundo limitatur præd. nostra sententia affirmativa, & communis, vt non procedat: Quando el arrendador, es el, o cogedor, que oniere de cobrar las alcavalas noniure ubi supra. pugnans publicamente por las plazas, y alcavalas, y otros lugares asy sembrados, como es arrendador, si el, o cogedor, y donde mora, y pofa iuxta formam dict. l. 120. del Quaderno, hodie l. 3. tit. 19. libro 9. nouæ collect. Reg. Porque la misma ley de tal manera obliga a los vendedores a manifestar sus ventas para que sobre de ellos el alcavalas que primero obliga al arrendador, si el, o cogedor, a que haga la dicha diligencia. Porque los vendedores no se puedan excusar de pagar las alcavalas, que desean, y para que oyan a se lo hazer saber en la dicha cosa que sunnalar: y manda, que hecho el pregon, los vendedores se an obligados donde en adelante a hazerles saber lo que auieren vendido venderem. Ergo a contrario sensu, diligencia præd. omnia, poterunt bene se excusare venditores a solutione gabellæ. Præterea, ablatius ille abolutus Hicho el pregon, inducit conditionem, iuxta l. de testatore, & ibi glossa, & Doctores, ff. de conditio. & demonstratio. Ergo ante prædict. præconium, venditores ad solvendam gabellam non tenentur. & sed hoc velim intelligas, quando venditor id ignoraret: si enim sciret, licet non esset præconizatum, tenetur quidem in conscientia notam facere venditionem gabellaris iuxta iuris regul. que habet, quod qui cæcus est, amplius certiorari non oportet: cessat namque iam tunc ratio finalis præconii sciendi, de quo

in dict. l. 120. & forus conscientia est amicus veritatis.

Tertio limitatur eo casu, quo notam faceret venditor, vel permutator gabellaris venditionem, vel permutationem, & tamen gabella non fuerit petita vilo tempore: Tunc enim cum venditor fecerit, atque adimpleverit, quod tenebatur iuxta dict. l. 120. de Quaderno, & gabellaris sciens, & prudens non exigat gabellam ab eo, iustam habet causam se reputandi tutum in conscientia venditor, vel permutans, ex quo tacita remissio inducitur videtur interim, quod non petitur, aut saltem dilata solutio: accedat, quod in hac specie nulla videtur superesse obligatio restitendi, siquidem gabellaris certioratus gabellam non exigit, & ita demum sit ei concessa gabella, si certioratus eam petierit intra præfata tempora ab eisdem illis vero transactis, venditor, aut permutator, nulla lege eam solvere tenetur, si tamen debito tempore petatur, soluenda erit proculdubio.

40 Quarto, limitanda videtur eadem sententia principalis, quocies venditio facta fuerit coram tabellione publico del numero, vel loci iuxta formam, l. 101. Quaderno de las alcavalas, hodie, l. 10. tit. 17. libro 9. collect. Reg. qua cauetur: Que por que los recaudadores de las alcavalas no reciban danno en la ocultacion de las ventas, y trueques de los bienes rayzes, todas las ventas, trueques, y enagenamientos de los bienes rayzes, passen, y seligan ante los dichos escriuanos, y estos sean obligados a dar copia de las dichas ventas, y trueques a los arrendadores de las dicha alcavalas, cada vez que los arrendadores, y fises, y cogedores de la dicharenta se la demandaren una vez, cada mes, y se ojeran penas, y en la forma alli contenidas: luego por esse auinio puden tambien saber los su lodichos, y cobrar las dichas alcavalas, con entera noticia, y fe publica de escriuanos, que basta para que regan ellos obligacion de darlas, si quisieren bien, y ansy como el vendedor, y el que haze el trueque se lo auisara, y notificará por su persona sin escriuano, luego sino la pidieren: sibi imputent, aunque el vendedor no los auise, pues tienen buen auiso, y mejor con las copias, que sibi parte les auisara: & vltima mora nocet, neque obstat si se dixerit, que la dicha ley 120. del Quaderno, que manda, y obliga al vendidor auise al alcavalero, y le haga saber la venta de cierto tiempo, & mas nueuas en orden, que la dicha, 101. Por que esto se responde, que no parece que se requiere lo vno, y lo otro copulatinamente, sino que basta qualquiera cosa de ellas, en quanto a quedar libre el vendedor en conciencia, y sino se le pidieren el alcavalero: por que las leyes del Quaderno, procuran proueer de remedios competentes, para que no se oculten las ventas, y trueques, y no se defrauden las alcavalas. T por qualquier via que se remedie esto, cessala presumpcion de fraude, y se consigne el fin que se pretende.

38 Quinto temperanda quoque videtur eam principalis sententia, quando gabellaris etiam si sibi venditor, vel permutans notam non fecerit venditionem vel permutationem, prout tenebatur, eam alias certioratus, & tamen gabellam non petiit, nec adhuc petit: cum enim præd. denuntiatio a venditore facta gabellaris requiritur in eum tantum finem, vt sciat eam gabellaris, & gabellam petere posse, quod interest, quod est nota non fiat a venditore, si alias habet eius notitiam gabellaris, idque sciat venditor, ob idque delinat eam eisdem notam facere, viroque enim casu eadem ratio militare videtur, nempe, vt gabellam petere possit gabellaris, saltem in conscientia, in qua sola veritas attenditur: ergo si gabellaris eam non petat, sibi imputet, tunc namque post præfationem videtur teneri in conscientia venditorem gabellam

gabellam solvere, quando venditionem notam non fecerit gabellaris, prout teneatur ad hoc, vt id sciat, & petere possit gabellam. Ceterum si absque præd. denuntiatione, alias sibi nota sit, vel præfata, non teneat ei venditor in foro conscientia gabellam solvere, nisi legitimo tempore ab eo exigatur.

39 Sed videtur, quod hæc limitatio vera quidem non sit, quia pro forma requiritur a legibus Regis, vt nota fiat venditio, vel permutatio per venditorem, vel permutantem gabellaris, non quidem ad simplicem scientiam tantum sed etiam ad hoc, vt ipse gabellam petere tenet, & sibi curat obligatio, & tempus eam petendi ergo cum hæc forma non fuerit obseruata, quia venditor eam notam minime fecerit gabellaris, prout teneatur, quamuis ipse alias eam sciat, in culpa esse videt venditor omittens facere præd. denuntiationem, ob idque non omnino liber remanere videtur in conscientia. & præfatum, quod reglaris iuris, quam habet, eum qui certus est, certiorari amplius non oportet, procedit, quando denuntiatio solum requiritur ad simplicem scientiam: secus si præter hoc requirit ad aliquod amplius faciendum, vt contingit in denuntiatione facienda ab emptore venditori de lite mota, vt cum defendatur, & liberet, tunc enim non sufficit, quod venditor sciuit litem motam, nisi denuntiatio eius sibi fiat, iuxta communem opinionem, quam adducimus & sequitur sumus in tractatu de iuramento confirm. 1. parte, c. 1. num. 3. & 4. & in terminis de quibus agimus, contra limitationem præfatum tenet D. Conarr. in d. regula peccatorum 2. par. releo. 85. n. 5. ubi: Igitur tenetur venditor in iudicio interiori anime solvere pecuniam lege iustissima debitam, etiam publicano scienti, & ignoranti denuntiare venditionem factam fuisse, &c. & nihilominus tamen limitatio nostra præfata videtur est, & tenenda meo iudicio in foro anime, in quo soli veritati standum est, nec aliquod amplius requirit, quam quod de veritate sit certus nec præd. denuntiatio ad aliquod aliud requiritur videtur, quam vt gabellam contet de contractu, ex quo debetur gabella vt illam petere possit. Præterea omnia modo proxime adducta contra hanc quintam limitationem tantum procedere videntur quoad forum extertius, non vero quoad interius animum, in quo ea cessant: solum superest, auctoritas Covarr. contraria, que profecto maxima est, ceterum eius bona venia sit dictam, quod in transitu, & pluribus loquutus est, quantum ad publicanum scientem sine examine, & discussione negotii: Vera igitur est eius sententia principalis, nempe quoad publicanum ignorantem contractum, vt ei in conscientia sit facienda præd. denuntiatio, aut soluenda gabella: secus vero videtur dicendum in publicano scienti, nisi ab eo gabella petatur.

40 Sexto superiore nostram principalem sententiam limitat quoad casu D. Azemed. in dict. l. 19. num. 3. tit. 17. libro 9. nouæ collect. Reg. nempe, quocies lapso termino, dict. l. 19. venditor mortuus est, cuiusque hæres est in bona fide, nihil de hoc sciens, & lapsus fuit terminus dictæ legis, tunc enim indubitanter credit non deberi gabellam in conscientia. Quæ sententia iure probari & teneri potest.

41 Septimo limitatur ex Soto ubi supra, quocies res, que vendita fuit, non est grandis pretii, & sic in rebus minimis, que opinio propter paritatem materie subsistere potest, quamuis eam improbet Navarra lib. 3. de restit. c. 1. numero 235. & Vega d. lib. 5. casu 655. in vers. Tambien. etiam dicens que Soto in isto bábala de gracia quia nullam reddit

rationem, & quia vix assignari potest, quod sit grande præiudicium, & sic semper remaneret scrupulus: sed nihilominus hæc limitatio probari potest, data, vt prædixi, paritate materie: alias fecus secundum Aragon ubi supra pag. 234. col. 3. ubi hoc limitat quando tantum elicit nocumentum subsequutum ex illa parui pretii venditione, vt ratione damni illati teneantur omnes ad restitutionem, ac si iniqui pretii vendidissent, sicut illi c. solet de illis, qui singulos tazemot accipientes totam vineam decussauerunt, ex quo grauissimum damnum domino fuit subsequutum: etiam limitatorem loquens in moderate fraudante sequitur Molina Theologus in 2. parte de iust. & ini. disp. 674. colum. 878.

(Octavo obtinendum erit quod et si iuxta l. 120. del quaderno hodie l. 3. tit. 19. hodie l. 9. emptor in subsidium, l. est, eo casu, quo venditor præd. denuntiationem omisit, teneatur admonere exactorem de præd. venditione, non tamen emptor hoc omittens teneatur in conscientia gabellam, nec penam solvere: sequere superiora limitantur in emptore, quia eius respectu dict. l. est omnino pernalis, cum ipse gabellam minime eo iure debeat, sed venditor, præterquam in penam, si omisit facere præd. denuntiationem gabellaris, vt in terminis recte probant Navarra ubi supra n. 273. dicens, quod ita se habet consuetudo, & quod sane admodum onerosa esset illa lex, si in conscientia obligaret quæstoris emptorem ad querendos exactores, quibus denuntiaret.

44 Nono limitatur præfata principalis sententia in portoribus, & alia tributis Regis publicis eorum rerum, que quis portat, vel vendit ad suam, vel suæ familie necessitatem extremam, vel magnam: tunc namque gabellam, nec alia tributa solvere tenentur in conscientia, vt docet Caiet. in summa, verb. velligal. in prin. Soto de iust. & iur. lib. 3. q. 6. artic. vltim. Angles in summa verb. padrigum, §. 3. numer. 6. Navarra in Manuali confess. cap. 17. num. 202. Syluest. verb. gabella 5. pag. 5. Arriall. Aurea, verb. gabella, §. 2. Pedraza in 7. præcept. q. 26. Magill. Beya in responsione ad casum 13. & Navarre. d. lib. 3. cap. 1. num. 235. & en portageor, idem probat l. 5. tit. 7. par. 5. & l. vniuersi. C. de velligal. & requirit Vega d. lib. 5. casu 666. in vers. nota: ubi id late probat, etiam si pauper vendat immobilia contra Navarra. ubi supra, nec consuetudo contraria valet, secundum Angl. in summa verb. padrigum.

45 Contrarium tamen in hoc tenet, & probat sanct. Anton. in 2. part. sua summa cap. 12. quod est verius, & quotidianus vsus comprobatur: quia consuetudo potest inducere id omne, quod lex, cap. si de consuet. 2. C. qua si lang. consuet. & certum est, hoc legi statui posse, nempe vt de his soluantur gabella, aliudve tributum, vt etiam dicit eundem Anton. & Navarra. d. 17. num. 204. & tenet Aragon ubi supra in vers. tunc etiam aliquæ res: ubi eadem dicens, quod consuetudo totius fere Christiani orbis tenet contrarium, & quod ita de facto sæpe videmus poni tributum, quod vulgo vocatur sisa, circa carnes, vinum, pices, &c. non est damnandum, quia vix potest reperiri commodior via ad succurrendum publicis necessitatibus, vt recte docet Medina, quem ibi refert. Nec videtur negandum, quod ex causa vigenti, & valde necessaria Republicæ iura huiusmodi possit imponi tributum, vt bene Gabriel. in 4. distict. 15. quæst. 6. artic. 2. Syluest. verb. gabella quæstio 5. cum alii pluribus, & tenet etiam Ludouic. Lopez ubi supra pag. 440. qui hoc probat contra priores: quod

quod ego sumo quoad nostram gabellam hoc est, alcaualam, quia leges gabellarie, & hunc casum comprehendunt in sua generali, & vniuersali de cessione nulla namque earum inuenitur hic casus exceptus, aut inuicem, & vniuersalis indistincte hoc iam procul dubio recipit, & ita est tenendum, quicquid alij contendunt, consuetudinem in his non valere, quos refert Nauarr. vbi supra n. 137.

46 De iure non procedit principalis sententia, de qua agimus, in ceteris tributis præter alcaualam: Como es el peño, pajo por la puente, y portazgo: hac enim non tenentur vitare, nisi petantur, quia diuersissimum esset obligare aduersus ad sciendum huiusmodi nature: Satis si bunt esse leges, o costumbre de ello, si pena de averia perdidio, ita Cordona dicitur casu, 5. in responsibus ad secundam dubium, ibi: T. agora: & Medio. Salmanticensis in sua prima secunda, & Ludonit. Lopez. dicitur casu, 186. ver sic, sed descendendo, 47 pag. 279. column. 2. ubi idem tenet de tributis per 48 saltem hoc est de portis, fecit. Quod etiam procedit in ceteris vectigalibus, & gabellis impositis contra importantes, vel exportantes, infantes, vel extrahentes merces vitatas, vel permittas eam solutione vectigalis in Regnum, vel verbes, vel ab eis, vt tenent Angli, Nauarr. Beya, & plerique ex supra citatis pro priori parte principali, quorum opinio in his tributis saluati, & tenet potest non vero in gabella iuste debita ex venditione, vel permutatione, iuxta præd. ll. del Quaderno de las alcavalas.

49 Quintimo addit Ludouic. Lopez vbi supra, pag. sequenti, cum Driedone, Cordona, & Victoria, quod quia his temporibus tributa, & impositiones portitorum, id est, portazgos, plerumque contingit carere iustitia, eo quod d. sint causæ ad suam iustificationem requiritur, vt refert Syluest. verbo, gabella. 3. q. 2. §. 3. Idcirco non tam facile sunt in conscientia damnandi huiusmodi portoria defraudantes: maxime, si cum pauperes sint, per dominos, vel populos adiguntur ad soluendum tantundem, ac diuites; quia ins ciuile, & canonicum reprobatur exactiones pro exportatione rerum ad vltus domi necessarios: quare non sunt culpandi hi, si causa redimendi suam vexationem se occultauerint, diuertendo ab itinere: non enim inquit ob id audeat eos damnare, licet hoc facere, hoc est occultare, vel diuerrere à via reliquis non sit ita tutum, aut permittum, contra Victoriam, quinimo hoc non licere rectius censet Alphonsi. à Calto in posteriori loco supra relato, sed quod potius teneantur ad restitutionem.

S Y M M A R I A.

- 1 Reges an iure possint iura exigendi gabellas & pedagia, aliisque huiusmodi distrahere, & alicui populo, vel privato concedere, & numeris sequentibus, pars affirmatiua eligitur.
- 2 Rex non potest bona, & res Regia dignitatis alienare, quia ipsa potius sunt Regni, quam Regis, declaratur numer. 10.
- 3 Dominus temporalis cum rigore exigunt gabellas: Rex vero solet se cum populo componere, nihilominus tamen præd. dominus temporalis illud iure facere possunt, vt in num. 22. Cap. super quibusdam §. p. ætate de verbor. sig. habet locum in gabellis, vt in no. 5.
- 6 Privilegium colligendi gabellas concessum à Principe non potest reuocari, quia transit in vim pacti, vel conventionis.

7 Principi ius questum ex contractu etiam in spe ab iure infra causam tollere non potest, secus in privilegio gratioso, vt in num. 8. & 9.

11 Princeps potest causa remunerationis rem aliquam ad dignitatem Regiam pertinencem donationis titulo in aliquem transferre, qui de republica sit bene meritus.

12 Gabellarum iura, aliisque publica vectigalia, atque puniendi aliquem sanguinis pena excepta intelliguntur in alienatione ciuitatis, vel castri a Rege facta, nisi in ea hæc iura exprimantur, & tunc adhuc suprema iurisdictio, & quod ad Regem appelleretur, exceptum intelligitur.

13 Dominus oppidi superiorum in temporalibus recognoscens cum iuribus Regalibus, non potest iura illa Regalia alienare.

14 Ius exigendi gabellas alicui concessum a Principe, non potest ab iure concedenti licentia alicui vendi, sicut vt in num. 15. nec transit ad singularem successorem vt in num. 20. nisi vt ibi.

16 Ius, & privilegium colligendi gabellas concessum a Principe nobili, transfertur ad filios vel heredes.

17 Legatum priuim debet heredi legatarij.

18 Ius patronorum alicui in testamento relictum transfertur ad heredes, non tamen ad filium non heredem, nec ad filiam dotatam exclusam a successione per statutum, vt in nu. 19. sed ad bonorum possessorem transfertur ibidem.

21 Princeps minime potest concedere suam supremam iurisdictionem, nec donare clares Imperij, &c.

22 Reges, & Principes habent potestatem a iure concedendi priuilegia primati, aut vniuersitatibus vectigalium ob benemerita, & seruitia, vel pretio, aut alias ex iusta causa.

L. 16. tit. 30. lib. 5. noua collect. Reg. intellectus, & an habeat locum in gabellis a Rege concessis alicui domino temporali.

Q V Æ S T I O I V.

An Rex iure possit gabellas, & cetera iura Regalia distrahere;

Q Væto quarto, an iure possint Reges nostri iura hæc exigendi gabellas, & pedagia, aliisque huiusmodi distrahere, & alicui populo, vel privato concedere;

Videtur namque prima inspectione id minime locum habere, cum Rex non possit alienare bona, & res Regia dignitatis, quia ipsa potius sunt Regni, quam Regis, vt notant late Abb. & ceteri in intellecto, de iur. Hostien. & Felyn. c. dilectis de maior. & obed. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in cap. per vestras. 2. notab. §. 1. nu. 40. de donat. inter vir. & vxor. Regia l. 1. tit. 17. §. 1. l. 1. tit. 15. p. 2. quas adducit D. Couar. in ea quamuis pallium §. 2. nu. 4. de pall. in 6. est communis, vt plures allegans, affirmat Menoch. de succ. cetera. §. 26. n. 3. 2. qui num. 19. addit, quod ipsemet Rex debet reuocare à se distrahata non obstante iuramento de non reuocando, maxime si prius iuratus non alleparet, & Azced. in l. 1. num. 47. cum seq. tit. 15. lib. 4. noua coll. Reg. & alij plures.

Accedit & secundo, quia domini quibus hæc iura, vel tributum venduntur, ad rigorem exigunt, vt dicimus quoque nomam exactissime exposant, cum tamen Rex vis vniquam vigehimur precipiat, vt inquit Dominic. à Soto lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 7. ad finem vers. ceterum. ibi addit, quod dominus, vbi etiam, quod quamuis declina sit Regi consignata, tamen

tamen nisi vbi vigens Regni necessitas istud possit late, nimis grane esset, tributum hoc ad rigorem exigere: quod quidem Rex sancte animaduertens de huiusmodi quota solet cum Regno componere, ac pariter, vt reuocatis fiat pensio, ac tolerabilior, quod tamen inferiores domini non faciunt: hinc insuper, inquit, & aliud accedit damnum, quod cum leges exigendi hoc tributum, si Regij tantum quales existerent, tolerabiles sint, reliqua tamen questio-rum turba in fraudem populi illis abutuntur.

4 His tamen non obstantibus, contrarium est verius & in praxi tenendum, prout videmus introductum, & passim fieri, nempe posse Reges nostros iura gabellarum distrahere, & cetera vectigalia priuatis privilegio concedere, atque alienare, ex textu in super quibusdam §. Præterea, de verb. signif. cuius verba sunt hæc:

Præterea cum pedagia, guidagia, salinaria tibi legauimus dixeris memoratis, auctoritate Apostolica diuinitus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia, iura dicta, que non apparent, Imperatorum, vel Regum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius non existat memoria, aut odia, &c.

5 Et quantum textille nuncupatum non loquatur in gabellis, & sic in nostra à causa, idem tamen virtualiter continetur, & continetur in eisdem aliquibus omnia hæc sunt vectigalia, iurisque Regia, nec quo ad ea exigenda aliqui iure interest: & interminis ita tenent Bart. & DD. in l. si publicanus §. in omnibus. ff. de public. & vectigal. & plures allegans Barachin. de gabell. in parte. 9. questio. num. 23. vol. 1. et ad. dicitur, de iur. in l. 1. in antiquis, sequitur Aniles incipit §. 1. rat. in gl. alcaualas num. 3. La-fista alio allegans de decim. vend. in præfatum. 27. & Girond. de gabell. 1. par. num. 9. estque optima lex Regia pro hac parte in l. tit. 1. lib. 6. noua coll. Reg. ibi: Non tenendo priuilegio, ni carias de los Reyes de donde me venimos, ni de nos, porque pa diessen en marlo: & item ibi: Non tenendo carias priuilegio, pargos lo puedan tomar, vbi D. Azced. super eisdem verbis num. 6. 7. & id expresse notat plures DD. allegans.

6 Quintimo huiusmodi privilegium colligendi gabellas concessum à Principe non potest reuocari, quia transit in vim pacti, vel conventionis, vt in l. quod semel. vbi Bart. ff. de decret. ab ordin. fac. & in reg. de re. concessum. de reg. in ar. 6. vbi gloss. verb. manifestum, & nuncupatum Betrac. vbi supra num. 24. item concludens in privilegio, ne tenetur quis ad coll. tras secundum Bart. in d. quod semel. & in l. nonne populi, num. 30. ff. de iust. & iur. & alios quos citat, refert & sequitur Aniles vbi supra num. 4. nec non, & Girond. dicens communem, cuius hæc est ratio, quod quoniam Principes ius questum ex contractu etiam in spe, abique causa publica tollere non potest iuxta late tradita per D. Moh. lib. 3. de Hispan. primog. cap. 3. num. 16. cum seq. Gitond. vbi supra numer. 1. cum sequent.

7 Nec contra supra dicta in vers. quinimo n. 6. dom resoluimus, Principem non posse reuocare priuilegium colligendi gabellas à se concessum, obstat, quod alias dici solet, Principem priuilegium à se subdito concessum moderare, tollere, & reuocare posse, iuxta text. & ibi Innoc. in cap. in nescita de iur. gloss. in d. reg. de reg. de regul. iur. in 6. Abb. & communiter DD. in cap. nouis de iudi. super gloss. in verbo, quicquid. Angel. in l. Antiochenus ff. de priuileg. credit. Felyn. in cap. qua in Ecclesiastum. num. 48. de consuet. Alex. consil. 216. lib.

2. numero. 18. Doc. consil. 87. lib. 3. quorum sententia eorumque omnium iudicio recepta videtur, tenendum Couar. lib. 3. var. res. cap. 6. nu. 1. & alios: quod facere potest Princeps etiam sine causa, vt cum Roslio, & aliis prosecutus Gitond. vbi supra, n. 1. cum seq. hoc enim secundum ipsum lib. num. 17. procedit in priuilegiis gratiosis: ea namque Princeps reuocare potest, secus vero est in priuilegiis quæ transferunt in vim contractus, & conventionis, vt præmissis, nempe ex causa onerosa propter seruicia impensa, vel pretium: hæc enim reuocari non possunt, quia non potest Princeps tollere ea, que sunt iuris gentium, prout sunt contractus l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. sine causa legitima, iuxta communem opinionem à nobis traditam in repetitio. l. nemo potest. n. 7. ff. de leg. 1. & tunc soluto pretio fuit bono cambio, vt ibidem probatimus n. 73. denique quia priuilegium concessum per Principem, quod transit in vim contractus, vt puta pretio mediante, vel ob seruicia per generalem clausulam, non obstantibus &c. non censetur derogatum, imo et abique iusta causa Princeps derogare non potest, vt post alios plures resoluimus vbi supra, n. 175. estque verissimum, iurique naturali conforme, vt in l. ff. de pall. in cap. 1. & 2. de pall. & probat latissime cum aliis Declianus resp. par. 1. num. 5. cum sequent. volum. 2.

8 His sic resolutis, reliquum est, vt respondeamus fundamentis contrariis supra iactis princip. questio-nis, & quidem non obstat primum, nempe, quod Rex non possit alienare bona, & res ipsius Regis dignitatis: hoc namque intelligendum est, vbi alienatio tenderet in maximum præiudicium Regni, secus si in modicum: tunc enim valeret quidem iure huiusmodi alienatio, secundum Abb. & communem in d. c. intellecto, sequitur, plures refertens D. Couar. in cap. quamuis pallium. 2. p. §. 2. sub numero 4. de pall. in 6. & est verita, & communis, vt plures refertens affirmat Menoch. d. §. 26. numero. 83. & Azced. in d. l. 1. numero 48.

9 Similiter etiam potest causa remunerationis rem aliquam ad dignitatem Regiam pertinentem donationis titulo in aliquem transferre, quide ipsa Respublica sit benemerita (quo iure suprema Principes Ecclesiastici, & temporales vniuersitatibus in benemeritis Ecclesie vniuersitatis Christiane Religionis, atque humane Reipublice) arguunt. text. optimi in l. cum plures, §. cum, inior ff. de administr. tutor.

10 Hinc etiam obtinet l. 9. tit. 4. p. 5. qua canetur, quod si Rex aliquam ciuitatem, vel eorum Regie dignitatis iura ex causa alienauerit, excepta intelligantur iura exigendi gabellas, publica vectigalia, atque puniendi aliquem sanguinis pena, nisi hæc iura expressa fuerint, atque tunc adhuc suprema iurisdictio, & quod ad Regem appelleretur exceptum intelligitur, secundum Couar. vbi supra, versicol. est etiam: vbi addit, quod si quis superiorum in temporalibus recognoscens habeat villam, vel ciuitatem cum iuribus Regalibus, non poterit iura illa Regalia alienare, vt respondet Soccin. consil. 7. volum. 2.

11 Similiter etiam ius exigendi gabellas alicui concessum à principe, non potest sine concedenti licentia alteri vendi, vt voluit Bart. licet non firmet potes: in l. diem in sine princ. n. 5. ff. de aqua pluuiam arcend. sed est verum, vt probat, & tenet Betrac. de gabell. 2. p. 1. q. n. 39. cum seq. & hoc opinio est firmiter tenenda, vt per Adm. Barbat. & Alex. in per Bart. & secundum Gitond. in d. l. 1. par. de gabell. num. 6. cum sepe.

15 Limitatur tamen hæc opinio, quando concessum sit alieni h. o. ius colligendi gabellas, & simul pro se, vel alio cuiusque iurisdictione, vel h. o. iurisdictione, & successori- bus quibuslibet, quæritur enim intelligitur etiam de successore particulari, & sic de emprote, ac proinde ad alienationem non esset necessaria alia licentia Principis secundum Bertach. vbi supra num. 40. & licet enim privilegium, & ius exigendi gabellas a Principe alie nobili concessum transferatur ad filios, vel heredes, vt videtur Baldi in l. i. sup. num. 40. & licet eadem colligat. Et legatum purum debeat heredi legatum, vt inquit Baldi in l. si quis in legatum antiq. C. de iure delicti. & in aliis locis relatis a Bertach. de gabell. 1. par. 19. quæst. 8. l. 1. p. num. 53. vbi idem probatur. Et ius patronatum alicui in testa- mento relicto non transit ad heredes iuxta gloss. l. si op. antea, vbi dicitur. ff. de spec. liber. Baldi in l. de decedent. c. 1. q. 1. sup. d. p. 1. in l. v. C. de in voc. gloss. Et Archidia. cap. consuetudinem. 16. q. 7. & voluit Innocentius in c. i. de iur. patr. quos referunt. & sequuntur vbi supra Bertach. & Girona. in l. 54. sed Innocentius potius hoc voluit in vrb. iur. 4. eodem tit. de iur. patr. sed et alia similibus gloss. in clem. 1. de iur. patr. quæ sequuntur Iasob. relatus in l. si sita scripta. 5. fin. nu. 5. ff. de lib. & post. vbi eius Adhe. dicit esse communi opinionem, & eam appellat ordinariam plures allegans idem Iasob. in l. 1. q. 7. ff. de leg.

16 Ad filium autem non heredematum, & ad filiam dotatam excludit iam a successione per statutam, non transit ius patronatus Ecclesie, secundum Feder. de Sent. consil. 139. item filius: sed ad honorum possessorum transit iusdem Feder. consil. 237. si opinio Ioan. de. & quæ sequitur in vtrouque Bertach. vbi supra. Non tamen transit ad singularem successorem huiusmodi privilegium exigendi gabellas, ac proinde aliam concedere non potest, sine Principis licentia, nisi concessione adiectum fuisset, pro se, & heredibus, & successoribus quibuslibetque se, vndum supradic- tos.

21 Similiter non obstat tractata per Amelien. c. Praetor. ff. l. 1. q. 4. quia licet verum esse principem mi- nime posse concedere suam supremam iurisdictionem, nec donare laicos Imperii seu Regni, nec vice- ra Imperii suscipere, quia esset homicida sue digni- tatis: non tamen inde aliquid deducitur, quod con- tradicat decisioni nostre questionis principalis, cum alienatio iuris percipiendi gabellas & vectigalia ali- quorum oppidorum, vel quarundam civitatum non sit huiusmodi, vt pote remanentibus Regi aliis red- ditionibus Regalibus ex quibus vitare possit, & conseruare suam Regiam dignitatem.

22 Ad illud, quod ad iussumus ex Dom. de Soto respon- demus non inde sequi villo modo restringi Regibus, acque Principibus potestatem, & facultatem quam a iure habent concedendi privilegia vectigalium Per- matis aut vniuersitatibus ob benemerita, & seruitia, vel pretio, aut alias ex iusta causa, quod domini infirmes familia privilegia habentes, & eorum ex- cutores rigore, vtque ad decimam illa iura exi- gendi nihil probatur, cum re vera id facere possint, sicut Princeps poterat vtendo iure omnimodo sibi à Rege concessio, in modo vltra decimam non exi- gant: licet igitur Rex sua liberalitate & beneficio minus de ea prorsusque percipiat: potest nihilominus dominus inferior in suo territorio, vbi ius habet à Rege exigendi, sibi in perpetuum hanc deci- mam, eam integram ex gere: gratia igitur in hoc facta à Rege suo Regno, alius dominis, ad ius habenti- bus ab eo non preiudicat, vt aduersus Sotum

vbi supra, tenet, & probat Antonius à Cordona in sua summa, quæstio. 143. dicens, ita fuisse promon- tiatum in Regali Cancellaria, & Consilio superio- ri. Secus tamen erit secundum ipsum ibi, quando do- mini inferiores non habent dominium integrum iuris percipiendi gabellas: sed tantum ius quo- dam exigendi sibi ex illis aliquam numerum quantita- tem, vel omne, quod reddiderint g. balle talis oppidi- tone enim ipsi non possunt subiri abasas las ole- ualas, secundum ipsum vbi supra, & benefited nihilominus opinionem Soti, de qua supra aduersus Cor- dub. sequuntur, & de sententia Frater Ludonic. Lopez, & Emanuel Rod. ab eo relatus in sua summa secundo tomo, p. 72. num. 7. & l. 1. 6. tit. 1. libro 5. non. collectio- nis Reg. vbi caecum: *Que las personas a quien el Rey hubiere hecho merced de Marmitas y anar- uas, & otras cosas, por las que se piden, y tributen se entienda, que aquellos a quienes se hicieron las tales mercedes, las yvan de aquellas personas, y al tiempo, y en la manera, que se en Magistad las aya de auer y que las tales personas las ayan, segun adueniente se acordar. De quo etiam agit Salou. de iurisdic. & iur. pagina 244. in fine. cum sequuntur, ad quem, & ad Ludovic. Lopez. se referit temp. scilicet Azoned. in l. 1. sub numero 15. tit. 17. de libro 9. Sed illa l. Regia parum, aut nihil profecto, vt per hoc secun- da sententia, siquidem ipse nunquam non loquitur in gabellis, & prerogativa, vt patet ex eius narra- tione, & ad quod terminos, & forma solutionis dictorum iurium, & iura privilegia Regia, quæ habent necesse civitates, oppida, & loca, in quibus aliquæ personæ: *Son francos, y otros deuen ser prendidos por ellos ciertos bienes suyos y sobre estas cosas que luego se ha de dar la ley arriba referida, de tempo, que las personas a quien el Rey hubiere hecho merced de los dichos derechos, las yvan de aque- llas personas, y al tiempo, y en la manera que se en Magistad las aya de auer, y segun adueniente se acordar. y mas no habia esa ley en algunas, ni respeto del que se ha de dar por razon de ellas. Con todo esto parece, que si va en general el alguna manera favorece esta segund opinion. Quid igitur est tenen- dum in proposito, Ego in primis casu atenden- dam esse tenorem instituenti venditionis, aut con- cessionis percipiendi gabellas, à Rege celebrati, ipsum que omnino esse obseruandum ad vnguem circa quantitate que percipienda sit nomine, & iure gabellarum, quod si hoc non consistet ex illo insti- tumento, & Rex vendat, vel concedat id ius, quod ipse habet ad illas gabellas percipiendas, & lenitas crede- rem profecto, quod si priuatus illas habeat, ex titulo emptiouis pretio celebrate, procedat prior opinio Cordub. h. vero privilegio ob benemerita, & seruitia Regi impensa, secunda Soti, & reliquorum in qua specie loqui videtur emptiouis, non in gabellis dict. l. Regia. Et quamvis priuatus ob benemerita, & seruitia censetur etiam onerosus, ac proinde acquiratur titulo emptiouis & venditionis: nihilominus tamen hoc quod quæritur gratis, quæterio nocere non potest, saltem interpretari debet, quod executionem ip- sius iuris, & ad iustas, & formam antiquam, qua Regia Maiestas ea iura habita erat, argu. d. l. Regia. 16.**

S V M M A R I A.

1 Præscriptio possessio exigendi gabellas contra Regem: & numeris seqq. pars negatiua probatur. 6. cum sequuntur.

8 Immemo

2 Immemoriale consuetudo habet vim privilegij, ad præscribenda iura Regalia, & in num. 3. vbi n. 4. quod in hac præscriptione immemoriali, non requiritur scientia, & patientia Principis: immo sufficit in proposito loco immemorialis præscriptio- nis possessio 40. ann. cum titulo, & cum scientia, & patientia Principis, vel suorum officialium, vt in d. num. 4.

7 Immemoriale consuetudo, vel præscriptio per- cipiendi gabellas completa ante decisionem l. 2. tit. 13. lib. 4. colle. Reg. incensetur sublati ab eadem lege: & numeris sequent.

8 Consuetudo futura licet per legem impediri pos- sit, ius tamen acquiritur ex præscriptione perfe- cta, & iam completa, vbi non potest.

9 Regalia tempore etiam immemoriali queri non possunt.

10 Domini temporales, nisi titulum legitimum per- cipiendi gabellas ostenderint, non possunt eas præ- scribere etiam tempore immemoriali. vt hic, & in duobus n. l. qq.

13 Portazgos, peages, rodas, y castillerias, præscrip- tione queri possunt, non vero gabella.

14 L. 1. vbi l. 6. non colle. Reg. & l. 1. ad fin. tit. 13. lib. 4. non colle. Reg. qua videtur con- traria, intelligitur, & concordia, & num. 15.

16 Tertia Regia concessio nobis Regibus à Summis Pontificibus, præscribi possunt contra Regem ab aliis dominijs particularibus tempore immemoriali, & num. 10.

17 Equæ sunt de patrimonio Regis, que ei non de- bentur in signum, & recognitionem suprema potestatis, & subiectionis (exceptis gabellis) tempore immemoriali præscribi possunt.

18 El servicio y montazgo, tempore immemoriali præscribi potest.

19 Immemoriale præscriptio, vel consuetudo, data in capitate, non iuuat.

21 Decima Ecclesiastica cum allegatione tituli ha- biti ante Concilium Lateranense probata immemoriali per laicos præscribi possunt.

22 Privilegia non soluendi gabellam, que valeant, & que non?

23 Alio quæ contra solutionem gabellæ, quod eo loci à principibus Regibus non fuerit concessio, non prodest.

24 Immemoriale consuetudo, vel præscriptio non soluendi gabellam introducit eam scientia, & patientia Regis, vel suorum Auditorum, an sit valida?

25 Consuetudo non soluendi gabellam de aliqua ve- ceris, ex qua nunquam ea, vniuersi solui, an excusetur?

Q U Æ S T I O V.

An iuxta exigendi gabellas possit consuetu- dine immemoriali præscribi contra Regem.

Q Væto quinto, an ius exigendi gabellas, hoc est, las alcualas, possit acquiri, siue præscribi contra Regem, vbi, & consuetudine, vel præscrip- tione immemoriali, siue acquiratur concessione, & privilegio Regis, vt in questione præcedenti?

Et profecto hæc quæstio, attento iure communi, in dubia videbitur, ex textu in cap. super quibusdam g. Præterea, de vob. sig. vbi ex prelo deciditur, quod privilegia quidam, & salinaria acquiruntur largitu- ne, hoc est, privilegio Imperatorum, vel Regum, vel Lateranen. Concilij, vel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius non existat memoria in introducta: Ex quo text. veluti in hoc expresse communitur

Doctores deducunt, consuetudinem immemoria- lem habere vim privilegij, addentes alium textum in idem, nempe legem 2. §. dist. aqua, ff. de aqua quanti liana, & affina, de quo plura adduximus, & concessimus libro 3. præterea, quæstio 14. num. 70. cum sequens. Et profecto non solum nititur hæc prima opinio pro decisione nostre questionis principalis, ille communis diuerbio deducto ex dict. §. Præterea: verum etiam litera illius text. & principalis eius dictio illi fauet: quamvis enim non loquatur nuncupatum in gabellis, de quibus nos hic agimus, idem videtur in eis dicendum, cum nulla maior ratio possit assignari in illis, quam in illis, vtæque enim eadem iura videntur, & sunt Regalia, & nihilominus privilegio Regum, & consuetudine immemoriali acquiruntur.

Secundo, hæc eadem pars affirmatiua iure quo- que nostro Regio probari videtur, scilicet, in l. i. tit. 1. de las imposiciones, tributos, y portazgos, lib. 6. non. colle. Reg. ibi: *No teniendo carta, o privilegio, por que lo pueda tomar, no lo auiendo ganado por uso de santo tiempo, que se pueda ganar segun derecho.* Ecce legem expresse loquentem: *En portazgos, peages, rodas, y castillerias, que son iura Regalia, consonantem ad litteram cō d. §. Præterea, vel saltem relative: Igitur, &c. vbi Azoned. ad nu. 6. cum sequens, vt que in fin. cum alijs quo citat in casu illius text. hanc partem expresse probat, & optime Ioan. Cephalab. eo allegatus, consil. 129. nu. 3. cum sequentibus, nec non, & Decian. resp. 43. numer. 3. 101. 103. & 106. vbi numer. 2. & Nauar- rus consilio 1. titulo de consil. addit Azoned. vbi su- pra numero 10. nos referens, cum magis communi sententia, non requiri in huiusmodi præscriptione immemoriali scientiam, & patientiam Principis: Imo, & sufficere in proposito loco immemorialis præscriptionem quadraginta annorum, cum titulo, scientia, & patientia Principis: & quod in casibus in quibus hæc requiritur, sufficit quod officiales, & procuratores Regis id sciatur, vt ei præiudicent iuxta nostram sententiam, & aliorum, quos ibi citat: tametsi in proprijs terminis nostre quæstio- nis requiri scientiam, & patientiam Principis, probet B. tuch. Ratim citandus.*

Sed, & in terminis proprijs nostre questionis, nempe non solum in iure colligendi pedagia, sed etiam gabellas, quod possit queri præscriptione, vel consuetudine immemoriali, sicut privilegio ex præ. cap. super quibusdam g. præterea, tenet, & probat post alios plures, quos citat Firmian. Bertac. de gabell. 1. part. princip. num. 26. cum sequentibus, quem refert, & sequitur Aulles in cap. 13. Præterea gloss. alcualas, numer. 5. & tandem probat, distinc- tionem Bald. que est huiusmodi, nempe, quod si iste, qui percipit vectigalia, incipit à privilegio, aut privilegium est solenne, & sufficit solum privilegium, quia inducit quicquid oporteat non privilegium dat causam præscribendi propter aliquem in illum errorem, & tunc verumque requiritur copulatiue, scilicet, privilegium, & præscriptio, siue consuetudo, & sufficit tunc tempus quadraginta ann. Si autem incipit à consuetudine, & non est ibi ali- quod privilegium, tunc huiusmodi iura Regalia non præscribuntur, incipio Principe, nisi tanto tempore, cuius contrarij memoria non extiterit eo sciente, & patiente scilicet tempus quadraginta annorum, quasi Princeps tacite, tunc prohibitionem suam videatur remisisse: quam distinctionem in effectu sequitur Azoned. vbi supra, sed non loquitur nuncupatum in gabellis, sed in pedagijs, & ceteris de quibus in dict. cap. super quibusdam g. Præterea, B. 3.

et in d. l. tit. 1. lib. 1. de l. lib. 6. nona collectio.

6. His tamen non obstantibus in terminis nuncupati... Hic tamen non obstantibus in terminis nuncupati...

Sont tamen qui obligati dicantur, & puniuntur... Sont tamen qui obligati dicantur, & puniuntur...

Sed hæc ponsuatio, atque assertio vera mihi... Sed hæc ponsuatio, atque assertio vera mihi...

id est, & sit ex causis iuris precedentibus... id est, & sit ex causis iuris precedentibus...

Nulla igitur prescriptio, siue consuetudo immo... Nulla igitur prescriptio, siue consuetudo immo...

Nulla igitur prescriptio, siue consuetudo immo... Nulla igitur prescriptio, siue consuetudo immo...

Non obstant modo adducta pro prima parte... Non obstant modo adducta pro prima parte...


de quibus loquitur d. l. tit. 1. lib. 6. nona Collectio... de quibus loquitur d. l. tit. 1. lib. 6. nona Collectio...

13. Aplo censo verba generalia præcitata d. l. tit. 1. lib. 6... 13. Aplo censo verba generalia præcitata d. l. tit. 1. lib. 6...

Ceterum præcipue portazgos, y radas, y castella... Ceterum præcipue portazgos, y radas, y castella...

scripibili: hoc namque verum non est, siquidem... scripibili: hoc namque verum non est, siquidem...

Ex quibus omnibus iam clare deduci potest... Ex quibus omnibus iam clare deduci potest...



iuris percipiendi has decimas vulgo dicitur, et dicitur, privilegio Apostolico Regi concessi, nisi allegaretur titulus habitus ante Concilium Lateranense, tunc namque probata immemoriali consuetudine possent laici decimas percipere, vt resoluimus supra, lib. 1. *Pract. quæstio. 1. 6. per totam.* Ergo ubique prædicti laici sunt incapaces eas percipiendi & cetera incapaces sunt immemoriali præscriptio, vel consuetudo non iurata, vt in cap. 2. & ibi Ioan. And. de *pract. lib. 6. cum finali.* & ita dicebat Montal. in *Repercor. legum. Parisia. verb. decimo*, quod laici ex Regis concessione sunt incapaces percipiendi has decimas. Ergo eas percipere non possunt ex præscriptioe immemoriali.

20 Respondemus namque primo, quod cum hæc decima vulgo dicitur, *Tercia*, tam primi ergo Apostolico Regibus Hispaniæ sunt concessi, & in patrimonio ipsorum rediit, vt in *dict. tit. 21. lib. 1. Nova Constitutio Regis*, & sic exierit a patrimonio Ecclesiarum, reputantur vt cetera patrimonialia Regum, ac proinde ab ipsis possunt haberi in laicos transferri, & per ipsos laicos possideri, ac percipi quocumque titulo legitimo, ac proinde sunt capaces ipsarum tertiarum, quamvis quidem ceteras decimas, quæ in dominio Ecclesiarum sunt, & remanent pro sustentatione ministrorum ipsarum deputata possideri, aut percipere non possunt absque privilegio Apostolico concessio ante Concilium Lateranense, vt probauimus cum aliis *dict. lib. 1. Pract. quæstio. decimo quinto sic est tenendum contra Montal. in repercor. legum. Orleanensis, littera R. post verbum, item promissit Rex Enri. III. in additione magna, incipit. cum Rex Lud. XI. fin. quem refert Lassat. de decimis, vendit. & p. decimo nono, numer. vigesimo nono.* & Valium Rub. de e. dubitantem. Ergo & præscribi per laicum possunt prædictæ tempore immemoriali, vt merito disputat *dit. l. 1. tit. 12. lib. Nou. Collat. Reg.*

21 Secundo respondemus, quod allegando titulum habitum ante Concilium generale Lateranense, & probata immemoriali possessione percipiendi decimas, laici sunt capaces ipsarum etiam quod non sunt tertie supradictæ, vt resoluimus *dit. quæst. 16. per totam.* Relinquitur ergo ex supradictis, præscribi posse à laicis tertias Regis esse que capaces ipsarum præscriptioe immemoriali, per supradicta.

22 Similiter etiam privilegium concessum non soluendi gabellam, seu alcavalam, nec etiam vfus, aut consuetudo immemorialis valet, nec excusatur, solvere debet, emisso fuerit essendo la tal franquiza assentada en los libros Reales de lo saluado y sobre escripto de los Contadores mayores, de su Magestad, vt cauetur in l. 1. tit. 12. lib. 9. non. Collat. Reg. per totam, quam l. in ordine 4. in quaterno gabellarum in hoc citant, & recte adduxit Auius ubi supra, numero 4. & Girond. de gabell. 1. 2. ar. 1. in p. c. 1. 47. & Lassat. de decimis, vendit. 1. 19. in 2. cum seq. qui num. 5. ad fin. refert ex *Mench. de success. creat. 5. 10. num. 22. §. 116. numer. 14.* huiusmodi validamque esse prohibitionem præscriptiois *dit. l. 1. ex cuius verbis excluditur immemorialis consuetudo, nec ea sufficit, quantum alias ipsa vim præscriptiois expressit, & sufficienter solet habere: cum tamen aliud in casu *dit. l. 1. requiratur, ut privilegium, nempe quod sit scriptum in libris Reales de lo saluado, y sobre escripto de los Contadores mayores de su Magestad, quod suppetere non potest, consuetudo, siue præscriptio immemorialis, vt recte probat Auius in 2. 7. ar. 1. cap. quarto. præscriptio. 27. post Greg. Lop.**

1. 6. verb. Tributos, in 2. 9. ar. 2. & Lassat. ubi supra, in 6. ubi hoc verum intelligit in gabella, seu alcavala, de qua agimus, nam tertio tributa facilius præscribuntur, vt in cap. super quidam §. præsertim de verbor. signifi. & bene aduertit Ioan. in *Antinom. iur. inter. P. n. 49. in fin.* in quo tenenda est distinctio, quam supra hac questione adduximus n. 15.

Nec etiam proderit allegare, quod nunquam eoloci, in quo exigitur gabella, talis decima soluta & exacta fuerit, non tanquam consuetudine præscripta, ne obstat d. l. Regis, sed tanquam Regibus Castellæ, & Legionis in eo loco à principio non concessa: hoc namque falsum esse conuicit ab historia supra in alia questione, relata, ex qua constat, omnia loca, omnesque villas, & ciuitates horti in Regnum Castellæ, & Legionis hanc decimam concessisse Regi Alphonso XI. Qui in quoque loco, aut quocumque particularis persona se librum, & exemptum à solutione: huius gabellæ esse contendat, privilegium scriptum in Regalibus libris de lo saluado, & subscriptum à for. calculatibus maioribus ostendere debet, alias namque ab ea non liberabitur, etiam probata immemoriali possessione, consuetudine, aut præscriptioe iuxta expressam, & principalem decisionem d. l. 4. del quadero bodie d. l. 1. tit. 12. lib. 9. noua Collect. Regis, ubi etiam expresse cauetur, quæninguna ni alguna ciudad, villa, alugar, se escripta de pagar las alcavalas por vno, ni consuetudine, aunque sea immemorial, ni por otra razon, ni privilegio alguno, salvo si las tales mercedes, y franquizas fueren asentadas en los libros de lo saluado de su Magestad, y sobre escriptas de sus Contadores mayores, ita etiam & probat Lassat. de decimis, vendit. d. cap. 19. n. 7. Et recte.

Quinimo dubito de limitatione d. l. signata à 14. Girond. de gabell. 8. par. m. 36. in fin. cum sequatur Azevedo in d. l. 1. n. 26. dum censet, quod si immemorialis hæc consuetudo, cum scientia, & patientia Regis fuerit introducta, vel fuorom Auditorum seruanda erit, nam cum privilegium ipsarum non sufficit, si non fuerit essendo la tal franquiza assentada en los libros Reales de lo saluado y sobre escripto de los Contadores mayores, como puede guardarse la tal franquiza, aunque sea immemorial, e introducida en la conciencia y paciencia del Rey, de sus Oydores, puta falsa lo demas que se requiere por la dicha ley, que es estar assentada la franquiza en los libros de lo saluado de su Magestad, y sobre escripta de sus Contadores mayores, y la ciencia, y paciencia del Rey, y mucho menos de sus Oydores ninguna cosa inscripta, ni basta para escripta ninguno de pagar alcavala, que no basta en esta materia para adquirir vno derechos, ni possession contra su Magestad, aunque sea de tiempo immemorial, vt in l. 1. tit. 15. lib. 4. Noua Collect. Regis. Illa namque patientia Regis non inducit consentum, nec privilegium sufficienter in futurum, tanque processit potius ex quadam naturali oblatione, & leuitate præ multitudinem negotiorum, & incuria fuorum officialium, quam ex iusta voluntate indulgendi simile privilegium, tamen etiam, quia est vitio, nec & ex proposito id concessisset, non sufficeret, nisi esset a scriptum in libris Regii, de lo saluado, y sobre escripto de sus Contadores mayores, vt cauetur in d. l. 1. ad fin. tit. 12. lib. 9.

Dubitari tamen potest, utrum si consuetudo non soluendi gabellam, non ad per omnes, nec locum referatur, sed tantum ad rem quandam particularem, de cuius venditione nunquam consuevit solui alcavala,

valde, talis consuetudo realis, non vero personalis, vel localis excuset in particulari à solutione gabellæ, exemptioe, inique præbeat? Et non excusatur, præstat argumentum ab identitate rationis d. l. 1. tit. 18. lib. 9. Si enim consuetudo immemorialis non soluendi alcavalam non excusatur personam ipsam, quæ nobilitate est iusto re vendita, minus excusare debet consuetudo rem ipsam. Secundo, quia si huiusmodi consuetudo realis de qua agimus, excusare deberet, id esset ratione specialis privilegij, & exemptionis ipsi rei à legibus Regis gabellaris sub tit. 17. huius lib. 9. concessi, ubi in l. 34. cum pluribus sequentibus, & in tit. 18. quibusdam rebus conceditur non cupatum, vt ex venditione ipsarum gabellam non soluatur, sed non est ita, quia ibi non reperitur hic casus consuetudinis non soluendi alcavalam ex venditione alius rei particularis exceptis, ergo non valet prædicta consuetudo, nec excusabit à solutione alcavala.

Nihilominus tamen contrarium verius esse censet, & tenendum in praxi: quia est casus hic non reperitur expressus, aut exceptus à nostris illi contentis sub *dit. tit. 1. 7. 18. huius lib. 9.* reperitur tamen expresse decisis in l. 1. in *ver. sic. De qualiter cogit de preda, in fin. tit. 12. eodem lib. 9.* Et hoc sufficit, ut ratio condita illa à nostro Rege Philippo II. quinto die Iunii, anno 1566. ubi agens de los derechos del almoraxifazgos, disponit, & præcipit: *Que de las cargas de preda non han de pagar alcavala, porque no se acostumbra a pagar: ergo habemus in eadem, quæ exempla non attendant regulam, sed animi insinuat per eorum in finalibus verbis, sic de duon. insel. & quando ratio expressa est in dispositione in ea comprehendi intelligitur, omnes casus, qui ipsi rationi conueniunt, non quidem per viam attentionis, sed sicut genus comprehendit suas species, vt probauimus lib. 3. Practicum Quæstionum, quæst. 17. n. 80. Accedat huiusmodi d. l. 1. tit. 12. lib. 9. Noua Collect. Regis, ubi: *Adonde honre escriptura de cobrar la dicha alcavala, &c. Loquitor: De los Comendadores de Santiago, Alcaualas, y Caluaras: ergo à contrario sensu: Adonde no la buenire, &c.**

Quæ decisis iustificari etiam potest, quia si valet consuetudo, vt ex certis fructibus nulla solvatur decima, nec eius aliqua portio Deo, & eius ministris, vt pote de seneo, herbis, vel oleo, & similibus, modo ex aliis redditibus superflua sacerdotum sustentatio, idemque est in consuetudine non soluendi decimas minutas, nempe calcorum, ouillis lanæ, vel etiam animalium, & fructuum minutorum, vt cum aliis resoluimus lib. 2. Canoniarum Quæstionum, c. 21. n. 10. à fortiori debet valere consuetudo, quæ habet, vt ex venditione certæ cuiusdam rei non solvatur alcavala: præsertim, cum lege prædictæ Regis, ita expresse cautum sit.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella, hoc est alcavala, an sit odiosa, vel fauorabilis?
- 2 Gabella, quæ ex contractu debetur, iuris gentium refertur.
- 3 Gabella, quatenus respicit contractum, & personas à quibus soluendo erit, est odiosa, & stricte interpretanda, & num. 1. & 7. sed contrarium probat Parlador. vt in numer. 6. distinguitur, num. 8.
- 4 Omnis recessus à iure communi est odiosus.
- 5 Recessus, quæ à liberis patronis debetur ex

parte patroni continet fauorem, & ideo proleganda ad heredes extraneos patroni, ex parte vero liberi continet odium, & ideo restringenda, vt heredes extraneos liberi non comprehendat.

- 10 In dubio contra gabellam est iudicandum.
- 11 In contra dubio sicum respondens non delinquit, sed intelligi debet, quando sicut agit de lucro captando, proventus vero de damno euicando, vt in num. 13.
- 12 In dubio contra commune loci iudicandum.
- 14 Dubia quæstio in proposito siles, vel contra eum in dubio sit iudicandum, intelligitur, vel resolutum in vno, quia sunt plures opiniones, vel resolutum pro baronibus, vel in caso linter pares, si de re iudic. & cap. final. eodem titulo.
- 15 De gabella debito confitetur, aut ex fraudis derogatur, seruandum est gabella, & siles.
- 16 Gabella solutio, quatenus respicit personam Regis, quod sit fauorabilis constat in pluribus ex legibus del quadero de las alcavalas, quarum nonnulla referuntur, num. 17.

Q V Æ S T I O VI.

An alcavala sit odiosa, vel fauorabilis censenda?

¶ Vtro sextor. An gabella, hoc est alcavala, sit odiosa, vel fauorabilis censenda? Si enim odiosa est, stricte in ea erit procedendum: si vero fauorabilis amplanda, summiusque fauoribus adiuuanda: roderit igitur hæc quæstio, & resolutio, quæ in ea erit sumenda, multum in praxi pro intellectu bene totius materię huius gabellarum tractatus, & præsertim plurium questionum infra examinandum.

Et videtur prima inspectioe, gabellam, seu alcavalam odiosam esse, ac proinde stricte in ea esse procedendum: Primo, quia gabella, quæ ex contractu debetur iuri gentium refertur, ita d. l. in *Contratibus, g. 2. C. de sile instrum.* Cum enim liberatus quedam sit, vt pote contra naturam libertatem contractum, qui eo iure innocenti iure vt in l. ex hoc iure de iust. & iur. bene sequitur, quod gabella iuri gentium refertur dicitur.

Secundo, quia gabella, seu alcavala nostra, quatenus respicit contractum, & personas, à quibus solui debet, odiosa est in hoc, si licet sensu, vt stricte, & proprie ea interpretanda sit, quia cum onerosa sit, & iuri gentium ac communi refertur, minuit enim iusta pretia rerum respectu decimæ Regi soluendo, ratione contractus, venditionis, vel permutationis eorum, & tanto minus gaudet in effectu, pretio rei sive venditor, vel permutator iniustus, cum reuera mallet integro gaudere, cum sit dominus integer rei sive distractæ: nimirum si ex hac parte odium continet, ac proinde sit restringenda. ¶ Omnis enim recessus à iure communi est odiosus, iuxta communem sententiam plurimorum Doctorum, quos ad huc citat Titag. in *præfatione retract. ligon. numer. 62.*

Quibus sit, vt hanc primam partem, nempe quod gabella, hoc est alcavala sit odiosa censenda, ac proinde stricte in ea procedendum, remiserint communi

communiter DD. & in primis voluit Bald. ubi supra dicitur, statutum civitatis imponens gabellam licite esse intelligendum, quoniam refertur, & sequitur Bertach. de gabell. l. par. num. 18. in princ. volum. 1. ad d. vnes. Dicitur deinde tenuit Abbas consil. 3. num. 2. lib. 1. Philipp. Comes consil. 181. littera Q. num. 6. volum. 2. & consil. 199. n. 17. lib. 1. Iafan. l. sententia. n. 17. ad fin. ff. solut. matrim. Tiraguel in tractatu de retr. l. ligat. §. 1. gl. 1. n. 1. eadem in legib. communal. gloss. 5. num. 29. Argidius Bossius in sua practice. tit. de Festigal. num. 10. & 11. Didac. Perez. in rubric. tit. 2. lib. 8. ordinamenti. pagin. 33. in fin. cum sequenti colum. Martine. in l. 1. tit. 3. lib. 5. noue Collect. Reg. gloss. 2. num. 2. Octavia. decif. Pedemont. 4. n. 7. est communis sententia secunda. Lallart. de decim. vend. ubi supra, n. 31.

6 Verum Ioan. Parlador. aduocatus quondam Pintian. videtur perdidit in suis lib. 1. rerum gestar. lib. 3. num. 30. in princip. agens ex professo de hac nostra questione, et sitotum opinio, in casu, de quo agunt, veram esse censet, nequaquam tamen ad nostras ill. Regias protrahendam esse opinatur: ipsi namque loquuntur in regulis ab statutis municipalibus infunctis: statuta vero odio laborare manifestum est. Nostra vero ill. Regia /c alcaualia agentes non statutorum, sed iuris communis naturam sortitur, vt notat Palat. Rub. in traditio. rubricæ de donat. inter virum, & uxorem, n. 9. Ergo tale odium cas non tangit. Resoluit igitur Parlador. contrarium sententiam, nempe has nostras gabellarias leges odiosas non esse, quia vterque ius à iure communi introducta, non sunt odiosa, sed favorabilia, vt in l. 1. ff. de loc. public. fruend. ubi dicitur: *interdictum hoc publice fruend. ubi dicitur: interdictum hoc publice fruend. causa proposita palam est, tunc enim vterque ius, &c.* At quod alcaualia continet publicam utilitatem palam est, vt constat ex adductis à nobis supra quest. 2. per totum, & demeritis his deficientibus cogatur Regia Maiestas maioribus tribus subditos querere, vt inquit l. 1. tit. 28. par. 3. hanc opinionem Parladorij sequitur, & late comprobat Girond. de Gabell. §. par. num. 1. cum sequentibus, dicens, nulli esse odium, veram esse hodie, & defendendam, quandoquidem in totis vniuersi, & Christianæ religionis fauorem conuertatur gabellaria, & ad defensionem fidei, per ea quæ tradit Montali. in l. 50. tit. 6. par. 1. in glo. verb. *Franguezar, vbi dicitur: sed tributum, & causa rationis eius in dies creuit.*

7 Sed obferuo, non ob id, quod gabella iusta sit, & ex publicis, & necessariis causis ad hoc duratibus, tunc, & in dies crescentibus introducta, ac proinde publicam admodum contineat utilitatem horum Regiorum, favorabilis iudicanda sit, cum in pædo suo etiam iusto principio, ex parte gabellam soluere debentium continet odium, & rigorem, ac patrimoniorum suorum aliquam diminutionem, quamvis alio respectu tunc temporis excludi queat odij consideratio propter gratitum illam, & spontaneam populi concessionem de qua supra quest. 2. nihilominus tamen patrimonium remaneat adhuc gravata hoc onere solvendi gabellam: quid igitur dicendum, & tenendum est in hoc casu?

8 Mihi pro vera resolutione huius questionis, & cetero dia opinio, vt iurata distingendum: quod gabella, seu alcaualia, de qua in nostris ill. Regiis, quatenus respicit contractus & personas à quibus solui debet, odiosa sit in hoc, scilicet, vt stricto ac proprie eam interpretemur, quia cum

encrota sit, & iugentium, & communi restituetur, vt probatur, & tenet præterea decisio Pedemont. ubi supra, constat esse stricti iuris, & in hac consideratone recte procedit, accipiendum, & obseruanda est communis sententia DD. primo loco supra adducta: quatenus vero gabella, seu alcaualia respicit Regis personam, cuique solum, cui ipsa debetur, & in cuius fauorem concessa fuit, favorabilis dici debet, & est in hoc sensu accipiendum est secunda opinio præfata contraria modernorum.

Sic etiam videmus, quod reuerentia, quæ à liberis patronis debetur, ex parte patroni continet fauorem, & ideo proroganda ad heredes extraneos patroni: ex parte vero liberi continet odium, & ideo restringenda, vt heredes & extraneos liberi non comprehendat, iuxta gloss. communiter approbatam, de qua per Covar. lib. 1. varior. resolut. cap. 11. num. 3. vbi & alius exemplis hoc confirmat, & secundum Lallart. ubi supra sub diti. numer. 31. qui in terminis gabellæ præd. distinctionem prius applicuit, & tenuit, quæ meo iudicio vera est, & tenenda, & cum ea tranfite videtur Azueved. in l. 1. n. 21. tit. 17. hoc lib. 9.

Ex cuius quidem distinctionis primo membro deducitur, quod in dubio contra gabellam, & sic contra alcaualiam erit iudicandum secundum Bar. in l. si pupillus, in princ. n. 33. ad l. Falcidiam, tenet, quod ubi concurrunt in vno actu due causæ, inspicienda est, quæ minuit gabellam, A. c. h. consil. 264. promittendum, Angel. consil. 9. Comes d. consil. 199. colum. 4. in vers. Et facit pro predictis, vol. 1. & Consil. 106. littera D. & consil. 194. littera H. lib. 1. ad l. an l. 1. in princ. ff. si ex noxal. caus. agatur. Decius consil. 43. n. 10. S. quos sequitur Grauert. consil. 111. in fin. de off. Pedemont. supra citatum, num. 4. & Lallart. ubi supra, n. 31. ubi dicitur: *gabellæ.*

Nec mirum est videri debentem pro regala iuris habeamus, cum non delinqueret, qui in dubiis questionibus contra Fiscum facile responderit, vt in l. non par. 10. ff. de iure fisco, & vbi glossa, & Doctores. Item est contra commune loci secundum Bonifac. in traditio. malef. in princ. numer. 5. fol. an. 12. 2. 4. et Verum debet intelligi, quando Fiscus agit de lucro captando, & priuatus de damno euitandò (vt contingere videtur in exactione gabellæ) secundum Doctores in proprio loco: est communis, & magis communis sententia, secundum Anton. de Fran. de pignor. 2. par. numero 4. num. 178. etiam in communione Anton. Gomez in l. 9. Tit. 2. n. 5. referre plures eos sequutus, loquens in pena Becceus consil. 5. num. 19.

Dubia autem questio in proposito d. l. non puto, intelligitur vel respectu iuris, quia sunt plures opiniones, vel probationes, vel in casu l. inter par. res. de re iud. & c. fin. eodem titulo, secundum Roden. Suarez. in præmio legum feri ad fin.

Ex secundo autem membro præfate distinctionis deducitur, quod constituto de debito gabellæ, aut ve fraus aliqua detegatur, de eius solutione, & doli detectione agatur, faciendum est gabellæ, & sisco, cum fiscalis ratio, & militibus, & priuatis, ipsique templis, & cunctis Reipublice utilis, & necessaria sit, vt in aut. de mand. Præcip. §. publicorum cell. 3. quo fit, vt omnes leges quatenus gabellarum, quæ hominum fraudibus in velligium confirmationem diligerent occurrunt, & alcaualia teneant, æquissime sint, & vt favorabiles animabus subditorum, & Regio patrimonio sustinende: & ita intelligenda est, dicit.

dicitur. ff. de loc. publ. fruend. in verbis prænarandis.

Quod autem gabellæ solutio, quatenus respicit Regis personam, cuique solum sit favorabilis, vt prædictum, ex pluribus comprobari potest, quæ ex legibus del qualerno de las alcaualas euidenter constat, in quibus materia hæc soluendi alcaualam Regij, cuique solum ex omnibus venditionibus, & permutationibus hominum pluribus favorabilis conceditur, atque fulcitur præter regulas iuris communis, qui si sigillatim referendi nunc essent, prolixum videretur, & nihil utilitatis adferret, præterquam, quod hæc necessarium foret, cum sufficiat ad probationem prædictorum inspicere ipsamet leges.

Nihilominus tamen duo, vel tria hic breuiter subiungam, ex quibus interim lector id satis intelliget: & primo considero casum, l. 10. del quadero ho ho de l. 1. tit. 1. 19. hac lib. 9. Noua Collectio. Regis, de qua supra egimus, quest. o. 2. qua cautetur: *Que el vendedor, y comprador, sean obligados a denunciar, y hazer saber al alcaualero dentro de ciertos dias la venta, y trueque de que se deve alcaualia, y pagarla, declarando por granado, y por menado, &c.* Et pena del dolo, non enim sufficit publice contrahere, & bona fide, vt satisfactum sit legibus, requiritur denunciatio præd. sub pena dupliat hoc valde favorabile est sisco, eoque tendit vt desidia, & negligentia exactorum, non noceret Regi, cuique sisco, nec venditoribus & permutantibus profuit. Duplici ergo onere hi grauantur, nempe, vt venditiones à se factas exactoribus, siue publicanis intra quatuor diem denuntient, & notamque faciant, nec alcaualam soluant intra prædictum terminum. Quinimo emptores ipsi eandem notificationem facere tenentur intra quatuor sub eadem pena, licet respectu, contrahentium gabella sit odiosa, cum tamen respectu Regis, cuique sisco sit res favorabilis, merito illi hæc omnia introducta, & iustissime decreta sunt, quoties gabella debetur, Secundo comprobatur, iure Regio concessus, quæ eisdem legibus del quadero de las alcaualas introducta sunt, eorum iudiciali exactioni iuxta ordinem procedendi, hoc est, in ordine iudiciali, in pleyto de rentas Reales, præter aliarum causarum oculum, quæ patent ex toto tit. 7. del orden iudicial en pleyto de rentas Reales, hoc lib. 9. præcipue à l. 1. cum sequentibus eiusdem tit. quæ longam, & laboriosam esset enumeratio.

Tertio idem man fesse deducitur, ex quampluribus legibus tit. 8. de las rentas Reales, quæ nunguna persona usurpe, ni boga por donde venga a valer mensura, cuius maximis penis afficiuntur delinquentes contra Regem & sisco, in hac materia reddunt Regalium & contra usurpantes, & defraudantes hæc iura.

GENERAL DE SVMMARIA.

- 1 Gabella à quo tempore deberi incipiat, an à tempore celebrati contractus, & traditionis, vel pretij solui? cum pluribus sequentibus resoluatur num. 16. cum sequentibus, quod à tempore contractus celebrati: & num. 26. referuntur auctores hæc partem tenentes.
- 2 Venditio perficitur traditione rei vendite.
- 3 Terminus soluitiois pretij, currit à tempore traditionis rei vendite.
- 4 Terminus soluitiois dotis soluitenda non incipit currere, nisi à die nuptiarum.
- 5 Leges Regie, quibus probari videtur, gabellam à

tempore traditionis deberi, & non ante, sed ex responsione numero 27.

- 6 Gabella quando iure communi ex sola consensione debetur, solui debet in loco conventionis & contractus.
- 7 Gabella ex permutacione à tempore traditionis debetur.
- 8 Traditio vera, vel res alia, quæ pro traditione habeatur requiritur ad debitum gabellæ.
- 9 Cessio pro traditione habetur, quando venditur im, vel actio eadem quando venditur for, subius uentur, vel iustus reuicidit in omnibus iuribus incorporalibus venditis, vt in num. 10.
- 10 Quando res venditur pretulo emptoris ante traditionem hac consensio pro traditione habetur.
- 11 Mora venditoris qui pretium accepit, vel fidem de e habuit intradendo rem vendendam habetur pro traditione quoad debitum gabellæ.
- 12 Cum per aliquem stat, quominus aliquid fiat, habetur pro facto, quo ad eius præiudicium, idem in condicione adimplendi statutum est, vt in numer. 14.
- 13 Traditio non est necessaria in venditione facta in fauorem Ecclesie, vel Republicæ, quia in eas statim celebrato contractu transfertur dominium absque traditione.
- 14 Emptio, & venditio solo consensu perficitur.
- 15 Gabella à legibus Regia debetur ex contractu venditionis nuncupatiuæ, non vero impunitur hoc vni generaliter alternari, cuiusque.
- 16 Perfidia emptoris & venditoris triplex est, vt hic & in num. 10.
- 17 Emphyteota vendens emphyteosim sine consensu domini non cadit in commissum, nisi demum sequatur rei reuicidit, idem obtinuit in fructu alienatione, vt in num. 21.
- 18 Redhibitoria alio statim competit ex die venditionis, nec ratiocinatio suspensio.
- 19 Terminus nonem diem, ad retrahum iure sanguinis, iure Regio concessus computatur ex die venditionis.
- 20 Laudemium potest peti statim facta venditione, etiam si sit super traditione.
- 21 Leges Regie ex quibus probari videtur gabellam deberi, ex die venditionis ante traditionem.
- 22 L. 1. C. de nudiis priuilegiis non cessat, si tempore mundanarum factus fuerit contractus, & non traditio.
- 23 Gabella ex contractu pura emptorie, & venditionis statim debetur, licet dominij translatio, vel ius percipiendi fructus dilata sit in aliquod tempus, & præsent gabellarius eam habeat, non vero futurum illo tempore, vt in n. 30.
- 24 Gabella ex contractu venditionis habita fide de pretio celebrato statim debetur, nullo interuallio medijs temporis venditori soluto, vbi soluitur, nec venditor liberabitur in hac specie cedendo alio nomen gabellario, vt que ad quantitatem decime centura emptorem, vt in num. 32.
- 25 Gabella ex venditione census redimibile super meo bono inpositi in fauorem terti statim debetur, & peti potest.
- 26 Gabella ex consensu emphyteotico redimibile statim debetur, & peti potest antequam redimatur, sed verius, & tenendum est contrarium, vt hic.
- 27 Gabella non debetur ex re in censum perpetuum irredimibile concessa.
- 28 Gabella tamen debetur in precedenti specie, si postea ex partium consensu redimatur talis census, & debetur gabellario illius temporis.

QVÆSTIO VII.

An à tempore venditionis, vel traditionis censuali debeat, & peti possit?

Quæstio septima: A quo tempore incipiat deberi gabella hoc est, an a tempore celebrationis contractus, traditionis, vel pretij soluti, hoc est, an ex sola venditione debeat gabella, an etiam requiratur traditio?

Et videtur primo dicendum, tam iure communi, quam Regio, gabellam debitam pro venditione rerum non nisi cum traditio fuerit, vel pro traditione iure habita debentur, peti posse iure communitatis, quia traditio rei venditæ perficitur venditio, ut in l. 1. multa gloss. verb. Perfectam, C. de iur. fidei. 10. de qua late egimus in nostro tractatu de iuramento. Constituitur per Bart. cap. 15. sub num. 23. versio quarto. & textum in l. si quis alienam, ff. de ad. emp. ubi multa gloss. l. de dicitur, quod si aliquis alienam rem vendiderit, & medio tempore habet dominium rei extiterit, cogitur implere venditionem tradendo rem.

3. Hinc est, quod si emptor attingeretur ad solvendum pretium intra duos menses à tempore contractus non curit tempus, nisi à die traditionis rei venditæ, ut per Bart. Bald. Angel. Paul. in l. si cui legatur in princ. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. l. 1. num. 4. gloss. 2. num. 41. cum segg. & gloss. 10. numer. 108. per l. tunc stipulatione in princip. ff. de iur. dot. 4. Vbi promissio dotis solvenda anno proximo, intelligitur non quidem de anno proximo à die promissionis, sed à die nuptiarum animum esse numerandum concordat l. 1. r. 1. par. 4. de quo Tiraquel. ubi supra & Anton. Gomez. in l. 7. Taur. num. 16. col. 3. aliter numerat in princip. & quod ante traditionem venditio non sit perfecta, probatur ex decisio. l. quæres C. de rei vendit. ubi in re duobus vendita, præstatur ille, cui primo tradita fuit.

4. Vbi promissio dotis solvenda anno proximo, intelligitur non quidem de anno proximo à die promissionis, sed à die nuptiarum animum esse numerandum concordat l. 1. r. 1. par. 4. de quo Tiraquel. ubi supra & Anton. Gomez. in l. 7. Taur. num. 16. col. 3. aliter numerat in princip. & quod ante traditionem venditio non sit perfecta, probatur ex decisio. l. quæres C. de rei vendit. ubi in re duobus vendita, præstatur ille, cui primo tradita fuit.

Secundo, quia cum ipsamet venditio respectu contractuum ante traditionem firma quidem non sit, cum re integra ante traditionem contrahentes possint à conventionem discedere: ut ff. de C. quando liceat ab emptione discedere, merito, ut neque gabellæ obligatio ante traditionem firma, & incommutabilis non sit, cum huiusmodi non maneat ipsa venditio, que est causa efficiens, & productiva obligationis gabellæ.

Tertio, & in terminis nostre questionis, iure communi attento, hanc partem probavit Bald. consil. 143. incip. tempore, & consil. 13. incip. licet ista allegaciones, lib. 4. ubi late, & scienter hoc disputat, quem refert Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 46. & Pelaez de mayorat. 4. par. 9. 24. numer. 4.

Iure Regio eadem prima pars, nempe, quod ex sola venditione rei ante traditionem non debeat gabella, probari videtur ex l. 1. 16. del quaderno de las alcavalas, ubi: Para las alcavalas de vender, y entregar en otra parte, & Batim, ibi: O se vendiere, y entregare fuera del lugar de do lo fizo hasta un mes, que lex hodie est l. 10. r. 1. ubi lib. 9. idem probat l. 107. del quaderno ubi: Si en el lugar de señorio se vendieren, y entregaren, que est hodie l. 17. tit. 17. hoc lib. 9.

Secundo, quia clare consideratur traditio rei venditæ, ad hoc, ut in vno vel altero loco gabella debeat in l. 7. quæres hodie l. 18. tit. 12. hoc

lib. 9. & in l. 112. hodie l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. dum igitur dal. obviare inveniunt fructibus, que facile ex traditione contingere possent, saltem tacite inveniunt, & necessariam esse traditionem ad hoc, ut gabella debeat, alias namque si sola venditio sufficeret, quorum leges præfate agerent de obtinendo fructibus, que extrahendo rem de vno loco ad alium ad traditionem faciendam occurrere possent, atque contingeret Taciti autem, & expressi idem est iudicium, cum quid ff. si scriper.

Nec supradictis obstat l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: Los vendedores paguen el alcaval, & ibi: De todo el precio por que vendieren, & quia verbum, vendieren, in ea l. postum intelligi debet cum effectu, l. si quis doceret, ff. ut quis cum qui in iur. est, ut eximatur, & in cap. per laum de clerico, non resid. & non dicitur res vendi cum effectu ante traditionem, ut in h. vendite, nisi de re. dicitur, & in cap. r. m. i. in princip. de fide instrum. Tiraquel. de re. alt. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 44. & gloss. 10. r. 10.

Secundo respondetur, quod quamvis d. l. 1. traditionis non mentierit, non tamen ideo probat, traditionis non requiritur, quia tantum decidit, quod venditores solvant gabellam, & ab eis exigantur decima pars pretij, quo res vendita fuerit iure recipere videtur eandem iuris interpretationem, nempe sequuta traditione, & sic ex venditione perfecta, si enim non traditur res, nec pretium solvitur de quo debet solvi gabellam, nunquid ex nummis propriis venditoris? Minime, esset enim hoc absurdum, & valde operulosum, cum tantum lex dicat: De cada diezmo de dicho el precio por que vendieren: At pretio non soluto, nec traditum, non dicitur solvi gabella de pretio, sed de aliis pecuniis. Ego præsupponere, atque innere videtur hanc l. quod ante rei traditionem, & pretij numerationem gabella non debeat, nec solvenda sit.

Nec etiam obstat, si aliquis obicit, l. 112. del quaderno de las alcavalas, hodie l. 5. tit. 17. lib. 9. Nova Collectio Regia, quatenus regalia el pagar el alcaval por la entrega, vendiendo se la cosa en un lugar, y entregando se en otro en las ventas solamente de las cosas muebles, y sinovientes? Ergo locus est in immobilibus, & sic in his contractum decidere videtur, argumento l. cum prior ff. de iudic. cum similib. recipere cum l. 1. del quaderno hodie l. 10. 10. & 11. de iur. loquentes in rebus immobilibus venditis non faciant mentionem traditionis, nec de ex loquantur, sed hoc vnum disponunt, quod solvatur gabella, ubi sita sunt bona immobilia. Cum igitur dixerit l. sint stabilia, atque late super solutione gabellæ rerum mobilium, & le mouerium, ex vna parte, & immobilium ex altera, dixerunt ius voluerunt inducere in hoc inter bona mobilia, seque mouerium atque immobilia: Sed hoc non obstat, dici potest, in immobilibus etiam requiritur traditionem ad hoc, ut debeat gabella, sicut in mobilibus, & le moueribus, quia licet h. l. postremo allegare nihil dicant de traditione immobilium, nec etiam decidant, ut solvatur gabella de solo contractu venditionis immobilium, nec in loco contractus, non tamen potest congrua ratio differentiæ assignari in hoc inter præd. bona: cum ius, & obligatio solvendi gabellam sit idem, & in vniuersis bonis militet eadem ratio: ergo, & idem ius statui debet in eisdem l. id est vno similib. ff. ad l. Aquil.

Accedit alia consideratio assumpta, ex eadem l. 112. dum enim dicit: Que se vende el alcaval de ista la cosa vendida: idem sentire videtur, ac si diceret: Dónde se entregare, quia bona immobilia alibi

alibi tradi non possunt nisi ubi sita sunt, siue vere, siue per actum solutum traditio fiat. Idcirco cavendo lex, quod solvatur gabella, ubi bona immobilia sita sunt, vna fuit secundum naturalem rationem cauere, ut solvatur gabella, ubi traditio fuerit facta, quandoquidem alibi tradi non possunt: nec opus fuit alia expressione, cum tacite necessario hoc insit, quinimo superflue, & minus apte, similis expressio traditionis fieret.

Denique cum iure communi, quando ex sola conventionibus debeat gabella, solvitur in loco ipsius conventionis, & contractus, Abb. & Felin. in cap. fin. de foro compei. & tam d. l. 101. hoc innovaverit, cavendo, solvi gabellam rerum immobilium venditarum in loco ubi ipse sita sunt, & sic, ubi necessario tradenda erant, videtur legem hanc, quod solutionem gabellæ huiusmodi rerum ad plus respexisse, quam ad conventionem ipsam, nempe ad res ipsas immobiles, & traditionem ipsam, potius ergo videtur sancire ea lex hanc partem, quam ei contradicere.

Et ne etiam auctoritate careamus in hac parte, eam probantur, & tenent duo Regnicolæ non contentende auctoritatis: nempe Montano in l. 61. gloss. vnic. ad fin. 5. par. 5. & D. Castellus in l. 70. Tauri in glo. 1. el alcaval, in addit. nec non & nouissime Villalobos in arario commun. opinio. litera E. num. 3. in fin.

Et recenta hac opinione, idem dicendum esset in contractu permutacionis, & cambij, ut in ipso quoque traditio vera, vel per actum solutum requiratur, ad hoc, ut gabella debeat, & peti possit, præmaximè attentio iure communi, tam quia est contractus innominatus, de v. des, ubi ex verbo date obligatur contrahens ad dominij translationem, ut in l. 1. ff. de rerum permut. que translatio fieri non potest absque traditione, tum etiam quia sine implemento, & traditioe permutatio iure communi non producebat actionem, nec eam habebat alter, qui ex sua parte non adimplet, ut ex placito Cui. de rerum permut. quamvis iure nostro Regio aliud sit, ut alibi docuimus.

Quod autem prædiximus, videri requiritur traditionem rei venditæ, ad hoc, ut debeat, & peti possit gabella, intelligendum est (ut supra quoque innumis) O circa causa que sea anida por entrega: veluti si ius, vel actio venderetur, ut in tit. Ced. de heredit. vel act. vendit. Tunc enim cessio pro traditione habetur, idem quando venditur fors, euentus dubius vel iactus rei.

8. Et denique in omnibus iuribus incorporalibus venditis, gloss. in l. fin. C. quando fise. vel priuat. & in l. final. in princip. in gloss. verb. portionib. ff. de donat. Bart. & Bald. in l. 1. C. de actionib. & oblig. 1. Similiter etiam, quando res venderetur periculo emptoris ante traditionem, l. cum emptor. ff. de rescind. vendit. l. fin. C. de peric. & commod. rei vend. quia tunc habetur res pro tradita ex illa conuentione, ut in d. l. cum emptor. in fin. 1. Similiter pro traditione haberetur, si venator, qui recepit iam pretium, vel habuit fidem de eo, nollet rem tradere, quia huiusmodi venditor est in mora, quin etiam debet viaras, de quibus in l. curabit cum materia. C. de action. empt. & l. Iulianus. §. de vendit. ff. eodem titulo, & in præiudicium morosi venditoris habetur res pro tradita. 1. Cum enim per alium fiat, quominus quid sit, pro facto habetur in eius præiudicium, iuxta quam plurima iura, & nonnullos auctores, quos in hoc congerit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 7. & non habe-

tur pro obtaculo, quod debitor gabellæ sibi met imponat, argumento l. si bona fidei ff. de nozal, nec illud quod ipse remouere potest. l. qui potest ff. de reg. iur. c. final. de elec. 1. Et conditio habetur pro completa, cum fiat per. cum, qui eam implere potest. l. Labeo scribitur ff. de contrab. emptio. 1. Denique traditio non est necessaria in venditione facta in fauorem Ecclesie, vel Reipublice, quia in eas statim, celebrato contractu, transfertur dominium absque traditione, ut in l. inter diuinum. C. de Sacrosanct. Ecclesie, & sic in reliquis similibus casibus.

Superioribus tamen in hac questione adductis non obstantibus: contrarium verius est atque in præxi proculdubio tenendum, quod ex tempore contractus mutuo consensu celebrati & perfecti, etiam ante rei venditæ traditionem, & pretij solutionem debeat, & peti possit gabella, idque sequentibus fundamentis.

Primo, quoniam emptio, & venditio solo consensu perficitur, non quia iuris gentium sit, ut videbatur innuere, l. 1. §. fin. ff. de contrab. empti. sed quia ita inter gentium, vique receptum fuit, ut cum de re, & pretio pure conuocissit, emptio, & venditio essentialiter intelligeretur esse perfecta, quamvis nec traditio rei, nec solutio pretij sublequeretur, ut in princip. insit. de empti. & vendit. in d. l. princ. insit. de oblig. que ex consensu nascuntur. & in §. perficitur, insit. de donat. l. 1. ff. de rerum permut. & in l. 2. de contrab. empti. l. 1. §. 6. 7. & 8. tit. 5. par. 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 41. est communis Doctorum sententia, ut ex aliis affirmat Lassart. de decim. vend. cap. 3. n. 6. ubi quod pretij numeratio, & rei venditæ traditio, que in venditionibus fieri solent, & debent, non ad substantiam contractus, sed ad executionem pertinent, quod & ceteri fatentur.

Accedat, quod si hinc ageremus, & lex onus alcavalæ imponens loqueretur de alienatione, merito ut traditio requireretur: sed cum non dicatur gabellam deberi ex alienatione rerum, sed ex contractu venditionis, constat non requiri, nec expectari debere traditionem ad debitum, & petitionem gabellæ: sed satis esse, quod venditio mutuo consensu celebrata sit, nam etiam, nec solutio pretij, aut traditio intercessit, ex regula iuris æquissima, & significatione verborum in proposito tradita, & explicata in l. alienatum in princip. ff. de verb. signific. ubi ita scribitur: alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen certe dicitur: ex quibus verbis iam clarè constat, id proprie esse venditum, quod etiam manet in dominio venditoris, quia res non fuit tradita.

Est namque triplex perfectio emptiois, & venditionis. Vno modo, ex quo non possint discedere contrahentes, ut in l. sicut ab initio. C. de action. & obligat. secundum quem modum emptio etiam conditionalis, est perfecta. Secundo modo, quando est pura quo ad periculum. Tertio modo, quando res traditur, tunc enim dicitur plus perfecti adhuc, siue impleri, ita gloss. in l. 1. verb. Post perfectam. C. de pericul. & commod. rei vend. similis in princip. gl. 1. insit. de emptio. & venditio. & vtrobique communiter Doctor. & late per Marthe. de Afflic. de cisa. Neapolis. 280. per rotam, & Domin. Couarru. in Practicis Quæst. cap. 3. sub num. 6. ubi ampliat, ut etiam in rebus venditis ad mensuram, ante mensuram adhibitam obligatio perfecta sit ad hunc effectum, ut non sit locus pecnitentiæ.

Cum igitur nostre l. Regie gabellarum simpli-

ciet de venditoribus loquantur, simplicem actum venditionis requirunt, vt debito gabella locus sit, vt in terminis respondet Carol. Molin. in consuet. Paris. lib. 1. §. 2. n. 40. in fine ubi locus esse dicit in iuribus, & oneribus feudalibus, quia hac principaliter respiciunt translatiorem feudi, & mutationem vassalli, Ioan. Garzia de expens. & melior. cap. 18. quos refert, & sequitur Lassare de decim. vend. cap. 3. n. 8. & iterum, cap. 1. n. 13.

Fit igitur ex his, quod sola venditio, mutuo consensu celebrata, sufficit ad hoc, vt gabella debeat, licet solutio pretij, vel traditio rei venditæ non intercesserit, cum hic sit primus perfectionis modus ipsius contractus emptionis, & venditionis. Et est perfectio essentia, vt scientissime probat Francisc. Accet. in l. si fideiussor, §. memi- nisse, c. 1. u. 2. super 2. ff. de legat. 1. quem refert, & sequitur Tiraque. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. n. 48. & de hoc modo perfectionis solum loquuntur leges nostre Regie gabellarum: non vero de ceteris duobus, quia, vt prædicimus, rei venditæ traditio, & pretij conuenti solutio non tam venditionis essentia, & perfectio est, quam eius exsequutio: hinc cessant prope omnia fundamenta contraræ partis, cum ipsa procedant quoad alios actus, & effectus iuris, in quibus requiritur traditio: non tamen sine ea venditio præcedens est nulla, sed potius valida, & efficax, quo ad perfectionem, & valorem, respectu aliorum effectuum, vt gabella debeat.

Sic etiam procedit communis sententia Doctorem, quæ habet, emphyteotam vendentem emphyteotam sine consensu domini in commissum non cadere, nisi traditio sequatur, ve eam latè probat & sequitur, professus esse communem Ant. Gom. in l. 45. Tau. n. 9. 4. estque communior, vt plures allegans, resoluit Tiraque. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. n. 43. Iulius Clarus lib. 4. recept. sem. §. emphyteotici, quæst. 1. Lex namque final. C. de iur. emphy. quæ prædicantur imponit, potius respicit alienationis effectum, quam venditionis, vt constat ex ipsa, paulo post princip. ubi alienare, vel ius emphyteoticum in alium transferre. Neque obstat, quod inferius eadem l. in versis. Minime, loquatur, per verbum vendere, vel ius emphyteoticum transferre, quia debet intelligi de alienatione iuxta præcedentia, & subiectam materiam hoc est, de venditione, per quam transfertur dominium, vt in d. l. alienatum, ff. de verb. signific. quorum ratio in promptu est, nam per nudam venditionem absque traditione, non præiudicatur domino emphyteotico, cum ipsa ad alium possessorem nondum transeierit, sed tunc de iure, cum dominium traditione transfertur. Idem obstat in feudi alienatione, nempe vt feudatarius non cadat in commissum ex sola venditione sine traditione, vt plures allegans, resoluit Tiraque. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. n. 45. quem refert, licet corrupte Lassare ubi supra, d. cap. 3. sub num. 7. ad fin.

Secundo eadem verior, & recepta sententia probatur arg. res. in l. sciendum in fin. cum l. sequenti, ff. de adilit. edict. ubi ad hoc redhibitoria, quæ ratione contractus datur, sicut, & gabella debetur, statim competit ex die venditionis, nec rei traditio expectatur: cum enim actio datur ratione alicuius actus, tempus actionis est die illius actus committitur, licet lex, ff. ad l. Aquil. 7. Hinc est etiam, vt terminus nomen dierum à iure nostro Regio datur ad retrahendum rem inter sanguinis, &c. computetur ex die venditionis, non vero à die traditionis rei venditæ, vel pretij soluti, cum il. Re-

giz, de hoc agentes, simpliciter de venditione loquantur, sicut il. gabellarum, quod in Franc. maiori ex parte oblatur iure optimo secundum Tiraque. ubi supra, n. 48. & iterum §. 1. gloss. 10. num. 1. c. cum sequ. sequitur Montala. in l. 3. gloss. magna, vers. Item quare à quo tempore sicu. 10. lib. 3. for. leg. & cum communio sententia resoluit Martien. in l. 7. gloss. 6. num. 3. tit. 1. lib. 5. Nona Collectio. Reg. & cum eo Lassare de decim. vend. c. 3. sub num. 4. & uos late lib. 2. Practic. quæst. 3. 2. per totam, & post nos sequitur Molin. de iustit. & iur. 2. par. disputatiõne 337. column. 303. vers. ex eadem definitione.

Et in similibus terminis, iure communi attento, hanc 2. par. probat. Maluc. in sua præf. tit. de retract. col. vltim. in versis. Item pone emptor, versis. Quia de domino, nempe, quod dominus potest petere laudemia ex hismodi venditione ante traditionem, etiam si filis sit inter emptor, & venditor super traditione rei sufficit enim, aut ille item esse venditam, l. 1. & 2. C. de rescind. vendit. mo. vero Stephan. Bertrand. consil. 1. 9. viso casu, lib. 1. respondet, in hac specie debet laudemia examini contrahentes ante traditionem discesserunt à contractu: (hoc tamen verum intelligi, vt primum dicemus, quando ex interno fit discessus: sicut si in continenti) & supra dicto refert, & sequitur Tiraque. l. 4. glo. 2. num. 48. licet enim emptor non sit dominus rei empta ante traditionem, competit tamen ei actio ad rem sibi tradendam, & dominium in se transferendum, si venditor erat dominus, exemplo in princip. ff. de alit. empt. & l. in connemalibus in fin. ff. de verb. oblig.

Sei, & iure nostro Regio eadem secunda sententia verior, & tenenda probatur, vel maxime in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Nona Collectio. Regie, in illis verbis: Los vendedores, & ibi: De todo el precio por que vendieren, & ex quibus deducunt manifeste, quod hæc aleuala non ratione traditionis rei venditæ, vel pretij soluti debetur, & soluetur, sed ratione contractus venditionis: nec potest suppleri, & intelligi hoc verbum, sequuta traditione, vel pretij solutione, quasi requirita pro vltima perfectione eiusdem contractus, vt pro parte contraria argumentabamur: Nam præterquam, quod lex illa hoc non dicit, cum tamen si esset de substantia, id exprimeret debuisset, cum continet primam, & precipuam regulam generalem in hac materia gabellarum, scilicet obligationem preciam solvendi decimæ: ac proinde nec nos dicere debemus iuxta l. non distinguemus, ff. de iuris. l. de precij, ff. de publi. in rem act. cum similibus substantia, & essentia venditionis, ipsiusque prima perfectio consistit in conuentione, & celebratione ipsius, simul atque de pretio conuenitur inter partes ante traditionem: traditio autem ipsa vel pretij solutio, quamvis sit alia perfectio: magis tamen expectatur ad executionem venditionis, quam ad ipsos essentiam.

Coadiunatur hoc fundamentum ex l. 10. in fin. ibi: Por no ser acabada la paga, tit. 17. hoc lib. 9. ubi deciditur, propter pretium non solutum executionem gabelle non retardari, quod resoluunt & tenet Avenda. resp. 29. ex prin. Lassare de deci. c. 3. n. 5. & iterum c. 6. num. 27. Unde iam cessat requirere fundamentum supra adductum pro contraria parte, nempe gabellam esse soluentiam de ipso pretio rei venditæ, iuxta mentem d. l. 1. non vero de aliis numis venditoris, nam nec d. l. 1. hoc dicit, nec aliquid in conuentionem sequitur, quod venditor ex aliis suis numis solueti debeat gabellam, cum scire debeat, se statim, quod celebrata

giz, de hoc agentes, simpliciter de venditione loquantur, sicut il. gabellarum, quod in Franc. maiori ex parte oblatur iure optimo secundum Tiraque. ubi supra, n. 48. & iterum §. 1. gloss. 10. num. 1. c. cum sequ. sequitur Montala. in l. 3. gloss. magna, vers. Item quare à quo tempore sicu. 10. lib. 3. for. leg. & cum communio sententia resoluit Martien. in l. 7. gloss. 6. num. 3. tit. 1. lib. 5. Nona Collectio. Reg. & cum eo Lassare de decim. vend. c. 3. sub num. 4. & uos late lib. 2. Practic. quæst. 3. 2. per totam, & post nos sequitur Molin. de iustit. & iur. 2. par. disputatiõne 337. column. 303. vers. ex eadem definitione.

celebrata sit ab eo venditio, teneri ad solutionem gabellæ iuxta l. huius libri: Ergo ipse videat, quomodo vendat.

Secundo eadem nostra, & verissima sententia iure Regio probatur manifeste in l. 3. 1. ubi: Despuer del otorgamiento, 7 fecha de la venta, tit. 19. hoc lib. 9. ubi quinque dies ad solutionem gabellæ assignati numerantur a tempore contractus, non vero a rei traditione, vel pretij solutione, vt perspicue ibi habetur, & asserit Molin. ubi supra, col. 503. vers. sic hæc. Et non solum hæc sententia iuribus & legibus Regis probatur, sed etiam ab auctoribus Regnicolis, & Cohispans nostris tenetur, & defenditur, eam probat Auenda. resp. 29. per totum, & late Lassare d. c. 3. n. 2. cum omnium sequ. ubi quod præc. dubio verior, & tenenda est contra Montala. & ceteros sequaces: & iterum incidenter c. 6. n. 24. & c. 18. n. 34. & Girond. de gabellis, par. 3. vnic. c. 11. dicit, hoc affirmare omnes à se præcitati auctores: & Azcu. multipliciter amplians, & limitans in d. l. 1. n. 8. cum sequentibus, tit. 17. hoc lib. 9. nec non, & nouissime Molina Theolog. de iust. & iur. 2. par. disp. 337. col. 502. vers. quia ergo.

Ex qua communi, & receptori sententia plures effectus deducuntur, quos enumerant, referunt, & sequuntur Lass. Azcu. & Molin. ubi supra, in num. & versis sequentibus, in quibus sciendum, an, cui, & in quo loco, & quando gabella debeatur, semper attenditur tempus celebratione venditionis, non vero eius traditionis, vt ibi late per ipos.

Modo non nocent leges Regie pro contraria parte supra expensæ: quia ipsæ non probant, nec tacite innunt absolute, nec pro regula requiritur traditionem rei venditæ, aut pretij solutionem ad hoc, vt gabella debeat, & exigi possit, cum loquantur in casibus parti. natiuis, in quibus ob diuersitatem locorum prætoritur ex traditione tribui ius quo ad gabellam alicui loco, vel gabellario in præiudicium alterius, merito igitur, vt illi præfate in eisdem casibus decident, cui debeat solui gabella: At vero nos agimus in nostra questione principali, an regulatim gabella statim debeat, & peti possit, celebrato contracta venditionis: motuo consensu ante traditionem rei, & pretij solutionem, & sic ea non expectata, vel post: in quo nostra l. Regie pro hac secunda parte verior citare per modum regulæ, & præcepti dispanunt, gabellam deberi, & soluentiam esse à venditoribus, vsque ad decimam partem pretij venditionis, nulla facta mentione traditionis, aut soluti nisi pretij: Ergo licet propt. faciat, sunt intelligenda, eum alie il. pro priori parte citate non loquantur in hac specie, sed in aliis diuersis: & cum his remanet satis probata, & clara secunda sententia præfata & communis, quam sequimur.

Vnde si sit etiam, vt si tempore nudinarum factus fuerit contractus, & non traditio, non cessabit priuilegium illi. C. de nudin. concessum in vltimis, cum iam ex contractu à stricti sunt contrahentes ad ipsam implendum, arg. l. 3. §. 1. de minor. ita Bald. in d. l. 1. de gabellis in 2. membro. 3. quia 1. par. n. 19. Tiraque. d. l. 1. glo. 2. n. 5. idem dicendum est in venditione facta in nudinis sub conditione, quæ postea, nudinis transactis, perficitur. Gabella namque illius venditionis non est soluentia, quia adhuc nudinarum priuilegium locum habet propter conditionis retroactionem, iuxta regul. 1. par. 5. 1. & l. 1. de iur. & §. si prius ff. qui pot. in pign. hab. secundum Bald. vt si si vera

ubi supra, sequitur plures allegans Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz. de Lug. in regul. 116. in versis. ex quo 3. & Lassare de decim. vend. c. 3. sub n. 10. vers. quinimo, & Gironda de gabell. 6. par. n. 16.

Similiter si contractus emptionis, & venditionis sit potius, sed domini translatio, vel ius percipiendi fructus dilata sit in aliquod tempus, statim debetur gabella, vt nuncupatum tenet Bart. in l. sancimus in fine per illum tex. & ibi quoque Jo. de Platea circa med. C. de consue. lib. 1. 1. Ex quo ipse inferit, quod præsens emptor gabellarum ea habebit, non vero, quod est tempore, in quo effectus venditionis dilatus fuit, quos refert & sequitur Tiraque. d. §. 1. gl. 10. n. 11. Ant. Gom. de qual. castelli. n. 30. col. 2. vltim. num. & Girond. de gabell. 6. par. n. 3. cum sequ. sicque indicatum fuisse asserit Ioseph. Lydo dees. Persus. 14. & sequitur Lassare. c. 6. n. 12. & Azcu. in d. l. 1. n. 9. tit. 17. lib. 9. Quid enim finis habet necessitatem consequentiam ad principium, semper inspiciendum est principium, l. 3. §. si quis cum minore, & ibi communis doctrina, ff. de minor.

Item est dicendum, quando venditio fit habita fide de pretio, nempe, in qua conuenitur licet partes, quo ad eius solutio fiat certo, vel certis quibusdam temporibus. Licet enim in hac specie pluribus rationibus, & auctoritate præterea Alex. Rod. Suar. Part. quos refert, & sequitur lib. 3. rer. quæ. c. 3. num. 48. in disputando defendi subtiliter possit, gabellam peti non posse, antequam dies solutionis conuenitus adueniret: nihilominus tamen, vt ex supra dictis patet, verius est, & in præxi pro indubio tenendum, quod gabella in hoc casu statim celebrata venditione, peti, & exigi possit, termino solutionis minime expectata, nec aliquo interualio medijs temporis venditori à gabellario soluto, & præcipue ex tempore citata, l. 3. tit. 19. hoc lib. 9. quæ generaliter iubet, vt statim intra quinque dies post venditionem celebratam gabella soluat, quæ quidem lex minime patitur declarationem & restrictionem Parla. nempe, vt intelligatur, nisi habita fide de pretio, venditio facta sit, quæ namque putat, non solum quantum diem expectandum, sed & eum, qui pretij solutioni ex conuentione partium adiecta sit, ac proinde limitatio præd. Parla. falsa priorius est, vt prope contra generalitatem illius, & contra cetera supra adducta par. 2. par. verior communis, & tenenda in questione nostra principali: Quibus manifestum sit tenendum, idem esse in venditione celebrata habita fide de pretio ad certum tempus, vel in plures terminos, nempe, vt statim gabella peti atque exigi valeat, nullo interuallo medijs temporis venditori soluto, vt dicimus, vt cum Ant. resp. 29. hoc tenente iustissime probat tenet atque defendit, & iudicant Lassare de deci. vend. c. 6. n. 1. n. 1. & Gironda de gab. 4. p. §. 1. cum sequ. & Azcu. in d. l. 1. n. 9. tit. 17. hoc lib. 9. ubi affirmat, se vidisse hanc opinionem secuta Regia sententia in Senato Regio patrimonij, & sic decidit, nullo interuallo medijs temporis venditori per gabellariu soluto, aut soluto quomodo citis bene probat l. 10. in fin. 17. hoc lib. 9. ubi præcipitur: Que los escriptanos no dexen de dar sus copias de las ventas, y rrenguar un caso quien diga que es un embargo de las cartas por no ser acabada la paga, ni en otra manera. In eo. n. d. debet curari de pretij solutione. Quæ bet, si sit, vt venditor in hac specie, qui nondum sine sua culpa exigit, non liberetur cedendo actionem gabellario, quæ quantitate decime contra emptor, vt rectè in nostra aleuala contra Carol. Molin. in similit

UNIVERSITATIS NOMINATA PALACIO

in consuet. Paris. l. p. tit. 1. s. 27. n. 4. i. si. probat Lall. d. c. n. 28.

33 Denique ex superioribus probanda venit alia doctrina communis, & in praxi quotidie obsema- ta, quam habet, quod ex ventilatione census redimibilis super n. eis bonis impostu in fauorem altioris tertii, gabella statim debet, & peti potest, quia vera, & perfecta venditio est, vt com alijs probat Lall. de deci. ven. c. 18. n. 4. cum seq. post Auz. d. resp. 29. & etiam Felician. de censib. lib. 2. c. f. n. 1. Gi- ron. de gabell. s. p. s. 1. n. 1. & Azeu. in d. l. 1. n. 98. de quo prima alia questione principali latius agemus.

34 Sic etiam videbatur dicendum, quod ex censu emphyteotico redimibilis statim debeat, & peti possit gabella, ante que redimatur ex supra- dictis, nempe, quando aliquis concedit rem suam immobiliem alteri sub censu aliquo quotannis soluendo redimibili, quoniam videtur statim perfe- cta venditio, pro vt in terminis tenet, & probat Auz. d. resp. 29. Nihilominus tamen verius est, ar- que tenendum in proxima specie non posse statim peti, nec exigi gabellam, sed tunc demum cum redem peto sit, & tunc pertinet, & debet gabellario existenti tempore, quo ipse census emphyteoticus redimatur nulla namque contrahitur venditio statim in datione huius census, emphyteoticus, quia concedens remanet cum dominio directo eiusdem rei, & solum transfert dominium velle in emphy- teotiam, & in recognitionem directi restandi an- nua sibi pensio soluitur, donec redimatur, iuxta l. 1. c. de re emph. Interim ergo, quod non redim- tur non interuenit pretium, & ita non potest dici emptio, nec venditio, vt in s. pretium in d. de empt. & vend. vt expresse docet Caro. Mol. in consuet. Paris. tit. 7. s. 23. q. 16. n. 56. sed potius est pactum quoddam nudum rei datur traditioe ve- fteum, sicut in traditione ff. de pact. & l. f. c. de ver. p. rem quem text. ad hoc allegat D. Sor. l. 6. de iust. & iur. q. 5. art. 1. in prin. Ergo ex hoc contractu non debetur, nec potest peti gabella, & quouque census ille, vel annua pensio redimibilis, redimatur, eiusque capitale soluat, quo facto ipsa debetur, & peti potest, pertinereque ad gabellarium, qui illius etiam temporis gabellas conductas habeat, non vero ad eum, qui tempore concessionis rei ad cen- sum emphyteoticum existebat gabellarius. Ita late & bene probatque Lall. de deci. vend. c. 10. n. 51. cum seq. allimans, hanc esse quotidianam, & communem praxim in pluribus huius Regni locis obseruatum, eamque amplectitur, & vbi que loco- rum eam obseruatum esse existimat, quia iustissi- ma iuris ratione fundatur, & Mol. Theol. de iust. & iur. 2. p. disp. 3. s. 1. vers. idem Lall. vbi quod est ipis- sima veritas, idem affirmat, & sequitur Giron. de gabell. s. p. s. 1. num. 2. c. 3. & Azeu. in d. l. 1. n. 103.

35 ¶ que gabellam secundam supra s. debetur, soluet concedens rem in emphyteotico non vero eam accipiens, & redimens censum. ¶ Quod si res in censum perpetuum inredimibilem conce- dere, nulla prioris gabella deberetur vilo tem- pore ex supra dictis, nisi postea ex partium con- sensu redimat talis census, tunc namque gabella deberetur gabellario illius temporis secund. Lall. vbi sup. n. 56. sequitur Azeu. vbi sup. n. 107. De quibus etiam latius agemus prima alia questione p. incipia.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella non debetur ex contractu conditionali dum pendente conditio, sed demum ex existente, & tunc ea debetur primo gabellario, vt hic, intellige, & declaratur in n. 8. cum seqq.
- 2 Pendente condicione neuter contrahentium fas est altero iniure, a contractu discedere.
- 3 Gabella non debetur ex contractu conditionali, si ante impleri conditionem ab eo mutuo consensu partes discesserint, quod procedat etiam si ante, pendente condicione, irraditione vendita emptori fiat, vt in n. 4.
- 4 Gabella nulla debetur desiciente condicione ven- ditionis apposta, etiam si conditio potestatiua sit, & n. 11.
- 5 Gabella non debetur ex venditione conditionali, etiam si petri per vnum ex contrahentibus, quo minus conditio non impleretur, & n. 7. quousuo hic intelligatur.
- 6 Gabella ex contractu sub condicione casuali, vel mixta, aut potestatiua celebrata, condicione imple- ta, cui gabellario debetur, & n. 10.
- 7 Condicio potestatiua non retrahitur ad tem- pus celebrati contractus.
- 8 Gabella an debetur, vel non ab immuni sub exceptio ab eius solutione tempore contractus sub condicione casuali, vel mixta celebrati insufficientem est, non vero tempore impletae condicione, li- mitatur, & 3. quod procedit, quando venditio conditionalis celebrata fuit, secus si tantum promissio de vendendo, vt in n. 14.
- 9 Gabella fructuum alienius fundi, vel vinea ven- diturorum, quando s. cui gabellario debetur.
- 10 Gabella herbarum, cui gabellario debetur, & n. 17. & 18.
- 11 Gironda opinio circa gabellam ex herbis venditis declaratur.
- 12 Quinque dies a lege Regia assignati ad notam faciendam venditionem, & gabellam soluendam gabellario non currunt in venditione condicio- nis, donec conditio casualis, vel mixta adimple- tur, etiam si traditio rei vendita interim condicio- ne pendente fiat, vt in n. 21.
- 13 Ex venditione modalis perfecta statim debetur gabella, & de pura.

Q V E S T I O V I I I.

An ex venditione condicionali de- beatur gabella?

Q V A E S T I O. An ex venditione condicionali debeatur gabella? Et quidem dum pendet condi- tio, certum est gabellam non deberi, sed demum ea existente, & tunc quidem ea debetur primo gabellario, hoc est, loci, & temporis in quo fuit cele- bratus contractus condicionalis, non vero ei, qui gabellarius est tempore, & loco condicione exi- stentis. Hec est communis opinio secund. Ant. Go. de qual. contrah. 1. tom. n. 30. col. 2. illius non ver- terium esset, & tenent omnes secund. Tiraq. de retr. in s. 1. gl. 2. n. 23. & Gloss. 10. n. 46. idem probat Par. ter. quor. l. 1. c. 35. 3. non. 2. s. & late Lall. de deci. vend. c. 5. n. 1. & 10. vbi quod hanc est vera, & communis DD. e. solutio, quam etiam sequitur plures allegans Giron. de gabell. 6. p. in prin. 1. cum seq. vbi n. 10. quod est tenenda in iudica- do, & consulendo, sequitur etiam etiam Azeu. in l. 1. n. 111.

num. 96. & 97. tit. 17. hoc li. 9. & dicens esse com- munem Mol. Theolog. de iust. & iur. 2. p. disp. 337. col. 507. vers. vbi cum Bal. & col. 106. vers. quando

- 2 autem. ¶ Vbi quod quomvis pendente condicione neutri contrahentium fas sit altero iniure ab eo contractum discedere, vt cum glossis, & communi affirmat Lall. vbi sup. d. n. 1. sicut eo ipso ius in
- 3 spe filio quatuor ad id tributum, & nihilominus si ante conditionem impletam contrahentes mu- tuo consensu dissoluant contractum, gabella non debetur, vt recte Lall. affirmat, & probat ibid. n. 6. Non enim in his Regnis est concessum, neque de- betur hoc tributum gabellae, nisi ex pura, ac perfe- cta venditione, aut permutatione. At vero condi- tionalis venditio pendente condicione non est pura, nec perfecta. Vnde si mutuo consensu con- trahentium pendente adhuc condicione dissolu- tur, merito quod gabella ex ea non debetur, quia nunquam fuit perfecta venditio: ¶ quod procedit etiam in eadem specie traditio rei venditae pen- dente condicione emptori fiat, atque ideo transla- tum esset dominium meum: adhuc namque si con- trahentes pendente condicione, ab ea venditione mutuo consensu discedant, gabella ab ea non de- betur, vt probat Lall. d. c. 5. n. 4. & Mol. vbi sup. col. 507. ubi quo fit.
- 5 Deficiente autem condicione venditionis appo- sita gabella non debet, vt probat Lall. de deci. vend. c. 5. n. 7. quod procedit etiam si conditio po- testatiua fuerit, vt aduertit ibid. Lall. d. c. 5. n. 7. ¶ Vbi etiam, quod si sub quacumque alia condicione venditio contracta sit, & per eum cuius fortasse interest, condicione non impleti, factum fuerit, quo minus impletur, quomvis, quod ad alterum contrahentem atinet pro impleta habeatur condi- ditio ex reg. iure civili, ff. de cond. & demonstr. non ita criti quo ad gabellatum, quia reg. praed. locum non habet in iure texti, vt recte censuit Carol. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. s. 23. n. 16. ¶ Quod ita intelligendum esse bene affirmat Lalla. modo ille contrahens, quo ad quem, solum locutum praed. reg. hoc est, quod quomvis conditio habeatur pro impleta, nisi noluerit iure suo: quia illo non venite, minime dici poterit purificata venditio, & con- ditio impleta: secus vero, si ille contrahens iure suo venite fecerit, vt venditio procedat, quasi impleta conditio foret ex reg. d. iure civili. Tunc namque poterit quoque & filius gabellarius ve- declinam suam petere, quia iam verum est & per- fectam, & puram venditionem esse in effectu, cum pro tali iure habeatur. ¶ Limitatur tamen praefata communis assertio, vt procedat, quando venditio contracta est sub condicione caluali, vel mixta: tunc autem merito, vt impleta condicione ga- bella debetur primo gabellatio, non vero secun- do, quia adimpleta conditio retrahitur ad tem- pus venditionis, l. qui balneum, s. amplius, & l. qui prior in prin. ff. qui possit. in pig. hab. cum simi. Secus tamen erit, si conditio venditioni ad- iecta potestatiua sit, quia tunc adimpleta hac con- ditio gabella vitimo, hoc est, existenti tem- pore condicione impleta gabellario debetur,
- 5 non vero primo, ¶ quia conditio potestatiua non retrahitur, iuxta communem doctrinam Bar. l. si filiusfamil. ff. de verb. oblig. quam referat, & sequitur Ant. Gomez vbi sup. dist. num. 30. & D. Couar. praed. q. 9. cap. 39. n. 3. vers. tertio est, & optime Menoch. alios allegans conf. 96. num. 24. cum seq. vol. 10. Ae proinde cessabit ille effectus in fauorem primi gabellarij, vel domini animaduertus, vt animaduertunt, & tenent Ant.

Gom. d. num. 30. vers. limita tamen, & Mol. vbi sup. col. 507. ad fin. & col. seq. ¶ Quod quidem sublimitat D. Couar. vbi sup. vt non procedat ista limitatio in condicione potestatiua, que iniure eo, in cuius potestate est, impleti potest, quoniam huc etiam retrahitur, l. qui balneum, s. amplius. ff. qui possit in pig. hab. Ergo in ea quoque condicione potestatiua procedet text. in l. necessario, vers. quod si pendente condicione, ff. de per. & commod. rei vend. qui loquitur in condicione casuali, vel mixta, cum vtraque retro- trahitur.

Nihilominus tamen Lall. vbi sup. d. cap. 5. num. 1. 1. falsam esse affirmat communem supra. Bar. limitationem etiam restrictam, vt per Couar. vbi sup. & rectissime dicendum existimat, quomcum- que conditionalem contractum sub quacumque condicione casuali, mixta vel potestatiua concep- tum, ea impleta ad tempus, contractus retro- trahi, viderique ad principio iure celebratum, vt ibid. & duob. n. seq. late nititur probare: Ego vero communem praefatam limitationem te- qui malo restrictam, & sublimitatam, vt sup. contra Lall. tum quia communis est, ac proinde sequenda in iudicando, & consulendo: tum etiam, quia quomvis Lallart. latifacere nitatur, l. quidam cum filium, s. vbi ff. de verb. oblig. cui communis innititur, non tamen sufficienter satis- facit d. s. amplius. Vnde illa limitatio, vt eam Couar. restringit, aperte colligitur secund. Mol. vbi sup. p. 1.

Illud tamen pro-udubio obseruandum est in 11 nostra specie huius questionis principalis, quod- deficienti condicione, sub qua fuit celebrata ven- ditio, non debet gabella sicuti quando pendet conditio, quia nulla tunc est emptio, sicut nec valida est stipulatio, d. necessario in prin. l. pecuniam, vers. proinde, & ibi notant D. ff. si cer. per. & in terminis ita tenent Paul. Cast. in l. 1. v. v. n. 5. c. quando, sic, ab emptioe distat, & Tiraq. de retrah. lig. s. 1. gl. 2. n. 23. Ant. Gom. 2. tom. v. r. fol. c. 11. nu. 3. vers. tertius effectus, Ma- tian. in l. 1. v. v. n. 2. lib. 5. non. Collet. Reg. & Paris. vbi sup. n. 35. quos refert, & sequitur Lall. vbi sup. n. 1.

Obseruo etiam, quod si conditio casualis, vel mixta, sub qua venditio celebrata fuerit ab eo, qui tunc temporis gabellae solutioni subiectus erat, adimpleatur tempore, quo ipse venditor iam immunis a solutione gabellae reperitur, procul- dubio illam soluere tenebitur ex communi do- ctrina de qua supra in principio huius quastio- nis. Idemque erit & conuerso, si tempore contra- ctus immanis esset, & cum conditio impletur tributarius reperitur, etenim tempus contractus erit inspiciendum, ac proinde gabellam non debet, non vero tempus condicione impleta, vt in terminis vtrumque probat exemplificans hunc vltimum casum in eo, qui primam cozonam, & beneficium habens, postea vxorem duxit, Lall. d. c. 5. n. 31. vbi in condicione potestatiua, idem esse censet, nempe vt incipiat tempus contractus, sed contractum in hoc vltimo est tenendum cum communi limitatione, de qua sup. cum sua sub limitatione, quis conditio potestatiua, quam impleti non potest, iniure altero contrahentium, non retrahitur ad tempus contractus: sed tantum illa, quam impleti potest iniure altero contrahen- tium, vt praediximus cum Couar. & Mol. contra eum de Lall. Ergo iuxta hoc, vel non debetur gabella in prima specie primi casus in secundo vero

debebitur, & e converso in secundo casu, qui con-

stitui dicitur supra ibi, idemque erit.
Licitur tamen procedens modo observatio,
quando conditio est talis, quam si adesse tempore
celebrati contractus, esset venditorum liberum
a solutione gabellæ, illam quoque immunitatem
redderet, eisdem tempore venditionis immunitas non esset,
quoniam conditio est sub qua venditio collata est
D.D. intrinsecam vocant in l. si. post. gl. ubi. ff. de stipul. ser. veluti si ita laicus vendidisset: vado tibi fundum si ad sacerdotij gradum ascendero, vel si cum eisdem primæ tonsuræ, dixi: vado tibi fundum, si tale beneficium curatum, aut simplex adipiscar: tunc namque adimpleta etiam præd. conditio, gabella non debetur, quoniam licet attendendum sit principium, & non tempus impletæ conditionis, ut non semel docuimus, sed quia adimpleta conditio retrotrahit contractus ad tempus, quo factus est, quasi tunc pure, presentique ea conditio fuerit celebratus, eadem conditio retrotrahit censetur ad idem tempus, quasi tunc fuerit presentis, eaque de causa immunitatem illam tunc reddit ad tributo illo, hoc est gabella, quasi iam tunc ordinibus sacris esset initiatus, ut ex d. l. si. & aliis in trib. do. ce probat vbi sup. l. l. d. e. 1. n. 3. cum seq. & sequitur Molin. vbi sup. d. col. 508. in vers. adnumerum: hoc verum esse intelligens, dommodo eiu modi conditio apposita non sit in fraudem, ne tributum illud solvatur, ut in d. l. si. probatur, & idem Lass. affirmat.

Secundo limitatur eadem procedens observatio, ut præstat, quando venditio conditionalis intercedit, si utaq; & celebrata fuisse, si nulla venditio proprio facto fuit, sed promissio tantum de vendendo in euentum, quod pretium fundi empti non solueret, etiam venditori in pecunia numerata vsque ad certum tempus designatum, nempe, quod eisdem vender anuum redditum redimibilem vsque ad quantitate pretij super eodem fundo, & aliis bonis immobilibus pro solutione d. pretij. Si enim tempore, quo hæc promissio conditionalis de vendendo celebrata fuit, promittens erat laicus gabellæ subiectus, & tempore, quo facta adimpleta præd. conditio esset clericus laicus initiatus, vel beneficiatus, profecto nullam debet gabellam necuti gabellario: licet enim videbatur prima facie principium esse attendendum à quo habet necessariam consequentiam finis, hoc est tempus adimpletæ conditionis, iuxta reg. eadem d. l. 1. §. si quis cum minor. ff. de minor. duo tamen in hac specie concurrunt, quibus excluditur, & perimitur præfata reguli. Primum est, quod nulla fuerit venditio celebrata, sed tantum promissio de vendendo, de qua non debet gabella, sed de ipsa tantum venditione pure celebrata, ut in hoc tractatum non semel diximus, & dicemus: At tempore venditionis clericus erat iam in sacris, vel beneficiatus, ergo gabellam ex ea minime debet. Secundum est, quia in quacunque promissione de iure inesse intelligitur tacita conditio, & hæc clausula, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, estque verissimum, & receptum iuxta à nobis tradita in tractatu. de iura. conf. in l. p. c. 29. n. 6. & c. 71. n. 6. Ergo licet attenda prima conuentione, si idem status duraret, deberetur gabella ex venditione celebrata sub conditione, adimpletata tamen si tempore adimpletæ conditionis motus est status venditoris, quia effectus reperitur immunitas a solutione gabellæ, eam non debet, multoque minus cum nulla venditio celebrata fuisset, sed tantum promissio conditionalis de vendendo: nec obstat quod fuit con-

stitutum in ea certum pretium, quo vendi debebat, & imponi dicti anqui redditus redimibiles in euentum d. conditionis, quo videbatur, idem esse promissio de vendendo, quod ipsa venditio: nam primo respondeo, pretium præd. non inducere venditionem, nec aliqui operari in præposito, quia tacite inerat cum sit legale prædictum, nempe ad rationem quatuordecim pro singulis milliabus. Secundo quod nihilominus nulla interuenit à principio, venditio, sed promissio de vendendo, ex qua promissione nulla debetur gabella, sed tantum ex ipsa venditione actuali, ut patet ex l. Regis gabellarum. Tertio, quod d. promissio, ut prædiximus, intelligitur, rebus sic stantibus, &c. Ex quibus verissima redidit hæc secunda limitatio & secundum eam obtinuit in præd.

Ex priori resolutione circa venditionem sub conditione casuali, vel mixta celebratam, ut ex ea non debetur gabella statim, sed post impletam conditionem: deducitur, idem resolendum esse in venditione fructuum alioquin facti, vel vineæ pro certo pretio, quia venditio illa iure conditionalis censetur, debetur §. verisimile, ff. de contrab. emptio. l. 2. n. 1. §. p. 3. quia et ipsa illa conditio inest, si fructus nascantur, ut in l. in eadem, ff. de verb. oblig. §. l. 1. in fin. ff. de condit. & demonstr. vbi D.D. Vnde decima non debetur, hoc est, aleuata, donec fructus nati sint, & sic tacita conditio impletur, debetur tamen ius gabellaris, quærant tempore conuentionis, non vero existentibus tempore natiuitatis fructuum, & sic conditio in impletæ, præterquam si venditio fructuum futurorum anni sequentis fiat presentis anni in standem gabellaris, qui illo anno sequenti factus est, & ut minori summa gabellæ debito satisfiat, ita etiam Lass. de decim. v. d. cap. 5. n. 19. & 20. sequitur Molin. vbi sup. col. 508. ad si. idque probat l. l. c. 4. d. l. quædam de las alcavalas hodie l. 2. n. 17. hoc lib. 9. inquit: Que las arrendadores que fueren de las alcavalas de las yeruas del Mastrazgo de Calatrava, han de recibir, y recaudar el alcavala de las yeruas de aquel año, o años en que entraren los ganados: puesto que se cumpla el dicho año, o temporada quan los ganados han de entrar en el otro año siguiente, & equarum legem hanc esse existimare veram rationem, & intellectum Lass. de decim. vend. c. 5. n. c. fundis iis, que dixerat c. 3. n. 11.

Ego vero hoc procedere intelligerem iuxta terminos d. l. 2. nempe in fructibus singulorum annorum, hoc est, ut alcavala venditionis herbe vniuersi anni debeatur gabellario, de aquel año, o años en que entraren los dichos ganados a pastar, in non vero gabellario illius anni sequentis in quo impletur, el dicho año, o temporada quan los ganados han de entrar en el otro año siguiente, v. g. venden se las yeruas de un año, o temporada en que se han de pastar, que es desde S. Miguel de Septiembre, o desde Santos de un año, hasta el mes de Abril, o Mayo del año siguiente: la alcavala de la venta de las yeruas se debe, y ha de cobrar el alcavala de aquel año, o años en que entraren los dichos ganados, y no el alcavala que fuere del año siguiente, en que han de salir los dichos ganados, si a caso fuere otro diferente, y esto por que el contrato comienza en el año antes, quando entraron a pastar los dichos ganados: y alcavala de las yeruas del año siguiente deuen a el alcavala de la yerua del año nado, que entraren los ganados adelante en su año a pastar la yerua, y no a poner mis por ea, si que se arriada, v. d. la yerua de una dehesa por

por das, o tres, o mas años, juntamente en una feria, v. g. contrato por venio a persona era el alcavala de todos estos años al arrendador que era el primero año en que se hizo el contrato, aunque después haya diuersos arrendadores de la alcavala de las yeruas en los años siguientes. Parece que si conforme a la doctrina arriba referida de Lass. y Molin: mas a mi lo contrario me parece, y tengo, aunque cesse todo fraude, Lo primero, por es que muy ordinario, y usado arrendarse yeruas, o de bestias de pasto por muchos años, en ellos quer diuersos arrendadores de la alcavala dehesa (por que si fuesen siempre vnos mismos, o si se cogiesen las alcavalas de aquel los años para vn mismo dueño, non auria duda, ni dificultad) y seria cosa muy in iusta quel arrendador del alcavala de las yeruas del primero año lleuasse el alcavala de los años siguientes de las yeruas que no nacen en su año, y la quinta de los arrendadores del alcavala de los dichos años siguientes en cuyo tiempo nacen, y secrian, y pasan. Lo segundo, por la misma l. 2. arriba citada, pues muestra que los arrendadores de las alcavalas de las yeruas ayun de recibir y recaudar el alcavala de las yeruas del dicho Mastrazgo de aquel año, o años en que entraren los dichos ganados: luego a contrario sensu los arrendadores de los años siguientes han de aver, y cobrar el alcavala de las yeruas dehesa en que entraren los dichos ganados, pues no entras en el año, y tiempo del arrendamiento del primero arrendador de las dichas alcavalas si no en el año de los años siguientes.

Sicque non video, quomodo intellectus, siue ratio Lass. ad d. l. 2. del quadrato, & d. l. 2. allegata conset ex licet carnalem legem, neque quod ibi fiat prolatio, nec vlla distinctio gabellariorum, temporis contractus, & temporis adimpletæ tacite conditionis, nisi eas in iudicium, ut prædixi, quo sensu ex venditione herbarum, vel aliorum fructuum, fundi, vel vineæ in plures annos simul facta, censetur gabellam debere singulis gabellaris, cuiusque anni respectu: v. g. ut si primi, secundum, vel alium anni existat vnus gabellarius, ad illum quique pertinet gabella fructuum illorum, ad alios vero diuersos gabellarios, gabella fructuum reliquorum annorum: quia in his cessat ratio retrotractionis ad tempus contractus venditionis, de qua supra quia singulis annis respondere debet qualibet retrotractio d. tacite conditionis, si fructus nascant, nempe, cuiuslibet anno natiuitatis fructuum illius anni: non vero natiuitatis fructuum posteriorum, venditionis prioris, quod supra in principio huius quæstionis soluius, gabellæ venientibus conditionalis, verificata conditione gabellario temporis contractus, debitam esse ex vi retrotractionis, non vero gabellario existentem tempore adimpletæ conditionis, id quidem verum est, & procedit in venditione vna, vnius eiusdemque rei: ceterum in venditione fructuum plurium annorum, quamuis in ea sit tacita conditio, si fructus nascant singulis annis: tamen, cum hæc venditio sit fructuum plurium annorum diuersorum, totidem esse venditiones quot fructus, & anni, ac proinde merito gabella cuiusque anni expectabit ad gabellarium illius anni, natis fructibus non vero ad gabellarium præcedentis anni proxime cum l. 1. 3. eiusdem l. 1. 7. & lib. 9. dicit, Que se aya de demandar el alcavala de las yeruas por el arrendador a quien pertenece, y la demande hasta fin del año da la salida de los ganados, por lo qual parece se da a entender, que en aquel propio año de la entrada del ganado a entrar se

deuenga el alcavala, & quia si aliud diceremus, esset in manu venditoris herbarum, vel aliorum fructuum prædictorum dominus, & conductoribus, futuris gabellarum, eoque suo iure distinguitur, venditio herbas, vel alios fructus in plures annos simul, quod esse non debet, etiam si abique fraude id fieret, sed vt sibi consulari ratione magni præiudicij prædictominis, & gabellaris futuris inde reluctantis: quod si id fiat, tendendum est quod ad gabellæ solutionem, quod prædiximus, quia tot sunt contractus, quot sunt rei cõtentæ, & deductæ in ipso contractu, licet sub vnica conceptione verborum exprimant, v. g. in l. scire debemus, ff. de verb. oblig. cum alij cumulari per Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 1. de qual. contrah. n. 6. Quod patet in proposito, quia si vnica tantum venditio esset, & hæc annua, non deberetur nisi vnica tantum gabella pro omnibus annis, argue hæc illi conductoribus gabellarum, qui erat tempore contractus iuxta tradit. per Ant. Gom. vbi sup. vers. 44. v. c. secunda effectus: At nemo negabit in nostra specie singulis annis deberi gabellam pretij: Ergo sunt plures venditiones, quod ex eo etiam, vel maxime confirmatur, quia iuxta nostram l. l. 17. boc. lib. 9. gabella debetur ex pretio venditionis: sed quolibet anno venditionis a signatur diuersum pretium, est eiusdem quantitas: ergo qualibet anno incipit deberi noua gabella, ac per consequens soluenda est gabellario illiusmet anni. Quicquid Giron. de gabell. 3. p. n. 23. existimat contrarium, nempe, vt gabella ex herbis venditis tantum debeatur, quoribus tempore venditionis herba est iam demonstrata: secus vero alias ex c. 26. De los nuevos apunamientos, ibi: Después de estar mostrados los dichos frutos, & c. Itemque ibi intelligit Giron. in dictaneis, glandibus, & aliis fructibus, terra, vt ex eorum venditione debeatur gabella, si tunc temporis erant fructus demonstrati aliter, nempe locatio, & non venditio, vt late auctent Rip. de pest. ut de priuile. contrah. caus. p. 1. n. 46. cum seq. & loquitur hanc opinionem Azcon. d. l. 13. n. 1. & 2. nisi aliud de consuetudine antiqua citaretur, & declaratum, manente seruari. Ego vero censio singulis annis deberi gabellam herbarum, & ceterorum fructuum futurorum, prout vidi probari in patria mea. Nec obstat, c. 26. puncti natiuitatis non enim dicitur, Que de los otros años del arrendamiento no se debe alcavala, ni trata de ellos, sino del alcavala de los frutos mostrados, que le deua, aunque las referidas dican que son arrendamientos, siendo como son ventas. Secunda igitur etiam consuetudo in hoc facta non demonstratur.

Vltimè proleuendo materiam venditionis conditionalis obliuandam est: quinque dies à l. 31. tit. 19. hoc lib. 9. præfinitos ad gabellæ solutionem, non currere in venditione conditionali, donec conditio casualis, vel mixta impleatur, nisi infra eos dies eod. litio non adimpletur, gabella ante perfectionem venditionis deberetur, & solueretur, vt alias arguit Iurif. Grotius in l. al. ff. de iur. dot. nec verificarentur verba d. l. 31. ibi: Después de fecha la venta, y a bene Lass. de decim. vend. c. 5. n. 1. Idem in termino novem dierum ad restatendam rem patrimonij, & annorum consanguineis concessio à tempore conditionis impletæ, resoluius cum veriore, & receptiori sententia supra in præd. q. 1. n. 3. Et procedit isthæc observatio etiam statim eam venditio sub conditione celebratur res, vendita tradatur emptori: Etenim, licet Titius de retrah. h. g. n. 2. n. 28. & iterum gl. 10. n. 52. cum seq. quod sup. de retrah. venditionis conditionalis

diximus, temperet quando processum fuit ad traditionem rei, quia ex huiusmodi venditione conditionali scilicet traditione ante impletam conditionem, transfertur dominium, l. dicitur fructum, §. de eum statim seq. ff. de iur. dot. & ita tunc statim contraxit tempus retractandi in illominus tamen respectu gabella, de qua agimus, nihil interest, an tradita res sit ante conditionis implementum, nec non: adhuc, namque gabella non debetur, nisi ex venditione perfecta, quousque conditio adimpletor. & venditio sit perfecta, atque purificata, & quamvis dominium rei alienetur, non ideo perfecta venditio magis purificatur, nec perficitur, ut patet ex l. necessario vers. quod si pendente, ff. de perc. & commod. rei vend. l. 2. §. si sub condicione, ff. pro empt. ut in terminis bene adducit, & probat Lass. d. e. §. n. 4. Cui ad id non esse veram illam limitationem, & modificationem Titag. in materia retractus nisi tantum, quando consistat per traditionem voluntate recedere partes, à conditione premissa, ut cum aliis late probauimus lib. 2. pract. q. 153. n. 4. versi. nunc vero.

Quæ autem dicta sunt in hac questione de venditione conditionalis sub condicione casuali vel mixta, non procedunt in venditione sub modo celebrata, hanc namque para, & perfecta est, & ab illa differet, ut in simili legato probat ex l. liberitatis, §. hac scriptura ff. de manum. test. ac proinde ex venditione modalis, inter statim ac de re, & pretio eo modo contentum sit, debetur gabella, quam ex pura, & non qualificata venditione: Ratio differentiæ est, quia conditio actum suspendit, & interim non nascitur actio, nec obligatio, l. legata sub condicione, ff. de condit. & demonst. l. eedere diem, ff. de verb. signifi. modus autem dispositionem, & contractum purum qualificat, ita ut statim obligatio sine efficacia actio detur, premissa cautione de modo implendo, l. demonstratio falsa, §. si & l. si cui, ff. de cond. & demonst. D. D. communiter in quibus diebus, §. Therasius, ff. de cond. & demonst. & alibi sapissime. Ex quibus hanc observationem, & differentiam in terminis gabellæ, de quibus agimus, tenet Lass. d. e. §. n. 9, & sequitur Molin. vbi supra, col. 107. versi. non vero.

SVM MARI A.

- 1 Gabella ex venditione nulla non debetur, & soluta repeti potest.
- 2 Lex statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe ut ex eo soluantur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo.
- 3 Quod sit contra legem est nullum, non solum quoad contractum, sed etiam quoad ea, qua inde sequuntur, deficiente substantia, deficit substantiandum.
- 4 Venditio rei, qua non est in commercio hominum, hominis liberi scienter loci facti, & religiosi, ac cuiusque rei inalienabilis nulla est.
- 5 Contractus bone fidei est nullus, quoties dolum venditoris ei dedit causam.
- 6 Gabella non debetur ex contractu bone fidei, cui dedit causam dolum venditoris, sed contra n. 9, scilicet in contractibus fructu iuris, præterquam in foro conscientie, ut in n. 7. nisi si, qui dolum passus est, voluerit stare contractui bone fidei, quia tunc contractus etiam, & tunc gabella debetur gabellario eius temporis, quo dolum passus declarauerit, se velle stare contractui, ut in n. 8.
- 9 Gabellam debet venditor etiam si eius dolum dederit causam contractui, & n. 13. & 16.

- 10 Dolum passus cogitur declarare, an velit stare contractui, vel eum rescindere.
- 11 Gabellam debet venditor ex contractu nullo propter metum, vel simulationem ab eo illatam.
- 12 Turpitudinem propriam, nec agendo, nec excipiendo licet allegare, nisi lata sententia super natalitate, sed vide n. 13.
- 14 Gabella debetur ex venditione facta in fraudem, quia venditio tenet.
- 15 Gabella debetur ex parte permutantis, dolum adhibentis, qui dederit causam contractui, secus ex parte dolum passus, nisi permutantis voluerit stare.
- 17 Gabella integra debetur ex contractu, cui incidia dolum licet ei causam non dederit.
- 18 Gabella rei propria ignoranter empta non debetur, quia est nulla.
- 19 Venditio est nulla ob defectum substantialium huius contractus.
- 20 Gabella non debetur ex venditione conditionalis, deficiente conditione.
- 21 Gabella non debetur ex contractu nullo, secus ex valido, ut in exemplis hic positis.
- 22 Venditio facta ab uxore solita negotiaria, vidente & permittente marito, est valida.
- 23 Gabella non debetur ex venditione sepulchri à laico facta, & n. 25. q. 2. par. 1. n. 26.
- 24 Sepulchri iura extraneis cedi non possunt.
- 25 Sepulchri iura quo ad usum bene possunt à laicis possideri, & aliis cedi, secus quo ad proprietatem, & n. 25.
- 26 Præx communis referatur circa alienationem ab Ecclesiis, tamenque prælatis sepulchrorum, capellæ, & arcuum in ipsi Ecclesiis præ defunctis sepeliendis.
- 27 Gabella debetur ex vniuersitate rerum temporalium, quibus annexa sunt sepulchra, capella, vel ius patronatus.
- 28 Gabella debetur ex toto pretio, quo hereditas vendita est, etiam si in ea Regalia que sint, qua immunitate alius fungantur non soluentur gabellam.
- 29 Gabella debetur ex venditione sepulchri facti non interueniente Episcopi auctoritate, secus alius, ut in n. 30.

QVÆSTIO IX.

An ex venditione nulla debeatur gabella?

QVÆRO: An ex venditione nulla debeatur gabella, hoc est nostra alicui? Et in hoc communis resolutio est pro parte negativa, scilicet, quod ex venditione nulla non debeatur gabella, ve supra resoluimus in questione proxime præced. n. 11. vbi plures hoc tenentes citauimus: & præterea etiam Giron. de gabell. §. par. n. 25. cum seq. post Tirag. & ab eo velatos de otroque retract. tit. 1. §. 1. l. 2. n. 7. Parlat. lib. 1. rerum quorundam. §. 3. §. 3. n. 34. & Azcu. in l. 1. n. 70. tit. 17. hoc lib. 9. vbi quod si soluta est, repeti potest, ut per Tirag. de retr. conuention. §. 6. gloss. 2. n. 6.

Cuius ratio est, quia lex, statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe, ut ex eo soluantur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo, l. 3. §. condemnatum, & vbi Dd. ff. de re iud. l. 1. §. hac autem sobass. quod dicitur iur. & ibi gl. & D. D. non putant, §. 3. n. 9. quousque de bon. possess. contra tabulas, cum si n. l. & proprie loquendo non potest dici venditio illa, quæ nulla est, iuxta glossam

glossam in l. 1. verb. contractus bene licet habet lib. 1. Lass. post alios de decim. vendit. c. 14. n. 2. & quod enim fit contra litem non solum quoad contractum, sed etiam quoad ea, quæ inde sequuntur, hoc est, quoad gabellam, est etiam nullum, D. D. in l. non dubium per tex. ibi. C. de legib. & deficiente substantia deficit substantiandum, l. in venditionibus versi, inde queritur §. ff. de contrab. emr. l. 20. tit. 5. par. 5.

Exempla venditionis nullæ, ex qua gabella non debetur, sunt veluti si res vendita non erat in commercio hominum, ut in l. si in emptione, §. omnium, ff. de contrab. emr. ibi, quæ vero natura, vel gentium iura, vel vniuersitatis commercio exonerant, carum nulla venditio est, liberum hominem scienter emere non possunt. Idem est in venditione loci facti, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, §. si n. ff. de emr. & vend. l. 5. tit. 5. par. 5. quam aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractum, qui nullus est, actio ex emto competit iuxta distinctionem textus in l. 1. cum duobus sequentibus ff. de contrab. emr. Anton. Gom. secundo tom. capitul. 2. n. 60.

Ex quibus deduci videtur, quod quando contractus bone fidei est nullus, ut patet quia ei dedit causam dolum venditoris iuxta communem resolutionem, de qua per gl. Bar. & communiter Doctores in l. 8. allegatur, ff. de dol. l. si dolo, & ibi gl. ff. C. de res. conuict. & ibi communiter Doctores gloss. Abb. & communiter D. D. in cap. cum dilecti, de emr. & vendit. Conat. in regula possessor. 2. par. §. 6. n. 6. de reg. iur. in 6. Medin. de retr. quæst. 37. Contractus de retr. in summa. ad questionem 57. disto 14. vna cum 107. & ibi subintra, & Aluat. Valate. de iur. emphy. quæstio 1. n. 9. Si uelle, in summa verb. culpa, §. 7. Angel. verb. dolum n. 9. est communis, ut per D. Molinate 2. par. de iust. & iur. disputatio 159. column. 19. & eundem disputatio 35. column. 189. versi. scilicet. Ita ita constituit, & Padilla in l. aran. saluone finit. n. 5. C. de transact.

Gabella non debetur ex contractu non debetur lectandam Lass. d. e. de decim. vendit. caput. 4. n. 2. qui est suppletus loqui in contractibus bone fidei, in quibus dolum dedit eis causam contractum, ac proinde contractus, & eo modo celebratus, est nullus, iuxta prædictam communem resolutionem, & cum sit nullus ex eo non debetur gabella, & Secus in contractibus fructu iuris, in quibus dolum dans causam contractui validus est, ut plerique ex Doctores prædic. & alij præfentur: & in foro exteriori probat Molin. vbi supra column. 594. versi. sic. quæta conclusio, in sequendo loco citatus, dicens, secus esse in foro conscientie, quia in eo nullus est sed cum loquatur in terminis gabellæ, quæ debetur ex contractu venditionis & permutantis, qui bone fidei sunt, ut in §. actionem in l. 1. de aliam. consequntur non deberi gabellam ex contractu dante illi causam dolo, ut tenet Lass. d. e. ff. n. 2. n. 36. hoc verum intelligens numer. 57. nisi is qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc venditio etiam ex resolutio per D. Lar. Perez in rubrica. l. 2. lib. 3. Ordini. pag. 104. Et in hac specie gabella debetur gabellario existenti tempore, quo circumueniens, se stare oportet, ut declarauit, quia tunc incipit esse efficax venditio, quæ prius nulla erat, non vero gabellatio, qui erat tempore contractus, in Lass. d. e. numero 57. quem sequitur Azcu. in l. 1. n. 148. tit. 17. hoc lib. 9.

Mihi tamen in specie principali prædictæ, nempe contractus bone fidei, ubi dedit causam

dolum, ut ex eo venditor, vel permutator, sic decipiens, tenetur soluere gabellam, ut ior. & tenenda videmus, prout etiam arbitrat e m probans Molin. vbi supra, & præsertim column. 594. versi. pete, d. disputatio 33. loquens in venditore decipiente ex eo, quod frans, & dolum nemini patrocinator, & quia ex parte ipsius venditoris decipiens validus est contractus, illumque obligat si deceptus velit stare contractui, satisque est ex parte venditoris contractum esse validum, ut si quis ab eo gabellam comparauerit, eamque exigere valeat, quod ius semel questum, non amittit, tamen si postea deceptus noluit stare contractui propter dolum venditoris, iuxta regulam iur. nostram, de reg. iur. in 6. Quamvis enim contractus bone fidei dolo factus, dante cessante contractui sit nullus in fauorem doli passus, habet præfata communis respectu tamen doli claudicat contractus in suum odium, & sic valet contra regulas iuris communis, l. nullius, §. si à pupillo, ff. de action. emr. l. non ideo minus, C. de procurat. ut in terminis etiam Padilla vbi supra, id. n. 5. in versi. claudicat igitur: ubi etiam, quod cogent dolum passus de latere, si an velit contractum stare, vel potius eum rescindere, ut in d. Julianus, §. si quis colludente, quem ibi in hoc Bar. notauit.

Accedit tamen in super pro hac nostra sententia contra Lass. quia idemmet auctor d. caput. 14. numer. 64. in eadem specie, nempe quando venditio est nulla propter dolum venditoris, quominus, vel propter metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, licet decimam tunc non deberi palam esse, repetat: faceret tamen, quod si gabellarius decimam petat à venditore fundatam, habebit intentionem suam ex prædicta venditione de facto pro, edente, nec audiam eum esse venditorem contra gabellarium agentem, allegantem, venditionem nullam esse ex dolo, menti, vel simulatione, quia allegat turpitudinem suam, quod neque agendo, neque excipiendo licitum cuique est, & cum nemini debeat delictum patrocinari, l. si seruus plur. n. 5. l. si de legat. 1. Aran. saluone cum ibi notari, C. de transact. cum similibus, nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales litam contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus, tunc enim inquit poterit venditor propter turpitudinem ab alio iam detectam allegare contra gabellarium decimam petentem, quia tali casu liquido constat indebitum esse, & quod secus erit, si eam suam turpitudinem causam ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, repetens ab illo, ut indebitam decimam, quæ soluitur semel, quia tam sciens indebitam esse, soluerit: Et igitur, quomodo Lass. in his verbis futerit, & probat, nostram sententiam contra suam priorem, de qua supra egimus & sic sibi tenet contractus videtur in hoc? At quod deinde dicit numer. 64. inquit (ut præfati sumus) vno solo casu indebitam esse prædicta gabellam, nempe, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales litam, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus, verum esse non credimus, sed aliterius etiam post prædictam sententiam peti posse, ac soluendam esse præcipiendum, quoniam ex parte venditoris valida quidem fuit ab imino venditio, quo ad hoc, vel si quis gabellam comparauerit, quod ius quominus semel non amittit, quod si deceptus postea noluit stare contractui propter dolum venditoris, etiam si super nullitate sententia ad petitionem decepti postea lata fuerit: ipsa namque inter partes ius facit.



non vero tertio, qui est fensus, nocet, nihil impediente, quod turpido sit iam detecta, vel non: siquidem ex parte decipientis validus fuit statim contractus: hic, quod inficit ad debitum gabellæ, quamvis postea nullum esse delectetur cum ab initio fuerit valde ius quæsitum filco pro sua gabella. Faciunt tradita per Parlador, lib. 1. rerum quæst. cap. 1. §. 5. numero 39. & 37. ubi quod venditio facta in fraudem tenet, ac proinde ex ea gabella debetur, quidquid hoc intelligendum esse dicat Lassart, iuxta suam resolutionem.

14 Ex quibus omnibus idem probandum venit in permutatione, dolo dante causam huic contractui, nempe, ut respectu doli tenet permutatio, ac proinde ex ipsa parte tenetur solvere gabellam, non vero permutatio deceptus, emtor vero si deceptus regulariter gabellam non debet, sed decipiens: ut præsumimus, nisi adhuc permutationi voluerit stare in d. l. supra dicta n. 8.

15 Fit igitur ex supradictis veriorum videri atque esse, & tenendam nostram, & Molinæ sententiam aduersus Lassart, ac proinde gabellam a vendito etiam permotante decipiente debitam ab initio propter validitatem contractus ex sua parte gabellario tunc temporis celebrati contractus, si fortæ alius existebat.

16 Quod si dolo non dedit causam contractus sed illi incidit, quia alter emtorus erat rem sed non tanto pretio, quo casu contractus validus est, sed datur actio deceptus, etiam non ultra dimidiam iusti pretij deceptus sit, iuxta communem resolutionem Doctorum, de qua per DD. vbi supra, tunc quidem proculsubito gabella debetur integra, nec gabellarius tenetur remittere, aut restituere de gabella debita ratione primi contractus, & hoc ratione doli venditoris, ut nuncupatum tenet Molin. d. diffin. 32. col. 195. vers. Petes.

17 Similiter emtor rei proprie, vel ignoranter celebrata non valet, ac proinde ex ea, gabella non debetur, & sua rei ff. de contr. ab. em. l. 8. tit. 1. p. 1.

18 Erat præterea venditio nulla ob defectum substantialium huius contractus, l. pacta conuenta, & ibi gl. verb. ex pretio ff. de contr. em. & in l. i. venditionibus, ff. eodem tit.

19 Nec non si venditio sub aliqua conditione suspensiva celebratur, eaque deficiat, tunc enim venditio nulla erit, & gabella ex ea non debetur, ut resoluimus sup. in q. 8. proxime præcedenti, art. 1.

20 Alia plura exempla venditionis nullæ congerit Ant. Gomez vbi supra.

21 In summa pro regula obseruandum est, quod ex venditione iure valida debetur gabella: si vero venditio ex se iure non subsistat minime, nempe lege, vel natura prohibente, siue ratione rei vendite, ut in præd. casibus, siue ex defectu solemnitatis, ut in l. lex qua tuores, C. de administr. tutel. siue ex defectu auctoritatis, ut in venditione facta per vxorem sine licentia viri, siue propter incapacitatem personæ, ut in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est, siue ex fraude in legem commissa siue propter simulationem, quibus casibus nulla est venditio, ut latius prosequitur Tiraquel. de veritate rer. ab. tit. 1. §. 1. glo. 2. n. 5. cum sequentibus & Lassart. d. cap. 1. §. 1. n. 5. cum sequentibus, vbi idem tenet, quando propter dolum dantem causam venditioni, venditio non subsistat, sed in hoc contractum probauimus numer. 9. 13. & 16. Sed quod de venditione per vxorem nupquam dixi, intelligi debet, præterquam si talis vxor sit solita negotiati, vidente, & permittente marito, quia tunc valida erit venditio, ac per consequens ex ea gabella

debetur, ita in terminis voluit Azenedo in d. l. i. num. 69. tit. 17. hoc l. b. 9. c. quod de venditione facta ab vxore sine licentia viri non debetur gabella probat bene Girond. de gabell. 9. par. in principio. n. 23. & 24. nisi à marito fuerit approbatus talis contractus.

Ex superioribus 7 ex facto consultus Parlador. lib. 1. rerum quæst. cap. 1. §. 3. num. 35. respondit, quod cum laicus quidam, sepulchrum quod in æde sacra habebat pretio vendidisset, vestigial non debet, quia nullus esset contractus iure Pontificio, ciuili Regioque resurgantibus, cap. abtenda de sepulch. locum. C. de religio. & sumpt. fun. l. 1. tit. 13. par. 1. Sepulchrum igitur auctoritate Episcopi constructum vendi, seu pignori non potest, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, ut in d. l. 1. vbi Greg. Lopez in gloss. vender, inquit, simoniacas esse eas pactiones, quæ fieri solent cum clericis, vel religiosis, ut pro capella aliquod pretium, vel aliquod annuum censum præstetur, quia cum hæc religiosa sint, non potest pro eis aliquid temporale præstari: quod verum, atque iuridicum est, quoniam frequenter male obseruati, vel etiam pãrari solent sic secundum D. Molin. lib. 1. de Hispan. v. m. gen. cap. 24. numero 40. sed nec iura sepulchrorum extraneis cedi possunt, iuxta perinde, §. 1. ff. ad Trebellian. Ioan. Faber in §. 1. colum. vlt. inquit. de acqui. per arrogat. licet transeat ad hæredem extraneum, l. vel qua in principio, qualescumque sint. ff. de relig. & sumpt. fund. ius sepulchri. C. eod. tit. Tiraquel. de retr. all. i. ag. §. 16. gl. 1. n. 5. 2. f. Sed contra hoc responsum Parlador, insurgit Lassart, vbi supra, d. cap. 14. n. 5. dicens, quod ex eo inquit d. iura sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra, vel religiosa in nullius bonis est: atque ideo commercium eius haberi nequit: At hoc procedit, quo ad proprietatem sepulchri duntaxat, 7 secus, quo ad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc, ut nullus præter eum sepeliri possit eo loci, ut cum aliis probat Abb. in d. cap. abtenda, numer. 5. & Syluest. in summa verb. sepulchra, n. 3. & Anchar. cons. 1. 13. n. 3. Ius enim hoc vendi, propter eam rei non lædit, argumento eorum, quæ alias resoluunt Paul. de Castro in l. 4. n. 2. ff. de seruit. & alij DD. Et quia vñs de quo per Abb. & Syluest. non est proprie accipiendus, ut seruitus formalis esse intelligatur, de qua insit. de usu, & habit. nulla enim seruitus esse potest in his rebus, quæ in nullius bonis sunt, ut in l. 1. & ibi DD. ff. de usu, & habit. quam lex pressit in re sacra, & religiosa exemplificat Longualius in repet. Imperium 4. par. fol. 54. ff. de iuris d. omnium iudic. Sed accipiendus est potius pro facultate, & commoditate vendi, quæ differt à vera seruitute vñs: Si igitur hæc facultas vendi capella, & loco sacro imperiosa laici esse potest, quia à te ipsa sacra distinguitur, & seccimur, atque differt: Ergo in aliam transtertur, & cedi potest pro pecunia absque labe simoniæ & venditio valet, & ex ea debetur gabella; 7 Accedit praxis communis, iuxta quam ab Ecclesiis, cuiusque prælati mortantiquo hæc facultas, & ius sepeliendi in eo loco licite, ut creditur, & absque labe simoniæ laici vendunt, eo quod non quid sacrum aut religiosum veniat, sed ius quoddam honoris, & temporale illi potius, quam alibi sepeliendi, ut explicat Dominicus à Soto lib. 9. de iust. & iur. quæst. 7. art. 1. in responsione ad tertium argumentum. Similiter & capella, atque altaria, & arcu: quotidie pretio annuæ pensionis perpetua, & sepul-

ture laicis conceduntur, ut videmus ergo & ab ipsis laicis aliis cedi, vendique possunt, si aut gratis concedi. Cum igitur hæc venditiones communiter fiant, & pro validis reputentur, atque habeantur, gabella ex eis à laicis vendentibus debetur, propter ceteros contra Parlador, Lassart.

Nihilominus tamen Ecclesiæ censuræ ac correctioni superiora subiecto, dum diximus à laicis fieri posse præfatas venditiones licite, & absque simonia: quoniam vix posse in praxi obtineri censeo, ut ex præfata venditione solvatur gabella, cum negari non possit, quin illa facultas, vñs, & commoditas vendi capella, vel sepulchro, in quo venditio consistere prætenditur, ita sacris rebus, & religiosis adhaereat, ut re ipsa vñm ab alio seccimur, aut separari non possit. Vnde nil mirum, ut quod præcipuum est consideretur, siquæ gabella non debetur, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum. Et præterea, quando in vno acta duæ rationes, vel cause concurrunt, inspicenda est, quæ minus gabellam, quia in dubio contra gabellam est indicandum, ut resoluimus supra quæst. 5. n. 10. Ex quibus defendi potest opinio Parlad. à qua, ut ipse postea inquit, in secunda editione, immerito, nulloque iure discessit Lassart vbi supra.

27 Vno tamen casu postea procedere opinio Lassart, contraria nempe in venditione vniuersali rerum temporalium, quibus in heret, vel annexa est capella, vel sepulchrum huiusmodi pretio. Itaque sub ipsa vniuersitate bonorum vendita transfertur in consequentiam iura sepulchrorum, sicut & alias ius patronatus potest alienari inter vivos titulo vniuersali, ut in cap. ex literis, & de iur. patron. cum similibus, tunc enim de toto pretio debetur gabella, quia non venditur, nec veni potest, quod spirituale est, sed transit sub vniuersitate vendita in quadam consuetudine, & vniuersitas, quæ venditur expectanda est, non singule res in ea contentæ, l. in modicis, ff. de contrab. emptio. l. 1. ff. de fund. dor. l. quodam ff. de acqui. rerum domi. & d. cap. ex literis, 28 de iur. pat. 7 Vnde hereditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quæ immunitate alias fungantur, nihilominus integra decima ex toto pretio debetur, ut in terminis probat Parlador, lib. 1. rer. quæst. c. 3. §. 2. n. 26. & 27. supra Lassart, de decim. vend. c. 9. n. 39.

29 Similiter, & in venditione sepulchri facti, non interveniente Episcopi auctoritate, hoc namque potest vendi, atque alienari, quamvis enim iure ciuili considerato, alienari non possit, quia eo ipso, quod quis inferret mortuum in sepulchrum, locum religiosum efficiat, l. cum similibus, C. de relig. & sumpt. fun. cum tamen hoc de iure canonico non procedat, nisi auctoritate Episcopi ad huiusmodi vñm sepulchri locus deputatus sit, iuxta textum in cap. ad hæc, de religio. domib. vbi communiter scribentes id notant, gl. in cap. in Ecclesiastico, verb. si terram, 13. quæst. 2. & ibi DD. Innocenti. & scribentes in d. abtenda, de sepulch. lat. Dec. in cap. quanto, n. 9. de iudic. post Felin. ibidem n. 4. D. Molina vbi supra, n. 39. Cessante tamen proptè cessat de iure canonico prædatione iuris ciuili, casus debet & eius præd. dispositio, ut resoluunt Felin. vbi supra, & Gregor. Lopez in d. l. 1. in gl. verb. vender, quod verissimum videtur Molinæ vbi supra n. 39. reiecta opinione Fabij, & aliorum, qui contrarium absque iuridica ratione censuerunt: Cum igitur sepulchrum, factum absque auctoritate Episcopi vendi atque alienari possit, ut resoluimus, consequitur, ut ex eius venditione alcauala debeatur.

30 Secus autem erit dicendum in sepulchro con-

structo cum auctoritate Episcopi: hoc namque cum vendi nec pignori possit, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, iuxta textum in cap. quanto, n. 9. quæst. 2. & in d. l. 1. & ibi Greg. Lopez, & late probat Molin. vbi supra, n. 40. quicquid nimis subtiliter, & peno philosophando distinguere velit in hoc Lassart, vbi supra, consequens est, ut gabella in hac specie, si de facto venditio fiat, non debeatur, rationibus à nobis supra consideratis pro hac parte.

S V M M A R I A.

- Gabella an debeatur ex venditione resoluta, vel ex legitima causa resoluta, & numerus legq.
- Gabella non debetur ex venditione, vel permutationis contractu, quando partes in continentibus ab eo recedunt: scilicet si ex intervallo, & an tunc noua alia gabella debeatur ex distractu? n. 3. & n. 4.
- Gabella debetur ex augmento contractus ex intervallo aditæ.
- Gabella debetur ex venditione puro celebrata, etiam si ante traditionem partes ab ea mutuo consensu discedant, & a fortiori, si recedant post traditionem, ut ibi, & in n. 7. & 8.
- Gabella an, & quando debeatur, quæstio res celebrata venditione pretium, aut traditio rei remittitur.
- Gabella non debetur quando venditio resoluitur ex pacto directo legitime constituta, vel adiectionis in diebus in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositis, tunc si ex intervallo appositum fuerit, ut in num. 11. Item quando propter verba obligata pacto adiecta, non ipso iure sit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis, ut in num. 12. & quid si pactum illud longo tempore conclusum n. 13. ubi quid de fructibus, interius perceptis?
- Gabella an debeatur ex venditione in hunc modum celebrata, nempe, ut si emptori displicerit emptoria, sit vel distralla sit ad beneficium emptori, si tamen postea emptori non placuerit, & numerus legq.
- Venditio celebrata, si placuerit, vel nisi displicerit, arbitrio boni viri commissa intelligitur, & iuxta id indicandum, an debeatur gabella, vel non, limitatur in casu positionis, 2.
- Gabella debetur in præmissa specie, si resolutio fieret etiam iusta causa post terminum in contractu, vel iure assignatum.
- Termino ad displicendum in re debitoria, quando à partibus non assignatur in contractu, vel post in continenti, est sexaginta dierum, quem terminum partes sua conventionie immutare, & perpetuum efficere possunt, ut in numero 18. Sed si res morbosa, vel vitiosa sit, nihilominus termino displicentia non adiecto in conventionem intra sex menses, reddi fieri potest, ut in n. 19.
- Venditione rei ita celebrata, si tibi placet, statim placere debet, nec prodesse placere dicit sequari.
- Gabella debetur ex venditione facta cum pacto de retrovendendo: ex renuntiatione autem prædicti, alia gabella non debetur, ut in n. 23. nisi prædicti renuntiationis fieret nullo appposito pacto de retrovendendo, ut in num. 24.
- Gabella debetur ex venditione facta cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, tenetur in ea præferre primam venditorem ceteris emptoribus.

- 26 Gabella duplex debetur ex venditione facta cum pacto de retrovendendo intra certum tempus, si postea prorogetur per partes illi terminus, & transacto primo termino intra tamen prorogatum reuendatur.
- 27 Gabella non debetur ex venditione e in pacto de retrovendendo verbis directi concepto, ut in exemplo de quo hic resoluitur affirmatiue. n. 28.
- 29 Gabella debetur ex venditione iuris pacti de retrovendendo in venditione appositus in fauorem tertii pretio facta, tresque gabella in hac specie debentur, ut redema per illum tertium. Prima ex venditione ipsa principali. Alia ex venditione seu cessione dicti pacti. Tertia, ex redemptione, & nu. 30. cui incumbat onus soluendi hanc tertiam gabellam.

QVÆSTIO X.

An ex venditione rescissa, vel ex legitimis causis resoluta, debeatur gabella?

Quarto decimo: An ex venditione rescissa, vel ex legitimis causis resoluta debeatur gabella. Et quia in hoc articulo DD. nostri maxime variant, atque nimis consule, & diffuse procedunt, ita ut pene intelligatur, aut memoriæ retineatur, quid tenendum sit iure, & in praxi, ut constat ex late adductis & congeitis pro Tiraquel, de retract. conuen. §. 6. glo. 2. nu. 4. cum segg. & ex aliis nouioribus, ut hac materia omnibus deinceps clarescat, notaque fiat, sublati nubibus, eam clario, illustrique stylo exponam, procedendo per casus sigillatim.

1 Primus casus est, quando partes celebrato contractu emtionis, & venditionis, vel permutationis, simpliciter, & absolute statim in continenti, hoc est, antequam ad alia diuerterentur, ab eo mutuo consensu recedunt: & tunc quidem non debetur gabella ex contractu, nec distractu: secus si ex intervallo, quia tunc sentiel fisco questum ab eo auferri per partes non potest, Bald. in l. si constante, col. 2. per illum sex. C. de donation. ante nup. Doctores omnes in Lab emtionis, ff. de pacti. secundum Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. glo. 5. numero undecimo, & voluit idem §. 22. numero 10. Et hac est communis sententia, & resolutio secundum Anto. Gomez, qui alios allegat, 2. tom. variar. resolut. capit. 2. de emtione, & venditione, numer. 31. sequitur plates allegans Tiraquel, de retract. conuenio. §. 6. glo. 2. num. 10. vbi id verum intelligit, etiam si ante traditionem rei vendite partes discesserint a contractu, nisi in continenti discedant, sequitur etiam Arias Pinel, in l. 2. in 2. par. cap. 3. nu. 36. col. 2. illius numeri. C. de rescind. vend. Mensura de iure, seruat. §. 2. numero 5. Didac. Perez. in l. 1. tit. 7. lib. 3. Ordinar. pag. 196. vers. sic. sed dubium est: Parado. lib. 1. rerum quod. capit. 3. §. 4. num. 3. §. 6. etique vera, & communis resolutio secundum Ioseph. Ludou. decis. Peras. 113. quem ad hoc refert, & sequitur Lassar. de deci. vendit. capit. 14. numer. 7. cum segg. male tamen hic auctor inquit, gabellam deberi ex venditione, à qua partes in continenti re integra discedunt, cum neque id verum sit, nec communis, & vera resolutio, quam ipse citat, id habeat: sed potius contrarium, nisi cum ex intervallo partes à venditione discesserint, ut constat ex omnibus Docto-

ribus de hoc agentibus: Distinctio igitur prædicta, & communis est, atque tenenda, ut & contra Lassar. vbi supra, censet Ioan. Garzia in tract. de expens. & melior capit. 18. numer. 48. in additionibus nouis, est etiam communis secundum Molin. Theolog. qui cum sequitur in 2. p. de iust. & iur. dispensatione 373. col. um. 772. vers. quando contrallus, & iuxta eam intelligenda est opinio Vegz lib. 5. sue summa casu 632. in princip. alias etiam fallat similiter, & Auend. resp. 20. num. 1. ibi fiseus, & Azcu. in l. 1. nu. 36. tit. 17. hoc lib. 9. dum tenent, quod licet partes penituerint, & venditionis post eam perfectam, debetur gabella, intelligendi sunt, quando penitentia est ex intervallo: secus si in continenti ante quam ad actus extraneos partes se diuertant, iuxta prædict. veram & communem resolutionem.

Quinimo, quando partes ex intervallo à venditione discedunt, postquam ad traditionem rei, pretij solutionem transierint, si resolutio fiat per actum priori dissimilem, nempe, reddendo venditori rem à se venditam, & emtori iam traditam directo pretio: quia non tam priorem venditionem rescississe, quam nouam contractisse videtur, ex l. 1. & 2. ff. de rescind. vendit. alia noua gabella, quasi ex altera noua venditione debetur, & soluenda erit, iuxta precum secundo loco definitum: secus, si actus priori similis retro agens venditionem intercesserit, iuxta l. 1. C. quod si, licet ab emtione, disce. quia tunc vnica tantum gabella ex prædicto contractu soluenda est, ut post alios probatur Parador. num. 6. & Lassar. vbi supra, nec non, & Molin. Theolog. 2. p. de iust. & iur. disp. 373. col. 775. 4. vers. subditum. Quæ distinctio procedit in ea venditione, quæ nec omnino perfecta est omni perfectione, nec omnino in eares est integra, veluti, cum ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditio rei, vel solutione pretij: secus vero, si utrumque factum sit, quia tunc vera est secunda venditio, manente prima, & ex proinde quando traditio rei est facta, & pretium solum quomodocumque, & quibuscumque verbis contrahentes distractum, nouam alcaualam debet reuenditor ex traditis per Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. n. 19. & 20. & in terminis ex eis ita tenet Lassar. d. cap. 14. num. 9. & Molina. col. 775. in vers. illud, vbi quod hac secunda gabella erit soluenda gabellatio, ab domino, qui fuerit tempore secundi contractus, & iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Ant. Gom. Tiraq. Molin. & ceteri DD. supra citati, tenentes indistincte ex resolutione, & discessu a contractu, hoc est, à distractu non deberi gabellam, & que tradit in materia feudali Pegnera de feud. vers. 1. amplia. 15. n. 89.

Quod si contractus ille non dissolutus omnino, sed ex intervallo, vel pretium mutuo consensu augetur, aut minuat, vel metz pro eodem pretio augetur: recessum quidem censetur à priori emtione, & facta noua, quatenus hæc postior à priori diuersa est, & gabella augmenti pretij debetur, non vero gabellaris aliquid restituitur, aut remittere tenebitur, si pretium prius ex intervallo diminueretur de gabella prioris contractus, quia ad eam totam à principio ius plenum acquisisset, cui pariter non potuit variatio in contractu ex intervallo effecta, ita & recte censet Molina vbi supra, d. col. um. 772. ad fin. vers. quod si contractus, & col. um. seg. ex. us in hoc sententiam probat: modo eam intelligamus, quoties variatio prædict. interuenit ante traditionem rei, vel pretij solutionem, ut credo fuisse de mente eiusdem auctoris

auctoris, & innuitur in eius verbis in vers. vbi additur ibi, reque integra iuncta vers. subsequenti: ibi quo loco obferua. Et ideo merito tenet, non debetur tunc nouam gabellam, eo quod contractus esset item aliquotulum variatus: secus tamen esse videtur, si hæc variatio post traditionem rei, vel solutionem pretij intercesserit, quia iam tunc videtur nouus contractus: Nihilominus tamen aliter idem videtur probandum, & in hac specie quod in priori, nempe ante traditionem rei, vel solutionem pretij, scilicet, ut in viroque procedat sententia Molinæ, ut pote quod potius videatur additio noua priori contractus, quam nouus in totum contractus.

Ex superioribus deinceps minime habere locum in nostra materia gabellarum conclusiones, quas late cum suis ampliationibus, & limitationibus, probat, & prosequitur Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glo. 1. n. 32. cum segg. & prior §. 3. glo. 5. nu. 12. cum sequentibus.

Prima enim conclusio erat: ante realem traditionem finis licere penitere, siue distractum, ut nulla iura debeantur, neque de contractu, neque de distractu, quam conclusionem ibi ampliat quatuor modis, & limitat vno modo.

Secunda conclusio erat: post realem traditionem finis, non licere penitere etiam ante quando minus præuenit, nisi in ipso traditionis actu, vel in continenti sequatur, sit traditio, & penitentia, quia traditio facta non videtur, quæ nullo spatio stetit, vel nisi emtori traditione accepta intra modicum tempus fecisset, aut solum verterit decepto venditore.

Hæc enim conclusiones Molinæ dato, quod in sua materia, quam ibi agit, recte procedere possessionem nostram tamen minime sic simpliciter locum habent: sed omnino profus redocenda sunt ad præfatas communes resolutiones, & distinctiones: nempe, quod gabella, hoc est, alcauala in his nostris Regnis debeatur, & peti possit ex solo contractu valido ante traditionem, nisi in continenti per partes antequam ad extraneos actus diuerterat, ab eo discedant, secus si ex intervallo, quia tunc, vel vna, vel duplex gabella debebitur iuxta præcedentem resolutionem.

Similiter in hac nostra materia ex prædictis non procedit resolutio eiusdem Carol. Molinæ d. §. 14. glo. 5. num. 15. & 17. tenent, etiam si traditio inter cedente, posse contrahentes libere discedere, dummodo patronus non præuenit, vel emtor non ceperit possidere, vel feni, &c. contrarium namque respectu gabellæ tenendum est: prout tenent omnes scribentes in Lab emtione, ff. de pacti. & alij, quos refert idem Molinæ d. no. 15. & Fimia de gabell. 3. p. 8. parisi. q. 14. Nam iuxta receptissimam sententiam supra relatam, partes ex intervallo recedere non possunt à venditione in pædicatum iuris, seu gabellæ tertio, vel fisco quæsti, vel quæstire: sed tantum in continenti, & quod si ante partium penitentiam gabellaris in iudicio præuenit, petendo gabellam, procul dubio hæc debetur, licet postea partes à contractu resisterint, quia iam dicti non potest res integra, ut constat ex Molinæ vbi supra, contra Tiraquel. de consuet. poss. p. 1. n. 9. & p. 3. lim. 7. n. 4.

Quod si recte celebrata venditione pretium remisit venditor, vel emtor rem: videtur supra dicto modo distinguendum, ut si quidem in continenti id fiat, gabella non debeatur, si vero ex intervallo, debeatur.

Mhi tamem hæc in specie, ita tenenda videtur optima distinctio circa retractum in materia feudali tradita per Carol. Molinæ in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. numero 3. quæ ita ut quod ipse dicit, & decidit in iure vtriusque retractus, & emtoris rationibus tenendum sit, & practicandum quod ad gabellam, & distinctio prædicta est huiusmodi.

Quod, quando fundo vendito certo pretio, remittitur ipsum pretium ex intervallo, valet venditio, quæcumque ex causa sit remissio, ut in l. si solus habitationem, ff. de retract. ac per consequens locus sit vtriusque retractus (atque ita in nostra specie gabella debeatur) & proinde quo ad retractum integrum pretium erit refundendum: etiam si venditor pure liberaliter donauerit emptori pretium, quia de donatione pretij nihil ad rem.

Si vero in continenti, subditinguendum sit: aut causa pure, & liberaliter donationis remittitur, aut ex alia causa. Primo casu non est venditio feudalis, sed vera donatio, l. cum in venditione, ff. de contrahent. empt. & cetera vtriusque retractus: & ita in omnibus iudicandum sicut de fundo donato (nec etiam hæc in specie debetur gabella.) Quod ita demum procedit, si constituit de causa pure, & liberaliter donationis, seu vtriusque apparet, donatorem non habuisse animum vendendi feudum, ita quod pretium non est appositum causa venditionis, sed causa donationis fore æstimanda, iuxta dict. l. cum in venditione: secus si constitat, quod non habuit animum donandi feudum, sed eius pretium: feudum autem vendere voluit, tunc enim manet venditio feudalis quamuis in continenti pretium donationis causa remiserit, quia non casit donatio, nisi super petito, quod frequenter inquit, enenire potest: veluti si donator noster exinde repropinquos suos à retractu sed pretium donate vult emptori: igitur hoc casu locum habebunt omnia iura feudalia, sicut vera venditione: addo ego, & debetur gabella multoque fortius, si in suis fraudem prædict. remissio facta fuerit.

Secundo vero casu, quando scilicet, ex alia causa quam pure, & liberaliter donationis remissio pretij in continenti fit, manet venditio, & in omnibus idem iudicandum, quod de fundo vendito, etiam si remissio fuerit in continenti non ex causa delicti, sed ad antiquata ex causa simplicis remunerationis, quia huiusmodi remissio magis est genus permutationis, quam donationis, l. sed & si lege, & consuetud. vers. scilicet plane, ff. de per. hered. cum spoliis, ac per consequens debetur gabella in hac specie pro qua distinctio est optimus textus in l. si spoliis, ut vbi sol. circa venditionem, ff. de donat. inter virum, & uxorem, vbi Insuper similiter distinguit in venditione facta à marito uxori, ut inspicitur eius animus, an fuerit donandi, vel vendendi, & ita tenent iudicandum in nostra materia quo ad gabellam, prout in terminis Molinæ sequimus, eius consideratione consentit Lassar. de decimis, d. capit. 14. numer. 6. tametsi Tiraquel. de retract. in donationem, §. 1. glo. 14. num. 123. distinctionem Molinæ improbare videatur, sed opinionem Carol. Molinæ, & Lassar. sequitur Molin. Theolog. 2. pari. de iust. & iur. dispensatione 373. col. 773. vers. sic obiter.

Secundus casus principalis nostre questionis est, quando venditio resoluta ex pacto directo legis committitur, vel additionis in diem in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositis, veluti si dicant, si intra tantum tempus non solueris, res sit inuenta, vel si intra

tale tempus alius meliorem conditionem attulerit. res sit inempta, ut in *titul. ff. de lege commiff. & fin. diem additione*, vel in alio quocumque pacto resoluitio, ut in *specie l. 1. ff. de contrahenda emptio*. Et hac in specie vera, & communis solutio Doctorum est gabelam non deberi, & si soluta fuerit, petendam esse ex gabelatio, quia licet à principio pura venditio sit, suprad. *l. 1. ff. de in diem addit.* ac proinde necessario statim nascitur obligatio ex eo contractu, ut in *pr. inf. de empt. & vend.* & consequenter statim quo que gabelia obligatio sicut quærat, ut in quoque tamen ius tã quæstum partibus, quã sicut, resolubile est, sub conditione illa, si pretium in termino non solvatur, vel si alius meliorem conditionem attulerit, & sic dependenter ex eo, quod id non sequeretur, ita ut si pacti conditio non comparatur, perfluit venditio, & gabelia innotuabitur debeat: si vero, pacti conditio adimpleretur, ut quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditori, ac proinde tem inemptam fieri velit, iuxta *dist. l. 2. ff. de in diem addit. & l. 3. tit. 1. c. 1. de vendit. & l. 1. ff. de in diem addit.* si vero, pacti conditio adimpleretur, ut quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditori, ac proinde tem inemptam fieri velit, iuxta *dist. l. 2. ff. de in diem addit. & l. 3. tit. 1. c. 1. de vendit. & l. 1. ff. de in diem addit.*

Et quod gabelia quoque non debeat in nostris terminis, tenet Pet. de Bellag. & Paul. Cast. *column. 2. in l. 1. ff. de qua, & communia de legat. & ubi Doctores*, quos refert Anton. Gom. in 2. tom. *variar. resolut. tit. 2. de empt. & vendit. numer. 31.* licet eorum non sequatur addens, quod si forte gabelia fuit soluta factio contractus, postea resoluta, poterit reser. tanquam indebita soluta secundum eorum auctores, est communis secunda Par. *lad. lib. 1. de non quæst. cap. 3. §. 4. num. 7. ubi* quod nemo est, qui ab hac temore dissentiat nisi Ant. Gomez ubi supra, sequitur Martens in *l. 7. tit. 1. §. 1. ff. de in diem addit. l. 1. ff. de in diem addit.* hanc etiam sequitur & late probat, & communem esse profertur Lass. de decim. *vendit. cap. 14. numer. 10.* cum sequentibus, necnon, & Molin. Theolog. *2. p. de inf. & iur. dist. 178. column. 309. in vers. tota autem difficultas*, qui etiam improbant Ant. Gom. ubi supra, contractum tenentem, & Menchae. *lib. 1. controuers. of. in frequen. c. 1. n. 2. eorumque fundamentis* satisfaciunt.

Limitatur tamen primo hæc vera, & communis sententia, quando pactum legis commissoria, vel additionis in diem appositum laisset post factio, hoc est, ex interuallo, tunc enim cum semel incommutabiliter ius quæstum sit sicut ad gabeliam, non contractum voluntate, aut pacto, in eius præiudicium aut ferri non potest, aut contractu ex regula *ad quod nostrum ff. de reg. iur. & constat ex prædictis*, & volumi præiudicium auctores præcipue Lass. *num. 18. & Mol. col. 309. in princ. vers. idem.*

Limitatur secundo, quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure sit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis: licet enim, & in hac specie Car. Mol. in *confut. Pat. tit. 1. §. 2. n. 13.* in proposito consuetudinis lux in feudali. æquiperet eadem directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directæ appositus in illis pa-

ctis, & casum obliquæ resolutionis, per verba mere obliqua pacto adiecta, dummodo retro ad non causam relocatur venditio, & resolutio non ex noua causa, sed ex necessitate, & causa veteri ipso contractu existenti: ut utroque casu nulla iura vitia parvum debeantur, & soluta repeti possint, etiam si medio tempore ad traditionem realem, & translationem dominij ipso iure non reuertibilis procellum fuisset: nihilominus tamen, in nostra specie, & materia alcalæ aliud iudicandum censet, quando non ipso iure, & verbis directis pacto adiectis, sed per verba obliqua sit rescissio venditionis per sententiam, vel via actionis, aut exceptionis nemp: ut debeat quidem gabelia, & ideo ea soluta, minime sit repetitio loci, cum in hoc casu venditio semper maneat ipso iure, & valida sit, ut fatetur omnes, & constat ex traditis per Dom. Covarr. *lib. 3. variar. resolut. cap. 2. numer. 1. & Mercha. lib. 1. controuers. usqueque. cap. 69.* Ergo, ex ea debetur gabelia, cum ad hoc solum legibus Imperis Regis consulerem, & inspicitur simplex actus, vere, & validæ venditionis, quamvis postea non daret ex voluntate contractum, dum modo ipso iure non sit resoluta, quamvis ex veteri causa ipsi contractui existenti venditio rescindatur, & in terminis ita recte tenet Lass. *dist. cap. 14. numer. 29.* & Giron. *ubi supra, numer. 29. & Molin. ubi supra, col. 8. ad fin. ubi* quod in hoc committit DD. concenire.

Tertio limitatio colligi potest ex eodem Carol. Molino *4. §. 15. glo. 1. num. 163. cum sequentibus*, dum iure nititur probare, leges illas de in diem additionem, & commissoria, locum tantum habere, quando pacta illa modico tempore concluduntur, ut exemplum ponit in *l. 1. ff. de in diem addit.* propt. plurimum contingit, non autem quando in multis annis protrahuntur, quod rarissimum, & insolitum est, II. namque referuntur ad ea, quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea sicut legitur*, quid enim absurdum, quam emptorem longo tempore verum dominum, & vallum, vel censuram fuisse, & pacifice possidisse, & tamen de se, que tot annos manum mutant nulla iura domino directæ deberi, nec semel quidem, sed si receperit, restituere teneat: Ergo idem videtur dicendum respectu gabelæ solvendæ: Fac enim fundum venditum mille, receptis quingentis, ea lege, ut nisi emptor intra decennium reliquam persolvat, res sit inempta, lapso decennio, persoluitone non facta, venditor iustitatis quingentis fundum recuperat, cur gabelam iam solutam recuperabit, cum tanto tempore venditio duraverit, & in dominio emptoris fuerit: Nihilominus tamen cum venditio ex causa, & pacto ad initio inexistenti, pro infecta habeatur, etiam retro quo ad fructus, qui restitui debent, *l. siem quod. & l. Imperator in principio ff. de in diem addit. l. lege in fundo. ff. de leg. commiff.* quominus pro rata pretij soluti æquum sit emptorem dominum, & possessorum suos fructus facere, *l. vltim. in fine. de fund. dotat. Bald. in l. si traditio. quæstio vltima. c. de alio emptio*, & aliose ferens Carol. Molin. *ubi supra dist. §. 55. glo. 1. numer. 16.* in principio, Nil mirum, ut nulla gabelia debeat, & soluta repeti possit, cum defecta conditione, venditione habeatur, ac si à principio facta, nec celebrata fuisset, ac proinde cessant iam eius omnes effectus, sicut in venditione conditionali supra cum communi resoluimus. Neque pro rata pretij soluti fructus lacere emptor, quæquam in proposito facit, cum id potius de acqui-

tate, & per modum eius, quod licite interest, potius statum sit, quam quod ex vi venditionis à principio resoluatur, saltem virtualiter ratione pacti directi id sustineri queat: nec etiam quod longum tempus eluxerit, conueniam interest, cum hoc ex vi pacti conuenienter contingat, eademque iuris ratio misceat in modico, vel longo tempore, quia magis, & minus non differunt in genere, *l. final. ff. de fundo instruit. præterquam*, quod tempus non solet esse modus inducende, vel tollende obligationis, præcipue contra voluntatem partium, quorum actus non debent operari ultra eorum intentionem, ut de utroque sunt iura vulgaria: denique conuenio, ut in perpetuum redhibito valet *l. quod si nolit. §. si quod ita. ubi si vero conuenit. ff. de adilit. edit.* Quinimo ex eodem textu, si dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori, quando-cunque ab eo discedere, perpetuo quilibet eorum potest pœnitere, iuxta *gloss. in cap. illo vos. ver. b. an. de pignor. Bald. in l. 2. §. vltim. ff. qui suis d. cog. Cremen. singul. 1. 1. Domin. Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 9. numer. 1. qui numer. 4.* hoc verum intelligit de præcipue. *to. vel 20. ann. secus de præscriptio. 30. annorum.* tamen in pacto, *l. commissoria*, hunc discursum procedere posse, licet peraro, longum temporis intervalum ei adimiculetur. In pacto autem adiectum in diem minime, quia hoc prope semper breui tempore solet concludi.


Ex præcedenti secundo casu, quem modo explicimus deducitur in caso *l. 1. ff. de contrahen. emptio*, proculdubio non debetur gabeliam, nempe, si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset, quia resolutio hæc emptio sub præd. conditione, hoc est, data emptoris displicentia, quamvis non sit res sub conditione distracta, ut in *dist. l. 1.* que resolutio operator, ut inempta videatur esse à principio, ac proinde gabelia non debeat, quia sine culpa venditoris eo casu resolutur contractus. Idem erit, si quis vendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, hoc est, à contento: si enim postea venditio emptori displicat, gabelia ex eo non debebitur, siue intelligamus, eam venditionem conditionalem esse, ut in specie textus in *§. emptio. in fine de emptio. & venditio*, iuxta tradita supra. *quæstio 6. vers. scilicet. hæc tamen communis*: siue sub conditione resoluti censamus, iuxta *dist. l. 3. & ea que modo prædicimus*: Est enim differentia inter illam venditionem, si Titius (verbi gratia) intra certum diem tibi placuerit erit tibi emptor autis tot, quia est conditionalis, ut in *d. §. emptio*. & hanc venditionem: vendito tibi hanc rem, ita ut si tibi displicuerit inempta sit, quia non est conditionalis, sed pura: resolutio tamen est conditionalis, ut in *dist. l. 2. ff. de contrahen. emptio. in glo. & Doctores in dist. §. emptio*, & in utraque specie data displicentia emptoris non debetur gabelia, ut prædicimus, & probatur præterea ex doctrina Baldi *consilio 415. idã solennit. lib. 2. ubi tenet*, quod si tempore contractus fuit actum de eo resoluendo, resolutio, que fit postea, non est proprie resolutio, sed executio ipsius contractus per leg. *terciam. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. & l. 1. in fine. ff. de manumiss. & l. 1. in fine. ff. de rebu. eorum. idem Bald. consilio 164. maritus, numero 1. vers. sic dicitur istam, libro 5. in ea sententia, ut quando res vendita, aut data in solutum sui potest ex pacto appositum in contractu, non debeatur ga-*

bella, quæ ex statuto iubetur solui ob contractum, cum non sit plene intransacta, *l. manna sua. nemo ff. de contrahen. emptio. quem refert, & sequitur Tiraquel. de retru. conuent. §. 6. glo. 2. n. 15. ad finem.*

Verum pro expeditiori intelligentia huius doctrinæ obseruandum est in proposito, eam venditionem, si placuerit, vel nisi displicuerit arbitrio boni vici commissam intelligi, ut docet Bart. *consil. 166. numero 2. & consilio 168. numero 5. ex l. si quis arbitratu, numer. 7. & ibi Socin. num. 22. ff. ff. idem Bart. in 1. n. §. 1. C. de S. O. Eccle. Abb. in c. 1. n. 22. ad fin. de iudi. probat Lass. de decim. *vendit. cap. 14. num. 30.* & plures allegans Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. quæstio 3. numer. 7. cum sequentibus*, ita ut si abique velle ratione discesserit emptor à venditione, & venditor consenserit: non tam ex vi pacti præcedentis, quam ex nouo mutuo vniusque partis consensu, & mora voluntate, resoluta videatur venditio, argumento leg. *com emptor ff. de rescindend. vendit.* ac proinde sicut non præiudicabit, quoad gabeliam, quare ipsa adhibetur, ut recte probat Lass. *ubi supra*. Quinimo si hoc non contingeret, re iam tradita, & pretio soluto de huiusmodi resolutione voluntaria, tanquam ex noua venditione, deberetur altera gabelia, tunc enim resolutio præfata non est executio prioris contractus, si quidem absque causa sit, sed potius nouus contractus, si idem esset si resolutio fieret etiam iusta causa, & ratione post terminum in contractu assignatum, vel à fore, intra quem displicere debet emptori, illo namque lapso venditio firma manet, atque omnino perfecta, & absoluta, & factas displicendi finita fuit per moram, hoc est, lapso præd. termini, Bart. in *liber. vendit. in principio ff. de contrahen. empt.* Anton. Gomez. in 2. tomo *variuar. resolut. cap. 2. numer. 19.* Molina Theolog. *de iustitia & iure, 3. par. diff. 1. quæstio 37. col. 109. vers. Tertium. & Terminus autem iuris ad displicendum in redhibitoria actione, quando à partibus in contractu, vel post incontinenti non apponitur, est intra sexaginta dies, ut *l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de adilit. edit.* quem tex dicit singulariter, & vnicum Iason. in *l. prator ait la prima. §. si neque, numer. 3. ff. de iure iur. Socin. num. 11. & l. in l. si quis arbitrat. ff. de verbor. obligat. Anto. Gom. ubi supra, numer. 19. ad fin. gl. in cap. illo vos. ver. an. de pignor. Roman. singul. 713. & 776. & Petrus de Rabena singul. 788.***

Quod tempus redhibitorie actionis, partes suæ conventionione immutare, & perpetuum reddere possunt, ut in *dist. §. si quid ita, vers. scilicet. si vero conuenit. ut docent 10. in d. l. si quis arbitratu, numero 24. Socin. Sen. cons. vltimam sine lib. 3. So. in. Iun. consil. 145. numero 52. lib. 1. Capollin. 12. num. 78. C. de pact. inter empt. & vendit. Domin. Covarr. lib. 1. variar. resolut. ca. 9. n. 4. & hos refert Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. n. 22. n. 11.**

Sed et obiter dicam ille rex de præfato termino sexaginta dierum, intelligendus quidem est, quotiescunque res non est mobilia, vel vitiosa, sed emptori non placet alia causa (iuxta tamen arbitrium boni vici, ut prædicimus) quam ea, que extra pactum poterat agere redhibitoria, vel quanto minoris, quia si esset talis causa morbi, vel vitij, bene posset agi intra terminum ordinatum sex mensium, & anni respectu, non obstante illo textu, quia quod favore alacrius introducitur est, non debet in eius odium retrogeri, ut in regula iuris vulgarit. Ita probat Capolla *lib. 1. c. 1. §. 16. &*



in Ladites, numer. 15. ff. eodem titul. & Menoch. ubi supra, num. 13. demque Carpol. d. num. 16. intelligit illum testum, respectu eius, quod interest, ut transacto tempore duorum mensum preti non possit, neque etiam pretium, quando res vendita non est morbosa, sed si ipsa morbosa sit, vel vitiosa, bene potest agi ad pretium, restituta te, etiam si sint elapsi sexaginta dies.

20 Quod si venditio altius rei, non ut premisimus, si placuerit, vel nisi displicerit, celebrata fuerit, sed hoc modo, si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset, placere die sequenti, ut post Mathely. probavit Alber. in l. remittit. argumento tex. illius loquentis in iuramento deorsum delato à parte parti. ff. de iur. iur. quos refert, & sequitur Grego Lopez in l. 8. glo. 1. titulo 11. par. 3. dicens, ita videlicet pronuntiam in simili questione, in qua post similem obligationem elapsi erant multi dies, sequitur etiam Lassar. de decim. vendit. cap. 11. n. 30. ad fin.

21 Verum si superiora (quibus resoluimus, eam venditionem, si placuerit, vel nisi displicerit, arbitrio boni viri commissam intelligi, ac proinde gabellam debere, si absque ulla ratione discesserit emptor ab emptione) non procedunt, quando verba contractus circa resolutionem, ipsius meram, absolute & liberam voluntatem impoſtant, ad hoc, ut præd. displicentia sit adhibita: tunc enim, licet displicentia sit absque ratione, hoc est, irrationabilis, expressa tamen, & executioni tradita intra terminum à partibus assignatum, vel alias intra sexaginta dies, iuxta d. l. quod finelit. si quid ita venierit, ff. de adilit. edict. non debetur gabella, siue is contractus conditionalis iudicetur, vel patens cum pacto resoluto, utque enim casu, data præd. displicentia, ex mente, & voluntate partium à principio factam deducta, annullatur venditio, atque pro non facta habetur, ac proinde nulla gabella debebitur, quamvis res fuerit tradita, & pretium solutum sub præd. conditione suspensiva, vel pacto resoluto: Mens namque expressa, quæ in contractibus, & vltimis voluntatibus semper attendenda est, l. Celsus, §. 1. ff. de contrab. emptio. in l. in conditionibus, ff. de conditio. & demonstrat. non sult vendendi, ff. de emendi, si emptori displicuerit, non obstante, quod pretium solutum fuerit, veluti pignus, vel in euentum, quod res vendita placeret emptori, & res vendita, quod tradita fuerit ad probationem, placeant, vel displiceat, l. si ex pignus, §. quidam, ff. ad l. Aquil. & omnis actus non debet operari ultra intentionem agentium, l. non emis cum similit. ff. si cert. petat. At quod ex venditione conditionali, deficiente conditione, vel sub pacto resoluto, verbis directis ipso iure celebrata, veluti legis commissio, adiectionis in diem, vel si tibi displicerit, res sit inempta, non debetur gabella resoluta venditione tempore debito tam supra suo loco probauimus.

22 Tertius casus principalis est, quando res venditur cum pacto de retrovendendo, iuxta terminos, l. 2. c. de pall. inter empt. & vendit. & tunc procul dubio dicendum est, gabellam semel ex huiusmodi venditione deberi, & solum repeti non posse, quoniam venditio illa prima sit pura, & perfecta, nihil impediens pacto de retrovendendo appositum, quare ius semel ex ea venditione quantum, non amittitur resolutione po-

lita contractus vi pacti de retrovendendo adiecti. Ex reuenditione autem præd. alia gabella non debetur, quoniam illa non est secunda venditio, sed resolutio prima, ique vi executionis pacti de illa dissoluenta appositum in prima venditione, antequam illa perficeretur. Ita tenet alios allegans Tiraquell. de retrall. conuention. §. 6. glo. 2. num. 15. & Carol. Molin. in consuetud. Parthen. titul. 1. §. 22. quæst. 3. num. 12. 15. & 40. & §. 23. quæstion. 8. numer. 26. & titul. 2. §. 55. glo. 1. quæstion. 4. numero 47. cum sequentibus. Anton. Gomez in 2. tom. variar. resol. cap. 2. de emptio. & vendit. sub numer. 31. & in l. 70. Tauri, numer. 30. Axiat. Pinel. in l. 2. 2. par. cap. 3. numer. 36. C. de resold. vndit. ubi dicit tutorem, & receptionem, C. de resold. vendit. Matien. in l. 7. titul. 11. lib. 5. Nova Castellæ Reg. glo. 3. num. 14. Parlad. lib. 1. rer. quæst. cap. 3. §. 4. num. 5. sequitur eos referens præter Carol. Molin. Fall. de dec. vendit. cap. 14. numer. 36. cum seq. & nouissimè Molin. Theolo. 3. par. de iust. & iur. dif. 374. col. 782. in versic. dubium est, ubi quod DD. committit in hoc consentiunt, & in vers. minus dubium est: & Girond. de gab. §. p. in princip. num. 30. Azcond. in l. 1. num. 99. titul. 17. lib. 9. Nova Castellæ Regie. Qui quid alias distinguit Peguer. in sua repetitione feud. fol. 34. num. 6. in laudem venditionis rei feudalis, vel emphyteoticæ, an pactum redemptionis sit ad modicum tempus, ut tunc ex ea venditione laudemium non debeatur: aut yero ad longum tempus, & tunc ipsa debeatur, quocumque enim modo fiat venditio cum præd. pacto, gabella statim debetur, quia venditio pura est atque perfecta: & quod ex venditione cum pacto de retrovendendo debeatur laudemium, indicauit Senatus Pedemontanus contra opinionem multorum, quos refert Boerius decis. 182. numer. 39. & decis. 234. in fine, secundum Anto. Theaur. decis. Pedemontana, 75. num. 2. & 3. latè agit, an debeat alterum laudemium ex reuenditione facta postmodum. Aponte in trat. de laudemis, quæst. 37. per totam.

24 Quod si post venditionem semel vtrumque perfectam mercis, ac pretii, traditione, nullo appposito pacto de retrovendendo, conueniant postea contrahentes, ut res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censetur noua omnino venditio, debereturque ex ea noua, & distincta gabella gabellatio existenti tempore secunde venditionis, ut probat Molina ubi supra. columna. 83. in princip.

Vbi quod si tempore primæ conventionis pactum de retrovendendo apponeretur, ut res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda venditio, distinctaque gabella pro illa deberetur, secundum Lassar. ubi supra, num. 41. Et rectè.

25 Quod si venditio à principio fieret, iuxta terminos, l. 2. c. de pall. inter empt. & vendit. & tunc procul dubio dicendum est, gabellam semel ex huiusmodi venditione deberi, & solum repeti non posse, quoniam venditio illa prima sit pura, & perfecta, nihil impediens pacto de retrovendendo appositum, quare ius semel ex ea venditione quantum, non amittitur resolutione po-

resolutio primi contractus, sed noua venditio, iuxta Molin. ubi supra in vers. sequitur etiam post Molin. ubi supra, num. 42. cum Carol. Molin.

26 Sed si venditio facta esset cum pacto de retrovendendo vique ad sex annos verbi gratia, & ante quam illi compleretur, prorogatio temporis de consensu partium fiat, veluti vique ad alios sex annos, aliudve tempus, transactique prioribus sex annis intra alios sex redemptio fiat, debetur alia distincta gabella, ut cum Carol. Molin. & Tiraquell. tenet, & probat Lassar. ubi supra, n. 43. & Molin. etiam ubi supra, ad fin. d. col. 783.

27 Maxime si tamen conuentionis est apud incipientes, vtrum superiora procedant in pacto de retrovendendo verbis directis concepto, nempe cum dictum fuerit, ut oblato pretio emtori à venditore intra tale tempus, res sit inuenta, necesse videtur namque tunc non requiri traditionem rei ad translationem domini, sicut, nec quando apponitur pactum legis commissio, vel adiectionis in diem verbis directis, ut iure probare nituntur, & constantè affirmant Paul. de Cast. & alii plures, quos refert, & sequitur D. Couat. lib. 3. var. resol. cap. 3. sub nu. 2. in vers. verum & in hac specie, dicens esse sibi iure venorem, & communiter ex testimonio Lal. conf. 128. n. 4. lib. 4. Tiraq. qui eam sequitur de retrall. conuention. tit. 1. glo. 7. n. 15. quibus ad stipulatum tex. insignis in l. voluntate. §. vltimo. §. quibus modis pign. vel hypotec. solu. cui non potest congrue responderi secundum Couat. ubi supra. Quod si hoc ita absolute verum est, inde sequitur, gabellam nullam deberi ex huiusmodi pacto de retrovendendo verbis directis adiecto, cum absque traditione oblato pretio resoluatur venditio à gumento eorum, que in prædicta sunt in secundo casu circa pactum l. commissio, & adiectionis in diem.

Rursus sunt alii quamplures auctores probantes etiam tunc, nempe in pacto de retrovendendo, verbis directis concepto, requiri traditionem ad domini translationem, & quod sic ex obligatione sola pretii, statim præd. pacto eo modo concepto, non translatetur dominium, sicut nec quando hoc pactum de retrovendendo verbis obliquis concipitur, quo casu certum est, aut altem verius, & receptus, traditionem requiri ad translationem domini, quando venditor virtute huius pacti vult rem suam retinere, ut patet ex Tiraquell. ubi supra num. 12. ubi communiter profertur plures citans, iunctis Paul. de Cast. & alii ab eo præcitat. num. 7. cum sequentibus aliud velint adhuc in hac specie, sed quod prædictis cum communi proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est secundum Cumanum in l. 1. ff. de donat. & frequentiori Doctorum sententia probatum secundum Couat. ubi supra, d. nu. 2. per totum. Et quod hoc procedat, etiam pactum de retrovendendo fiat verbis directis, tenet Barr. in d. l. 1. numer. 10. ff. de donat. estque communis, aut saltem magis recepta secundum Couat. supra, licet priorum, vltimè sibi vltorem probet, ut prædictum. Quod si hæc secunda opinio magis communis tenenda est, profecto iuxta eam videtur gabellam deberi ex prima venditione cum præd. pacto de retrovendendo verbis directis celebrata, licet alia gabella non debeatur ex ipsa reuenditione, sicut resoluimus in venditione cum pacto de retrovendendo verbis obliquis adiecto, celebrata.

Sed si, quo ad nostram materiam gabellam, aliqua vis fieri potest in translatione domini ip-

so iure, vel per reuenditionem in proposito huius pacti de retrovendendo verbis directis appositæ, profecto indubium videtur, nullam tunc gabellam deberi, etiam si opinione hæc præcedentem magis communem sequamur, quam in hac materia amplectitur Lassar. de decim. vendit. cap. 14. sub num. 36. quia ut cumque sit, ea tantum obtinet quo ad dominium directum, & ductum in reuenditionem: si quidem vult dominium, & vltis in rem actio absque traditione competit venditori ex pacto reuenditionis etiam iuxta communem formam oblique concepto ex rez. singulari in l. si emi venderet, ff. de pign. actio. ubi Paulus de Castro hoc obierunt, & colligunt, atque probant alii plures, quos refert, & sequitur, dicens esse magis communem D. Couat. ubi supra num. 3. Ergo cum dominium saltem vult transferri in hac specie sine traditione, si ad hoc solum attendendum esset, nec in presenti questione deberetur gabella, procul dubio nec quando pactum de retrovendendo adiectus fuisset verbis obliquis, quod esset contra communem resolutionem supra positam in principio huius tertii casus.

28 Quid si tenendum; Ego censeo non esse attendendum in proposito nostro ad sciendum, an debeatur gabella, necne, ex prima venditione facta cum pacto de retrovendendo ad domini translationem ipso iure factam, vel per traditionem, sed solum ad id, an venditio à principio pura, & perfecta fuerit, iulque numeris absoluta, non obstante pacto de retrovendendo: cum leges nostræ Regiæ gabellam tantum loquantur de venditionibus huiusmodi. Hinc fit, ut cum venditio facta cum pacto de retrovendendo, siue verbis obliquis, siue directis, à principio vtroque casu valida sit, atque efficiat, ac proinde emptor interim gaudeat fructibus, nec eoi teneatur restituere postea medio tempore perceptos, nisi à tempore petiti solui, vel oblari per venditorem ut in l. 2. c. de pall. inter empt. & vendit. & ibi gloss. ordinaria, & communiter DD. l. 2. art. 5. par. 5. Anton. Gomez. 2. tomo variar. resolut. cap. 2. de emitione, & venditione, nu. 27. debeatur statim gabella: Nec ad rem pertinet quod oblato pretio à venditore res habeatur pro inempta, & sic, quod prima venditio videatur resoluta, quando huiusmodi pactum de retrovendendo verbis directis conceptum fuit, iuxta verba contractuum, sicut in pacto l. commissio, & adiectionis in diem: quia in his constat de clara intentione contractuum verbis etiam expressis, volentium nullam venditionem censeri celebratam veniens ipsi pactis legis commissio, vel adiectionis in diem: At in pacto de retrovendendo constat de mente ipsorum, verbis etiam adionata, nempe de retrovendendo, quod supponit, priorem venditionem adhuc validam remansisse, si quidem eadem res reuendi debet: cui sensus, & voluntati non videtur derogatum per verba sequentia, ea, scilicet, ut tunc res sit inempta: hoc namque, statibus præcedentibus, impropium, & potius iuxta fictionem, quam secundum veritatem stare potest, quia verum non comparatur eam præcedentibus: diuersi huiusmodi multum sunt pacta legis commissio, adiectionisque in diem à pacto de retrovendendo illud enim legis commissio respicit solutionem pretii rei emptæ, & sic adiectione pro cautela, & securitate solutionis ipsius ea mente, ut si non soluantur pretium intra tempus constitutum, nulla sit venditio celebrata: illud vero pactum adiectionis in diem ut si alius meliorem conditionem

atque licet, nulla sit venditio celebrata: At vero pactum de retrovendendo verbis directis, aut obliquis appositum non respicit solutionem circa primam venditionem faciendam, nec annullat ipsam venditionem, sed tantum concedit redemptionem eiusdem rei eodem pretio facienda siue ipso iure, siue per traditionem insequendam, oblato pretio à venditore: Ergo siue pactum de retrovendendo sit verbis obliquis conceptum, siue directis, utroque casu iure optimo consistat ex prima venditione deberi gabellam in primo casu iuxta communem sententiam, & verissimam, quam supra adduximus in principio huius tertij casus principalis. In secundis casu iuxta proxime à nobis dicta, & considerata, quod puto verissimum, & probant in terminis Paulato, ubi supra, & Lalla. d. cap. 4. num. 36. Alias enim, cum venditur pretio fixato, & emptor re empti gaudet multis fortasse annis, siue scilicet venditor, eam posse gerere, ut restituro postea pretio, solus filius remanet immunitus, & frustrans: In præiudicium igitur filij non proderunt verba directa in pacto de retrovendendo adiecta, sed tantum quo ad ipsos contractantes, & pro maiori securitate, & causa venditoris: scilicet, ac in pacto legis commissoria, & adiectionis in diem, quia hæc diuersa sunt nimis, ut patet ex prædictis.

Ultimo q̄ observandum est in proposito, quod si venditor cum pacto de retrovendendo vendat, vel cedit pretio, hoc ius redimendi rem à se venditam (quod iure fieri posse late probat cum aliis contra Angel. & Carol. Molin. Tiraquel. de retr. l. i. signat. §. 3. glo. 3. in princip. n. 1. cum seqq.) debet tunc quidem gabella ex hac secunda venditione, vel cessione iuris redimendi, cum ex traditis in simili questione per Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 25. num. 26. non obstant, quod ipsemet in ea questione, num. 28. tenet contrarium, quia fundatur ea ratione, quod ius illud, de quo ibi ipse loquitur, non debetori nisi quando ipse fundus venditur, que cessat in nostro casu, quia gabella debetur ex omni venditione tum etiam, quia iuxta nostras l. Regias hoc planius est, cum per l. i. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg. præcipitur generaliter, que hoc venditoris pagentur alcaualia de die, uno, &c. & comprobatur à fortiori ex alia doctrina eiusdem Molin. tit. 2. §. 5. glo. 1. num. 58. ubi, quod si venditor instrumento venditionis alij pacificatur, ut hic tertius possit sibi redimere, & hic redimat postea tempore constituto, debetur ex hac redemptione facta per tertium laudemium, quia cum non sit verus dominus vultus, non potest vere dici redimere, sed de nouo acquirere, pro ut veritate est tertius nouus acquiritor, & quia antiquus censarius non sibi luit, nec recuperat, cessat ratio secunde partis tertij casus principalis supra adductæ, ac proinde in præsentis specie noua gabella debetur: non enim redeunt partes ad statum pristinum, ac proinde effectus sequentis non est, nec dici potest resolutio precedentis contractus, cum non sit actus hic inde similis: sed nouus contractus per se, nihil habens commune cum priori: nec ad rem pertinere, quod fiat ex necessitate clausulæ in priori contractu posite, si nec est in consideratione, quantum ad hæc iura, an venditio, vel quæuis secudi mutatio fiat, ex necessitate testamenti, sententiæ, contractus, vel alterius dispositionis, ut considerant Molin. d. §. 5. glo. 1. n. 97. & 99. Fit igitur ex supra dictis, ut in specie proxime precedenti debeantur tres gabellæ, vna ex venditione, ipsa principali cum pacto de retrovendendo, soluenda quidem per primum rei venditorem, alia

per eundemmet primum venditorem ex venditione, ten cessione pretio à se facta dicti pacti, & iuris redimendi: tertia ex redemptione, in re redemptione postremo facta virtute dicti pacti de retrovendendo, hoc est, cum ipsum exquiror in fauorem cessionarij, ut in terminis similibus tenet, & probat Carol. Molin. d. §. 5. glo. 1. n. 59.

Sed q̄ est pulchrum, & nouum doctum in proposito, quia debet, & tenetur soluere hanc tertiam gabellam filio, vel publicano, hoc est, conditori gabellarum? Videtur namque clari iuris esse, eam debere primum emptorem, qui emit à principio hanc rem cum pacto de retrovendendo, quia iuxta nostras l. Regias venditores tenentur soluere gabellas debitas, non vero emptores: denique, si aliud diceremus, sequeretur inde, primum venditorem grauari, & onerari ad solutionem omnium trium gabellarum præd. ut patet, quia hæc tertiam gabellam cessionarij soluere non tenetur, quia habet loco emptoris: Ergo expectabit ad primum venditorem. Hoc autem videtur multum absurdum: Ergo non est dicendum.

Rursus pro primo emptore facit, quia ipse non debet, nec tenetur soluere gabellam ex distractu, ut pacti de retrovendendo in ipso contractu: vel post in continenti appositu, quia est executio prioris contractus, ut cum communi resolutimus supra quæst. 1. n. 23. Ergo nec hic tenetur gabellam soluere in specie præmissa. Quid dicendum?

Ergo in hoc articulo tenentur ita distinguendum, ut si quidem, pactum de retrovendendo fuit à principio adiectum, non solum in fauorem ipsius venditoris, sed etiam alterius tertij, tunc sigillatim nominati, vel eius, quem venditor ipse vellet, aut nominaret, tunc emptor primus, qui cum hoc pacto rem emit, vltus fuit se obligare oneri noui contractus, quia scilicet tenetur ad redimendum in forma noui contractus, itaque pactum illud loco pretij videtur subintrasse, iuxta l. fundi part. ff. de contrah. emptio. ac proinde idem emptor primus tenetur ad solutionem huius gabellæ.

Si vero primus emptor à principio se obligauit redimere primo venditori, tunc tantum videtur fuisse actum via, & modo distractu, ut verba sonant, non vero per modum noui contractus, ac proinde, si venditor primus cedat, aut vendat alij tertio hoc ius sibi competens ex præd. pacto de retrovendendo, ipse quidem factu suo tenebitur ad solutionem huius tertij gabellæ, non vero emptor primus, cui præiudicari in hoc non potuit abique eius factu per cessionem venditoris, argumento tex. in l. non debet alteri, ff. de regul. iur. cum ipse primus emptor tantum fuerit, & sit obligatus ad redimendum primo venditori, vel eius heredi, & sic per viam distractus, quia non tenetur ad solutionem gabellæ, etiam si hæres venditoris redimat, ut tenet Carol. Molin. d. n. 59. Non enim debet esse in manu primi venditoris onerare emptorem hoc onere gabellæ præter ipsius consensum, & voluntatem, quia esset iniuriam, & contra omnia iura: si quisque impulerit venditor, si has gabellas soluat, cum hoc suo proprio facto, & voluntate contingat, & sit in causa, ut distractus conueniatur in contractum, ex quo debetur nona gabella ipse videtur à principio, de seque conueniatur. Vnusquisque igitur horum, id est, venditor, & emptor in hac contractu vltus fuit breui qualiam manu dare alteri, quod tenebatur dare, & recipere, quod debebat recipere, argumento, l. licet §. quæritur, ff. de iur. dot. & celebritate coniugendarum actio-

30

num vnam actionem occultari, l. 1. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Operabit tamen, ut filius, vel conductor gabellarum conueniat simul in hoc casu pro hac tertia gabella: utranque, nempe, al primo comprador que reuendit, y al primer vendidor, que cedio el derecho al tercero, y a qualquiera dellor que pareciere estar mai, y maior obligado a la paga desta alcuala con preestacion, que con una paga della sera contenta: porque el vno no se escuse con el otro: aunque a mi la distincion arribadichame parece se deve tener.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella debetur, & solua non repetitur, ex venditione rescissa per redhibitoriam.
- 2 Gabella soluenda est ex venditione rei, patrimonij, vel generis, quæ postea hoc iure à consanguineo retrahitur, limitatur n. 5. in persona, alia prius privilegiata à solutione gabellæ.
- 3 Gabella alia non, debetur ex redhibitione, quia redhibitorie proprie dici non potest venditio.
- 4 Sponte non videtur aliqui fecisse, qui ad id à iudice cogi potuisset aliter coactus non fuisset: quilibet enim tenetur bonam fidem agnoscere, etiam rei aliena administrator.
- 5 Gabella altera non debetur ex retrahit rei patrimonij, vel generis, sed tantum vnica ex prima venditione, sicut nec ex vno contractu in alium transfusa, & translatofallit quando retrahit sit post terminum ad retrahendum lapsus, nempe post nouem dies à tempore prima venditionis, ut in n. 7. Secundo fallit, quando retrahit etiam infra dictum terminum sit maior, vel pretio, quam res primo fuerat vendita, ut in n. 8. & quid quando emptor rei patrimonialis, & generis dimittit consanguineo rem illam retrahenti infra dictum terminum non quidem per viam retrahit, sed venditionis, vide n. 9. cum seq.
- 6 Gabella non debetur ex omnibus venditionibus intermedijs intra tempora retrahit celebratis, & pacto de retrovendendo, & commissoria, & adiectioni in diem durante, n. 5. & n. 17. & 18. agitur de primo, & limitatur, n. 19.
- 7 Alio ad retrahendum est in rem scripta, vocaturque conditio ex lege, & datur nequm contra primam emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem intra terminum nouem dierum.
- 8 Gabella non debeatur ex venditione facta ab herede rei legatæ sub conditione, impleta postea conditione, & an per ad venditio interim facta, sit valida.
- 9 Res aliena vendi potest, vltaque venditio, & ex ea debetur gabella: sed si nomine domini ab aliquo eius mandato vendatur.

dem resoluimus, venditione præd. adhuc rescissa ob eam iustam causam, gabellam debetur, nec repeti posse soluta: quinimo cum iure communi ad eam tenebatur emptor, in hac specie, si eam soluerit, repetet illam à venditore, quia emptor immunitus discedere debet propter redhibitoriam, ut probat expresse l. debet ff. de adit. edict. per quem tex. ita tenet Bald. l. si prædium, numero sexto, versicul. sed nunquid redhibitione, C. de adit. edict. quem sequitur Greg. Lopan. l. 6. §. in glo. verb. conuati. tit. 5. par. 5. Tiraquel. de retrahit. signat. §. 2. glo. 4. numero 1. & de retrahit. conuati. §. 6. glo. 2. numero secundo, & 11. Arias Pinel. in l. 2. C. de res. ad. vendit. 2. par. cap. 3. numero 35. Berach. de gab. 8. par. memb. 3. numero 33. vol. 11. et alij, dicitur. Doct. in antiquis, Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. numero 40. ad finem. Ioan. Gath. de expens. & meliora cap. 18. numero 53. Parlat. lib. 1. ver. quorid. cap. 3. §. 5. numero 2. & 3. ubi quod si venditor soluerit hanc gabellam sicuti lege Regia tenetur, nempe l. i. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg. l. i. quod damno nec crediti vero emptor ex pactione eam forte soluit, redhibitoria actione à venditore recuperabit ex d. l. debet. idemque esse affirmat, si prædium redhibitorum fuerit, quod pestilens sit, vel lechiferas habeat herbas, sequitur alios allegans Lass. de decim. vendit. cap. 14. numero 10. & in addit. ibidem, & Molin. de iust. & iur. 2. par. diffin. 3. §. 2. col. 5. q. 4. concl. 3. & in 4. conclus. §. 5. 9. vers. si petens, & diff. 3. §. 2. col. 6. 2. ad fin. & doctrinam Bald. ubi supra, & reliquorum, sequitur etiam plures referens Giton. de gabell. §. par. §. vnus. num. 19.

Huius communis traditionis ratio efficacia est, quod d. l. i. tit. 17. hoc lib. 9. statens gabellæ ex quacunque venditione deberi de die vno simpliciter actum venditionis concernit, ut iam supra docuimus alio loco, & in nostra questione venditio formalis contracta valida fuit, licet ea ex iusta causa ob interesse alienius ex contractibus per iudicem rescindatur, & ad non causam reducatur ut probat l. cum autem §. Iulianus ait, & l. facta ff. de adit. edict. Vnde gabella deberi non desinit, quia sufficit legit. conditionem legis Regiæ extitisse, licet non detur venditio, arguendo l. si quis, C. de iust. & iust. sub condit. fact. Et in simili statuto DD. ita notant, quos citat Tiraquel. de retrahit. signat. §. 2. §. 5. glo. 2. numero 1. præter eum cum in rescissione nulla culpa filij, aut gabellati interueniat, argumento eorum, quæ notant Alexand. in d. l. si quis numero secundo. Ex venditione enim præd. sequuntur sui effectus ab initio debiti gabellæ, ex quo ius questum fuit filco, vel publicano eius nomine, quod ex post facto ei auferri factu partium non potuit, iuxta doctrinam Bald. communiter approbatam in l. si constante, C. de donat. ante nupt. q. 10. de qua supra n. secundo. Et quoniam eius causa coarctat, a que retro annullentur, dum tamen semel contracta venditio ex aliquo pacto resolutorio à principio adiecto non sit resoluta, ut retro intelligeremus, nullam fuisse venditionem, effectus iam productus ex præd. causa, qui per se subsistit, non cessat, argumento, l. si post mortem, §. final. in fine. ff. de bonorum possess. contr. tab. ibi, cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admisi, iam non curantur, potant illi, nec ne bonorum possessionem, Bald. in l. si mater, C. de donat. ante nupt. licet nec filius morte patris desinit esse filius.

Q V Æ S T I O X I.

An venditione rescissa ob redhibitoriam actionem, filius, vel gabellarius debeat gabellam reddere?

Q Væto modo: An re, pure vendita, & rescissa venditione ob redhibitoriam actionem iure admittitur ob vltimum, vel mortuum iuxta adititium edictum, filius, vel publicanus debeat quoque reddere gabellam sibi iam soluat ex illa venditione? Et qui-

Secundo etiam illa ratio reddi potest, nempe, quod licet facta redhibitione iudicis sententia, & decreto, & non ante venditio rescindatur, & retro

absque dubio dicendum putat, quod siue per formam, & verba sonantia venditionem, vel retractum simplicem illud fiat, non alia, & noua gabella, siue decima debeatur, quia quicquid a partibus dictum sit, reuera solus retractus peragitur, & illud præualeat ex rubrica, plus valet, quod agitur, ac per consequens emtorem illum primum obligatum non esse de euictione, & hoc nisi aliud constet expresse facere voluisse contractentes, nec nominatim disissent, malle se emtione vti, quam retractu, vel alia ratione id constaret ex aliquibus coniecturis, vt quia se obligaret iste emtor de euictione, quibus casibus, veram esse censet resolutionem Caroli Molinei prædicti. & totum hoc maxime tribuendum discretioni iudicis de causa cognoscens, qui iuxta verborum, personarum, & rerum qualitates, quid in ea statuendum sit, iudicabit.

10 Quid tenendum in hoc casu? Ego profecto opinionem doctissimi Molinei omnino non relicto, sed potius eam admitto, & probō cum moderatione, & declarationibus proxime relatis à Lassari, cuius nouam resolutionem omnino probō, quia reuera prudens, & iuxta conformis atque menti contrahentium videtur, & corroboratur eius prima pars ex aliis duabus doctisimis verisimilibus. Prima, quæ habet, non esse curandum de nomine contractus, sed illud, quod agitur, esse attendendum, & sic ad rei veritatem esse attendendum, vt pluribus exemplis probat Menochius de arbitrio, libro 1. questionem 7. numer. 23. cum sequens. & late Beccius consilio 35 in principio, & numeris sequentibus. Secunda est, quod in dubia iuris questione, an debeatur, necne gabella iudicandum est contra fiscum, quia gabella est res odiosa, vt supra resolutionis questione sexta, numero decimo.

Neque obstat, si dicatur, quod in dubio facta emtione venditionis, de natura venditionis venit, & debetur euictio, etiam si ipsa expresse non promittatur, vt in l. non dubitatur, cum similibus, C. de euictio. Ergo in præmissa questione cum verba sonent expresse venditionem, debetur euictio, etiam si ipsa non promittatur expresse: Ergo si debetur euictio, & gabella quoque debetur, iuxta limitationem vltimam Lassari.

13 In summa quocumque ex actu, qui geritur super hoc, constat de intentione, & mente agentium, volentium per viam retractus rem petitam eo iure dimittere, & accipere repective, & ratione ipsius contractus: tunc et si videntur verbis venditionem sonantibus, non debetur ex hoc alia noua gabella, dum tamen eodem pretio, & conditionibus concedatur, & infra terminum iuris petitus sit retractus. Ceterum si non ratione retractus, sed alias nouiter vendere constet tractantes, vt in exemplis, & limitationibus, de quibus per Lassarem vbi supra, debetur noua gabella, in quibus profecto casibus vera est, & saluatur opinio Caroli Molinei: Recte igitur asseruit Lassari, hoc totum maxime

tribuendum discretioni iudicis de causa cognoscens, qui iuxta verborum, personarum, & rerum qualitates, quid in ea statuendum sit iudicabit. Consaltius autem erit, vt emtor dimittere, & cedens ex causa retractus dicat: *Non me obligando nisi sanamento, &c.* caueat insuper idem emtor, ne alia noua diuersa pacta, & conditiones introducat in huiusmodi dimissione, & cessione omnia supradicta in retractu sanguinis habere locum par est in ceteris retractibus ratione communio- nis, &c.

14 Sed si an ex omnibus venditionibus intermediis intra tempora retractus celebratis gabella debeatur? agit Lassari decim. vend. c. 13. n. 24. cum seq. & resoluti debent. Potest enim emtor, durante tempore retractus, rem alij vendere, quia est dominus rei, antequam ab eo retrahatur, cum interim non possit res manere in pendenti. siue in aere, vt no stri loquuntur, iuxta nota per glossam in l. si ego, ff. de solut. & per tex. in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in die adiecti. Traquet. de retrah. lig. 5. n. 2. gl. 1. n. 1. Ergo nil mirum, quod huiusmodi emtor ex sua venditione, cum sit valida, soluat gabellam, cuius debitum in solo valore venditionis fundatur, iuxta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. & diximus non semel, licet res postea ab eo retrahatur: actio namque, quæ ad retractandum competit, est in rem scripta, vocaturque conditio ex lege, & datur ne dum contra primum emtorem, sed etiam contra quemlibet alium tertium possedentem intra terminum nouem dierum, vt probat Montaluisin dicit. l. 1. §. 1. tit. 10. lib. 3. for. gloss. magna. col. 4. ad fin. Anton. Gemin. l. 70. Tour. n. fin. Traquet. alios allegans, vbi sup. n. 2. cum seqq. Lassari. d. cap. 13. n. 24. & 25. vbi quod iste retractus, non in locum omnium emtorum succedit, sed in locum illius duntaxat, qui à priore venditore rem habuit patrimonialem, vel communem: prima enim venditio retractui causam dedit. Vnde cum per retractum consanguinei ius emtoris extranei resoluitur, & per consequens emanat ius ceterorum qui ab eo causam habuerunt per intermedias venditiones, nullum ius manet arg. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. & reg. nemo potest ead. tit. li. 6. nihilominus tamen ille intermedie venditiones non resoluitur, nec rescinduntur quoad ipsos contractentes, sed quoad retrahentem duntaxat, qui rem auferit à quocumque possessore, tanquam de re aliena venditione facta, facit Car. Mol. in consuetudin. Parisiens. tit. 1. paragrapho 13. in §. questionem 5. numero 44. ad fin. vbi, quod patrimonius retrahens feudum pluries vendit, ex prima, & antiqua venditione, non tenetur de oneribus post illam venditionem impositis, sed resoluitur, sicut ad aduentum antiquioris creditis: Idem erit probandum in venditionibus intermediis post primam cum pacto de retrovendo celebratis, dum re illa fructus primus emtor ante obligationem præti, & similiter durante pacto legis cummissoria & adiectionis in diem, vt recte probat Lassari vbi supra n. 26. & 27.

Tandem si opinio Lassari confirmatur ex aurea doctrina Bart. in l. si §. si autem sub conditione, n. 1. & ibi communiter ceteri DD. C. commun. delegat. vbi tenet, quod si hæres rem legatam sub conditione, interim dum pendet conditio, alicui vendiderit, quamvis postea impleta conditio res illa ab emtore auferatur, resoluta ipsius, & hæresis iure adhuc gabella illius venditionis debetur: licet enim dominium rei vendite, quod erat apud hæredem

hæredem, & emtorem ipso iure resoluitur, vt explicat DD. ibi, non tamen resolutio venditio illius rei inter ipsos contracta, quæ licet de re aliena esse fingatur, ex dispositione d. §. si autem, bene potest consistere, ex l. rem alienam, ff. de contrah. emp. Præsertim quod res subiecta relictioni sub conditione possunt interim ante conditionem alienari, & alienatio transfert rei dominium, & possessionem in emptorem, vt est casus in l. seruo legato, paragrapho, si testator, ff. de leg. 1. & in l. si hæres instituitur, paragrapho 1. ff. de Trebell. & in d. §. si autem sub conditione, & ibi tenent communiter DD. post gl. ibi, verb. celebrata, & etiam in l. rem pater, §. liberti, ff. de leg. 2. & in §. quomodo in antea restit. fiduciarum, vt affert Traquet. alios allegans, de retrah. lig. 5. n. 29. gl. 1. n. 2. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. l. 1. §. 22. n. 16. ad fin. est communis secundum Bartachide gabell. in 3. membro, §. p. princip. quæst. 23. n. 49. dequitur cum alio Martene in l. 7. tit. 11. gloss. 3. n. 1. lib. 1. non est illi Reg. & Girond. de gabell. §. par. in princip. n. 14. Peregrin. de fideicommiss. vniuers. ar. 40. n. 10. vbi, & in n. 17. limitat, quando simul cum prohibitione legis concurret prohibitio alienationis testatoris expressa, facta favore alieni, est communis vt plures allegans docet D. Molin. de Hæres. primogen. lib. 1. cap. 16. numero 33. Ergo merito, quod cum d. alienatio, & venditio res sub conditione, vel in diem certum fideicommissio relictæ, atque expressa prohibitione testatoris, sit valida: ex ea venditione debeatur gabella, iuxta doctrinam Bart. vbi supra, cum quo est communis DD. sententia, secundum Lassari d. l. si. sed quia nostra n. 8. & eam post alios sequuntur Bartach. Tiraq. & Molin. vbi supra n. 35. etique communis, & verissima secundum Lassari d. l. 3. n. 27. non tamen vt dicebamus resoluitur tunc contractus, & venditio aduentu conditione, sed solum resoluta dominium rei in persona emptoris, ac si nunquam fuisset in eam à venditore grantato translatæ nec venditio celebrata, & semper res illa legata ab initio fuisset legatarij ex morte defuncti, qui eam sub conditione legauerat, ac proinde nunquam fuisset in dominio hæredis venditoris, ex d. l. seruo legato, §. 1. ff. de leg. 1. Venditionis tamen contractus nihilominus tenet quoad ipsos contractentes, vt ad interesse inter eos agatur, iuxta nota in l. 1. ff. de arb. & emp. & hoc modo intelligendus est text. in d. §. si autem, tamen Carol. Mol. vbi supra aliter com. intelligat, nempe non resumi in eius specie dominium hæredis pro tempore præterito, sed in futurum, quod multis nominibus falsissimum esse asserat, & probat Lassari cap. 14. numero 23. sequentes priorem intellectum, quem prædictus ad dict. §. si autem sub conditione, quem etiam probatur gloss. Bald. Paul. l. 1. & omnes Doctores in d. §. si autem, per tex. in l. sancimus, §. cum autem, C. de Testib. & ex re- ferentis Marc. Anton. Peregr. vbi supra n. 7. quod clare videtur probare tex. ille in d. §. si autem, in illis verbis: *Sciatis, quod conditio impleta ab initio causa in iuribus reuocatur, quasi neque scripta, nec peritiua fuerit celebrata.*

Relinquitur ergo satis comprobata, ex supradictis opinio Lassari d. 13. cum sequens, quam tenuimus, debent nempe gabellam ex omnibus venditionibus intermediis intra tempora retractus celebratis.

17 Nihilominus si tamen contrarium in hac specie probabilius indicat Mol. Theol. de iust. &

in l. 1. part. d. l. 371. col. 762. eo quod intermedie illæ venditiones tacitam illam habeant conditionem, dummodo retractus non fiat, quod duobus rationibus (mihi insufficientibus) persuaderi intendit, ac proinde nullas reddi præterdit venditiones illas intermedias, factis retractu. Verius tamen est, validas ab initio fuisse, ac nunc esse, quoad ipsos contractentes, quidquid sit quoad retrahentes, vt supra probauimus, adeoque veritas, & probabilior longe est sententia Lassari. præd. cum insufficientibus ad debitum gabellæ, quod venditio fuerit valida quoad ipsum venditorem, siue sit perpetua, siue temporalis, ex l. non mansura, ver. §. Sylua cedua, ff. de contrah. emp. & iuxta notata in l. si. cum glossa, verbo, contractus, C. de legat. 1. & siue res vendita sit propria, siue aliena, si vt suam eam quis vendiderit, & res aliena vendi potest, vt in l. rem alienam, ff. de contrah. emp. & sic si alienam nomine domini venderet sine eius mandato, tunc namque si dominus non haberet ratum, non deberet de decima, & semper ex venditione debetur gabella: dum tamen venditio effectum habeat, & sit valida: licet alia, vt cum Lassari in schol. d. l. 1. n. 1. tit. 17. hoc lib. 9. probat Beccius in d. l. 1. n. 13. cum sequens, & n. 158. tit. 17. hoc lib. 9. Cum ergo præd. intermedie venditiones, in specie de qua agimus, sint validæ, vt potest à domino rei factæ, quomnis res retrahi possit à consanguineo, consequitur, ex eis debent gabellam, quomnis temporalis sunt, & à consanguineo postea per sententiam retractus res sic vendita retrahitur, atque auocatur à possessore. Præsertim, cum à hinc dicerent præd. venditiones intermedie, quoad ipsos contractentes repective euictionis quoad interesse, vt prædictimus, quia absoluit, & valida fuerunt, quicquid contrarium in hoc etiam abique vilo iuris fundamentato, veli Molin. vbi supra, ver. l. si n. 20. l. 762. Non obstant modo eius fundamenta, quoniam negamus, præd. venditiones inter medias tacitam illam habere conditionem, quam puras Molin. scilicet, dummodo retrahens aliquis in ven. iugo prima non subrogetur primo emptori. Vnde enim hoc deducit Molin. siquidem primus emptor rem à se emptam simpliciter, pure, & absolute alij vendidit, vt potest in sui prædictum, & hic alius alij, nulla facta mentione retractus futuri, ex quo statim de natura ipsius venditionis venditor ipse remanet obligator de euictione: Accedat præterea in factorem huius partis, quod emptor hic primus, nec non & secundus, cum fuerit, vel scire debere, rem à se emptam posse iure sanguinis ab eo retrahi, eam nihilominus absolute alteri ven. l. Ergo, nulla conditio tacita subintelligitur emptoribus, alia forte non inuenit reuerentis nihil operatur, presentiam in prædictum alterius contrahentis, alia forte non emittit. Pute namque de sub conditione res vendi potest. Si iñitor pure vendidit, & non sub conditione celebrata fuit, siue conditio aliqua subintelligatur tacite est, quæ non est ex natura contractus, quod si aliud voluit venditor, quare non expressit: Et ideo contra eum, qui legem apertius dicere potuit interpretatio facienda est, l. vtriusus, ff. de pactis, li. quicquid ad fructuenda, ff. de verb. oblig. cum similibus. Nec pro Molin. quodam facit in proposito decisio l. quæst. C. de rei vendit. quo arg. ipse primo vsus est ad probandum prædictum tacitam conditionem, quoniam illa loquuntur in venditione duobus facta eundem rei successore: Præsertim namque secundus emptor, cui res tra-

data fuit: At vero in nostra specie primus emptor, duobus sic cessare mutim vendit, sed in tantum rem per l. alias retractum subiectam. Unde venditio illa quamcumque traditione sequitur legis beneficio retractus, ratione sanguinis, vel communis esse nullo modo potest, ex quo actio, quæ ad retrahendum competit, est in rem scripta, vocaturque conditio ex lege, & datur non solum contra primam emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem, ut ex aliis supra probauimus. Nulla igitur consequentia ex hoc deduci potest, ut prædictæ venditiones intermedie sub prædicta conditione sint factæ, neque quod omnino nullæ reddantur, eo ipso quod retractus intentatur, neque quod dominium continuo translatum renouetur. Secundum etiam fundamentum Mol. nempe quod primus emptor, qui eam rem secundo vendidit, ceterique deinceps venditores non tenentur de emptione facta retractu sequentibus emptoribus, saltem est, ut supra probauimus, præterquam, quod implet Molina in nullo modo probat. Vera igitur est, ut patet, sententia, quod ex prædictis intermedis venditoribus pure, & absolute factis, debetur gabella, etiam si postea retractus loquatur cunctis rei.

Limitamus tamen hæc sententia, ut non procedat, quoties hæc intermedie venditiones non pure, nec absolute herent, sed sub conditione, si retractus postea non fiat, vel cum pacto, vel conditione resolutionis ipsius venditionis in ea, vel statim in continentis appositis in euentum retractus: tunc namque merito, ut eo subsequuto gabella non debeatur, quia à principio reddidit venditio nulla, ac si nunquam ipsa celebrata fuisset, ex his, que late supra alia quæst. discutimus in venditione conditionali, vel cum pacto resolutionis ipsius.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex venditione rescissa remedio l. 2. C. de rescindenda vendit. & numer. 2. & 3.
- 2 Resolutio contractus remedio l. 2. C. de rescindend. vendit. resoluuntur hypothece, & omnia onera rei imposita medio tempore per acquirentem, ut in num. 1.
- 3 Gabella cuius periculo cedat, rescissa venditione, remedio l. 2. C. de rescindend. vend. & numer. seqq.
- 4 Gabella non debetur in casu l. si sponsus, §. circa venditorem, ff. de donat. inter vir. & vxor.

Q V A E S T I O XII.

An ex venditione, quæ rescinditur remedio l. 2. C. de rescindend. vend. debeatur gabella.

Quæro modo an ex venditione completa, quæ rescinditur remedio l. 2. C. de rescind. vend. debeatur, exigique possit gabella? Et eam non deberi, emptore exigente ditraditum, & restitutionem rei, & quod ex acta debeat restitui, probatur primo, quoniam venditio in prædicta specie cum sequitur ex ea annullatur, & ad non causam reducitur, si que ex causa antiqua existentia à principio venditionis, & necessaria, si non præfuit, saltem ex officio, nisi male emptor pretium supplere: quod videtur suf-

ficere, præsertim cum sola rescissio, & restitutio sit in obligatione. Imo etiam si utrumque ellet pariter in obligatione alterutrum, adhuc idem videtur esse dicendum: quia electa restitutio rei, apparet retro nihil fuisse cum effectu acquisitum sicut acquisitio enim gabellæ oritur, de fundatur in contractu, ut in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Unde respiciet omnes conditiones, & qualitates illius contractus. Sed contractus, & traditio inde sequuta habuit implicitam statim resolutionis, & annullationis in hunc euentum: Ergo eodem modo, & gabella sicut acquisita cum non potuerit acquiri, nisi sub eadem qualitate, & onere, ex l. si, & qua ibi notant Paul. de Carr. Alex. & Val. ff. si ex nuda causa agatur.

Secundo, hæc pars conuincitur ex eo, quod resolutio contractus per viam dictæ l. 2. C. de rescindend. vendit. resoluuntur hypothece, & omnia onera rei imposita medio tempore per acquirentem, secundum Baldum dist. 1. 2. quæst. 13. num. 17. & ibi Alexand. in addit. Saicet qu. 1. num. 18. Paul. Cast. col. 3. num. 11. Pantaleon de Crem in repeti. col. 19. & 43. num. 189. & est verior, & magis communis, ut plures allegans, alibi notat Arias Pinel. in dist. 1. 2. par. 6. §. sub n. 1. ad fi. C. de rescind. vendit. & Socin. Nepos, quem citat, col. 1. §. 1. num. 19. lib. 2. & eam sequitur Pinel. ubi supra num. 13. tametsi num. 1. in princip. retinet contractum tenuisse constantissime Bar. in l. si res. ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluitur, & in l. ubi autem §. Marcell. ff. de in alien. adieci. & in l. in diem, ff. de acq. plus. arer. & alios Doctores, quos ibi citat, esseque communem ex Boticio de off. 181. num. 10. & tandem Pinel. numer. 16. cum sequentibus, ex Bald. & Salycet. ubi supra refert, eam opinionem intelligendam fore, quando emptor ex necessitate iudicij rem restituit: licet si extra iudicium omnino voluntarie, quo casu admittunt opinionem Bar. communem, sed ipse Pinel. ibidem contrarium probat. Et merito, quia licet non est emptori agnoscere bonam fidem ante iudicium, ubique villa stande, ut probauimus supra q. 1. n. 4.

Hæc prima opinio fallit, emptore eligente supplere istum pretium, quia tunc ex illo supplemento venditori soluto soluet etiam, & ipse gabellam, non tantum ex primo pretio.

Quod si emptor deceptus sit, & agit contra venditorem ipso venditore eligente excessum iusti pretij, eisdem rationibus, & licet tenebitur etiam deducere, vel restituere pro rata de decima pretij, siue gabella recipienda, vel accepta, quia hæc tenus apparet retro non fuisse cum effectu debitæ: Quod si venditor eligat pretium redere, & rem recuperare, nihil habebit sicutationis gabellæ, & acceptam restituet: Non enim ipsi iuria sit, si suum suum gabellæ ad limites, & vires contractus, vel actus, ex quo oriuntur, reducatur, & distingatur, nec etiam vlla capio, quia non renebitur aliquid restituere, nisi quod tenus factus est, & manet locupletior: Et ita ex prædictis rationibus loquens in venditione rei fœdalis completa, rescissa per remedium d. l. 2. respectu iurium patrono alias debitorum, hoc est reletui vel laudemij in emphiteusi domino directo debiti, tenet, & probat Carol. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. num. 18. ad fin. & Iarius eodem §. 2. in §. quæst. num. 44. & generaliter in omni specie restitutionis per viam iustitiam, siue ex capite minoris ætatis, siue alienius iustæ causæ maioris concessæ, siue in otio sem modum restitutio, puta ex causa metus, ideò probat ipse Molina ubi supra dist. num. 18. ad fin. & num. 39. & 40. quæst.

quem refert, & sequitur Arias Pinel. dist. 1. 2. C. de rescind. vendit. 2. par. 6. n. 33.

Hic tamen omnibus non obstantibus contrarium in specie nostre quæstionis: nempe respectu gabellæ sicut, vel eius publicano soluende, tenendum, & probandum est, ac practicandum procul dubio, imò quod venditione rescissa, aut rescissa, ex remedio d. l. 2. C. de rescindend. cum similit. gabella adhuc debeatur de venditione, & iam soluta condici, aut repeti minime possit, etiam si res vendita reddatur, atque restituitur. Et hoc vnica, & peremptoria ratione ea, scilicet, quia cum hæc ipsa venditio, non ipso iure resoluatur, sed actione personali per lesum intentata rescindatur, propterea ex nunc nulla ratio est, que ius semel gabellæ gabellario quantum, ex venditione valida eidem auferatur, voluntate, & factio partium postea subsequatur, ut in substitutione supra q. 11. resoluimus: Et quæuis iuxta opinionem Bald. in d. l. 2. q. 13. n. 17. verior, & receptori secundum Arias Pinel. ubi supra n. 11. ad fin. rescissio venditionis in casu d. l. 2. sit necessaria, & non voluntaria: quæuis contrarium, imò, quod sit voluntaria, non vero necessaria tenent Bar. & alii communis contraria, cum supra resista, nihilominus negari non potest, quin præfuit non sit necessaria, sed tantum casu, ut prædictum: nec enim laesum habeat electionem, rescindendi contractum, vel statim suppendo istum pretium, vel restituendo excessum eius respectu. Ergo secundum quid rescissio est voluntaria, scilicet, quatenus sua mera voluntate & spontanea eligit potius vnum, quam aliud. Hæc igitur voluntatis electio nocere non debet gabellario innocio, cui erat ius quantum iuxta doctrinam Bald. & communem in l. si constant. col. 2. C. de donat. ante nupt.

Quare merito hanc opinionem in terminis nostris in iudicio probatur, & tenet idemmet Carol. Mol. d. l. 2. n. 40. ad fi. Arias Pin. ubi supra d. n. 33. vers. soluitur autem. Parlad. lib. 1. ver. quæstio d. 3. §. 3. n. 5. Lassar. de decim. vendit. 1. 4. n. 3. Girond. de gabell. 6. p. §. vnica. n. 22. & conueniant omnes secundum Moli. Theolog. de iust. & iur. 2. p. dist. 349. col. 171. vers. dubium.

Ad fundamenta contraria respondemus loqui, & locum habere posse, quoties ipsa venditio est nulla, vel resoluta ipso iure, ex pacto in ipsa appositæ, vel etiam si à principio sit valida, agitur tamen de iure, & oneribus, feudallibus, quæ principaliter respiciunt translationem feudij, & mutationem vassallorum, unde merito, quod si feudum venditum, vel permutatum redhibetur, non debetur quantum pretij, nec redemptum, & exactum restitui debeat. Et ideo opinio Carol. Mol. prior in suo casu est vera: & nobis in nostro nihil obest, §. Secus vero esse, quando venditio est valida à principio, quod fuisse, quo ad debitum gabellæ, quæ simplicem actum contractus concernit, ut sape diximus supra in alia q. Et hæc est optima, & iudicia differentia inter has causas, prope semetipsum explicat Car. Mol. dist. n. 40. ad fin. quem ceteri merito sequuntur.

Non etiam obest, illud de hypothece interim contracta ab emptore in re vendita quæ secundum opinionem Bald. magis communem, atque veriorum resoluta, vel vendita restituta: remedio d. l. 2. quia hoc distinetur a terminis nostre quæstionis: Illa enim hypothece fundatur in permanentia ipsius contractus, & ideo, resolutio iure dantis, resolutur, & ius acceptoris, iuxta velle alii, ff. de pig. nor. Ar. vero gabella hoc non respicit, scilicet permanentiam contractus, sed tantum valorem ipsius, siue postea resoluatur.

Hic sic recte constituitur, supra est modo, ut o. 4. ceamus, cuius periculo soluto gabellæ cedat in prænarata iam explicata specie, emptoris, an venditoris lesi, vel lædenti? Qua in re, omnia dispositione consola Arias Pinel. ubi supra numero 38. cum sequenti, exploratque eius opinionem, dum magis inclinat contra Jacob. Carr. Brug. quod rei conuenti detrimentum sit propter culpam lesionis, cum quo transire videtur Ioannes Gas. de expens. c. 18. n. 4. Rursus & opinio Parladot. lib. primo, rerum quæstio 3. part. 5. c. 6. qui verius, & propius (suo iudicio) talem iudicatur ad actorem, qui contractus resolutionem postulat, spectare.

Militat autem in re hac, attenda decisio, l. 1. tit. 5. 17. hoc lib. 9. dum precipit: Quæ res vendidit, paguen el alcauald, obleruandum primo videtur, ut omni soluendi gabellam in prædicta specie spectet ad venditorem, quando ipse agit remedio dict. l. 2. & sibi ab emptore suppletur istum pretium, ut cum Lallar. dist. cap. 14. num. 11. probat Molina Theolog. ubi supra, col. 571. vers. quod vero, ubi quod gabella hæc pertinet ad dominum, & gabellarium existentes tempore prius venditionis: non vero ad eos, qui fuerint, quando venditio ad æqualitatem reducitur, quia non est noua venditio, sed reductio prioris ad æqualitatem: Et in hoc casu gabellarius habebit decimam nedum pretij à principio inter partes conuenit, sed & supplementi postea soluti: quia supplementum sortitur naturam illius pecunie, quæ suppletur, & iuxta eam in litatur, sicut secum §. cum inter, & ibi Alberic. ff. de part. d. lib. l. etiam ubi Bal. & alii. C. de iur. dot. & in arch. qualitas, C. de part. conuen. l. si proprietatis, ff. de iur. dot. Socinus consilia 15. 4. incipit. pulchra, num. 10. volum. 2. & consil. 296. in presentia, vers. si quæ nro, & vltim. ad finem, num. 5. eodem volumine. Itaque de retractu, ligatur, §. 1. glossa 1. 8. num. 51. & em. eademque res non debet diuerso iure censeri, cum qui, ad ea, ubi Bar. in secundum notabil. ff. de v. sac. & tandem quia hoc totum est verum pretium rei venditæ solutum, vel solvendum, quod verus quidem videtur, tametsi Lallar. in addit. cap. 14. de decim. vend. super nu. 17. tenet, quod decima supplementi in prædicta specie pertinet ad gabellarium existentem tempore supplementi.

Secundo tamen idem esse dicendum censeo, si emptor hic potius eligat rem ipsam restitute, quam supplere istum pretium: Si enim bona fide emerit, credens, si licet, iusto pretio emisse, ad venditorem quoque solutio gabellæ spectabit iuxta pretium à principio conuenitum, duntaxat non computato eo, quod alias supplementum foret, si rem emptor habere mallet, iuxta verba dict. l. 2. Regie, ibi: De rudo el precio parque vendidier, & c. Secus si sciens rei valorem data opera vilia emiserit: ut in aursice, quia iustico, vel alio quoque ignorante paruo pretio lapsum pretiosum emiserit: tunc namque emptor hic, ultra restitutionem rei, tenebitur quoque gabellæ damnum venditori solvere, atque recipere ex legali æquitate desumpta ex texto in l. debet, ff. de edict. edict. i. cum enim in ea, venditor decipiens soluit onus legale emptori decepto impositum, ita, & in hac specie soluentia erit ab emptore gabella, quæ alias venditori imposita est, ut recte in eo iudicio in casu nostro argumentatur, & probat Lallate, de decim. vendit. cap. 14. nu. 15. & 16. & sequitur Molina, ubi supra col. 572. vers. si venditor. Quod si venditor conuenit ab emptore remedio dict. l. 2. velit potius

rem suam accipere, restituo toto pretio, quam ea demissa, excessum sibi pretij restituere (si Lassar. crederetur) computanda, & solvenda erit gabella. ita totum pretium conventum, sine deductione iniqui excessus, quia vere pro illo integro pretio venditio fuit celebrata, quo circa de toto illo fonsada est gabella, iuxta dict. l. i. in ista enim, vel iniustitia pretij non spectat ad gabellatum, sed tantum pretium conventum inspicendum est, licet sit excessivum, & etiam suppletum nrum ipsius, quando concessum est remissius, *ve modo probavimus*: Itemque esset probandum, si venditor vellet adhuc stare venditioni, & excessum iusti pretij emptori laeso restituere: etenim adhuc gabella totius pretij conventi solvitur est, quia gabella ista non ratione rei venditæ, aut pretij recepti, vel dati, sine iniuri, vel iniusti debetur, sed ratione contractus venditionis, iuxta quantitatem pretij conventi, ut patet ex dict. l. i. vel suppleti ex prædictis: Et licet aliquantulum lex illa in hoc dura videatur, ita tamen scripta est, atque idem observari debet, iuxta l. prospexit ff. qui, & quibita in terminis tradit Lassar. dicto cap. 14. numer. 17. & prius in schol. numer. 13. sequitur Azue, in dict. l. i. nu. 156.

Idem quoque iuris dicendum esse, inquit Lassar. ubi supra: ubi venditor ille, cum vultet, adhuc venditioni stare, non totum pretium, sed ita sibi venditæ, restituit, sed illud tantum, quod ultra iustum rei valorem accepisset, quia tunc etiam in hoc casu erit venditor decimam totius pretij conventi solvitur ex prædictis: Molina tamen ubi supra, columna 572. paulo post princip. arbitrat, hoc esse saluum, neque adherendum ita esse verbis, liquando rem duram, dissonamque à recta ratione dissonantem, si ut primo aspectu sonare videntur, intelligerentur, præsertim quando congruum habent interpretationem, prout contingit in proposito, quia dict. l. i. n. 17. non exprimit nec dicit, eius decisionem procedere, etiam si pretium publici iudicis sententia pronuntiatum sit iniustum: Nec verisimiliter præsumendum est, Legislatores id intendisse, sed solum de pretio, de quo non constaret, esse iniustum, quia alias videtur esse legem duram, & inquam: Quare dicendum esse proculdubio affirmat per Azue, non esse intelligendam eam l. de pretio, quod sententia iudicis pronuntiatum sit iniustum, ac proinde de parte illa iniuste accepta ultra pretium rigorosum, restituendam esse gabellam acceptam, idemque probat, quando dissolvitur contractus, restitente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam: necens, quod ita audit servari in practica in Lusitania: Quid tenendum;

Ergo in puncto iuris, & attenda veritate hanc secundam sententiam Molina potius, veritatem probat, & tenendam esse censet, confiso de iniustitia sententia publicæ lætæ à iudice super iniustitia, & excessu pretij conventi, qua locum habere tergedium dict. l. 2. C. de rescindend. vendition. declaratur, eaque in rem iudicatam transfacta: alias secus, tamen videatur Molina sibi contrarium esse postea, columna 573. versul. si vera saltem, in prædict. ultimo casu, quando dissolvitur contractus, restitente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam.

Ultimo ꝑ docto, inspecta procedere in terminis l. 2. C. de rescindend. vendition. ceterum in casu, si sponsus, & cetera venditionem, ff. de donat. inter vium & vxor. n. 18. ubi maritus vxori

vendit rem quindecim pro quinque, quo casu duo habet remedia, primum ex d. l. 2. C. de rescindend. vendition. aliud, ut reliquum valoris, tanquam donatum, renocetur, ex prohibitione illius tituli, quod si fiat, decima pecunie sic restituit non solatur gabellatio, illa siquidem tanquam male donata renocatur, non vero tanquam rei pretium restituitur, ut recte perpendit Lassar. dict. cap. 14. numero 18.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeat ex venditione, vel permutatione per in integrum restitutionem rescissa, & numerus sequentibus.
- 2 Restituitur ad gratiam, non restituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur ei, cui medio tempore gratia facta est, sed intelligit, ut in num. 9.
- 3 Prius in collegio, vel ordine, deinde restituitur, non recuperat antiquitatem, vel pristinum locum, sed habetur tanquam de novo receptus, intelligit, ut in num. 9.
- 4 Prius in gremio vniuersitatis, & nominationibus, & deinde restituitur, postponitur omnibus medio tempore nominatis, sed intelligit iuxta dict. nu. 9.
- 5 Minor vendens, si ledatur habet restitutionem in integrum aduersus contractum, non tamen aduersus gabellam debitam ex uenditione valida, quia vti facti iure communi, & nu. 6. sed contra ueritatem seq.
- 6 Restituitio in integrum, quando extenditur ad iura quæstia reuocis, & quando non?
- 7 Gabellam, ad hoc, ut restituat gabellarius, rescisso contractu per restitutionem in integrum requiritur, quod causa plene cognita, sententia lata sit super restitutione in integrum concessione, quamuis gabellarius aduersus non fuerit, nisi de collusionem opponatur: & notoria, & sententia æquiuocantur in hoc casu, ut in materia euasimus.
- 8 Minor restituitur ad supplementum iusti pretij, sibi faciendum: gabellam quoque ex eo soluit.
- 9 Gabella non debetur à minore ex venditione nulla suarum rerum, & soluta repert potest, nisi venditio illa, vel permutatio iuramento minoris roborata sit.
- 10 Gabellarius, licet pendente super nullitate venditionis, vel permutationis minoris, non potest, ex his contractibus gabellam petere, donec lis finiatur.
- 11 Minor restituitur aduersus venditionem, vel permutationem à se factam eo pacto, ut altera pars solueret gabellam, tam cum reliquo pretio est restitueretur.
- 12 Gabella debetur restituito minore aduersus emtionem à se factam, reddita re emta venditori, & minori suo pretio, & cuius periculo gabella inde soluta cedatur; nu. 16.
- 13 Gabella debetur ex omnibus venditionibus interuocatis, minore restituito contra ultimum possessorem, nec ad minorem læsum hoc damnus expectare videtur, ut in num. 18.

QVÆSTIO XIII.

An ex venditione, vel permutatione per restitutionem in integrum rescissa debeat gabella?

Quæro ꝑ vterius, quid si minor rem suam vendiderit, aut permutauerit valide quidem, nempe rem mobilem curatorem non habens, vel eum habens cum ipsius auctoritate, vel rem immobilem cum solemnibus decreto, sed propter læsionem restituitur est in integrum iura vigesimo nono anate suo annum, an gabellam debeat ex ea venditione, vel permutatione, & soluta repetat à gabellario, necne? Certum enim est, quod ex restitutione, vel secunda mutatione rei, nihil debetur gabellario, cum non sit nouus contractus, sed resolutio primi: quod autem quæritur, est, an ex prima venditione, aut permutatione debeat, & soluta repert iure possit, restitutione in integrum aduersus illam iure posita, & concessa.

In qua questione videtur primo dicendum, gabellam deberi, & solutam repert minime posse: quia venditio, vel alienatio merito iure tenent, ut supponimus. Ergo gabella debetur, ut in l. 1. titul. 17. lib. 9. non collectis. Regie, ubi solum consideratur contractus ipse venditionis, ut ex ipso debeat gabella, similiter, & permutationis, ut in l. 2. eadem titulo.

Neque obstat, quod restituito in integrum concessa aduersus contractum, decretum, & alienationem trahitur retro ad omnia in pristinum statum reponenda: quia licet hoc verum sit, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipsius præiudicium, cui medio tempore est ius quæsitum.

Vnde ꝑ restituitur ad gratiam, non restituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur, sed postponitur ei, cui medio tempore gratia facta est, cap. quatuor, de rescipit. 6.

Sic etiam prius in collegio, vel ordine, deinde restituitur, non recuperat antiquitatem, vel pristinum locum, sed habetur tanquam de novo receptus, l. 2. & ibi Bart. & Ioan. de Platea, C. de his qui eximantur dat. restitut. libro decimo, textus etiam in cap. ex infirmatione in fine de simon.

Et ꝑ qui prius in gremio vniuersitatis, & nominationibus, & deinde restituitur, postponitur omnibus medio tempore nominatis, ut decidit Petrus Rebuffus in tract. nomin. questione 21. num. 21. & in materia feudali decidit Bald. in cap. 1. in princip. colum. 4. versic. pone Rex Francorum hic finitur lex de in dict. consuetud. in vrb. feud. & ibi sequitur Alarot, numero 20. & Preposit. colum. fin. Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. paragrafo 22. quæst. 6. num. 35. Anle: in c. 44. Prat. gl. 1. n. 36.

Secundo ꝑ eadem opinio corroboratur, quoniam est minor vendens restituitur aduersus emptorem ex eo, quod vel in hoc læsus sit, quod vendidit, cum magis expedit ei, rem venditam rehabere: vel ex eo, quod minoris vendiderit, quam oporteret, iuxta l. 1. & per totum C. si aduers. vendit. & l. 1. titu. fin. partit. 6. & distinctionem glossæ in l. si quidem, C. de præd. minor. de cuius veritate agit Arias Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vendit. in 3. part. cap.

1. n. 20. Attamen postquam vendidit decimam soluens, læsus non est, neque circumscriptus in hoc dici potest, qui iure communi est, l. non videtur qua est l. fin. C. de in integrum restitutione min. & l. 6. in fin. tit. 19. partit. 6. iuxta optimus, in l. inter eos. 6. cum inter ff. de fideiuss. Titag. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 51. ꝑ Quod omnino procedit, cum quid minor necessario facit, ex dispositione legis, vel statuti, ut si compromittat ex statuto cogente consanguineos, & affines compromittere: Ceterum, si non cogitur id facere: sed quod facit, lege permittente facit, & tunc licet non præsumatur circumscriptus per eadem iuramentum si vere reperitur circumscriptus, restituitur, ut cum adit hereditatem, quam diligentissimus quisquam patefaciamus adiunxit, ut, que omnibus appareat esse locupletis, & tamen debitis postea detectis reperitur pauperima, ut sæpè contingit, certe minor vltus fuit iure communi, & tamen restituitur, l. 4. §. 1. ff. de fidei commiss. lib. 1. l. 1. & 2. C. si minor ab herede ff. ubi. l. aut Prator. 5. sed et ff. de minor. sed minor valide vendens, aut permutans soluendo gabellam necessario hoc facit ex dispositione dist. l. i. tit. 17. hoc lib. 9. Ergo eam non repert, nec restituitur ad eam repetendam per prædicta, & in terminis nostre questionis principalis innixus sola priori ratione hanc opinionem tenet Lassar. de decim. vendition. cap. 14. num. 44. ad si. quem sequitur Molin. de iust. & iur. 2. parte disputatione 77. colum. 2. 17. loquitur tamen Lassar. quando minor vendens soluit gabellam, ut patet, & sicut non possit eam postea repetere, licet in venditione læsus fuerit, & contra eam restituitur: non vero, quando nondum soluerat gabellam, quasi innuere videatur in hac vltima specie ad gabellam non teneri, quandoquidem restitutus fuerit in integrum aduersus venditionem, antequam gabellam soluerit: tamen in nuncupatim hoc non expressest Lassar. videtur tamen esse de mente ipsius. Sed postea ipsemet declarant contractum nouis addition. super dict. num. 44. nempe, quod minor non habet restitutionem aduersus gabellarium ad denegandam, vel repetendam gabellam, ut ex l. dispositione vendendo se obligabit.

His nihilò scias non obstantibus contrarium dicendum videtur: imo, quod restituito in integrum concessa minor aduersus venditionem, vel permutationem à se factam, eo quod fuerit in ea læsus, quia non oporteret ei vendere, vel permutare rem suam, minime debeat gabella, & ideo ab eo exigi non possit, & solutam ipse recuperare queat, idque ex sequentibus.

Primo, ꝑ quia licet præfata venditio, aut permutatio iure valeret, nihilominus per restitutionem in integrum rescinditur, atque omnino annullatur, & retrahitur, prout ex tunc, ac si à principio celebrata non esset: restituito enim omnino in pristinum statum redigit, quia tantum ipsa adfert, quantum abtulit læsio, quod si minor, & restituitur, ff. de minor. cum similit. etiam aduersus tertiam personam. l. 1. C. de reputat. Ergo, & aduersus gabellarium: alias enim non indemnis remaneret omnino minor læsus, nec ei profuisset restituito, sicut nocuit læsio, si gabellam principio à se solutam repetere non valeret.

Deinde, ꝑ quia restituito in integrum extenditur etiam ad iura quæstia tertio, quando sunt ei quæstia immediate ex causa, que per restitutionem in integrum restituitur: & annullatur: secus si sint ei quæstia ex alio contractu, vel causa extrinseca:

hoc fuit dictum originale Jacob. de Bellois in d. cap. 1. ubi fuit lex, quod referunt, & sequuntur, plures Doctores congeſti per Carol. Molin. d. §. 22. ſub dicit. numero 33. cum ſequentibus, idem late probat, & bene declarat: Ergo cum gabellarius non preſentat, niſi immediate ex cauſa ſoluta, & annullata per reſtitutionem in integrum, que ex iuſta cauſa, & debita, & non ex gratia conceditur, ſcilicet autem agat de lucro captando, abſque dubio reſtitutio preſata extendenda videtur, etiam contra Fiſcum, & gabellam ab eo receptam. Neque obſtat, quod gabellarius, qui hanc gabellam recepta minore, ceſſet etiam de damno evitando, quia pectio contractus a Fiſco hoc ius exigendi, & recipiendi gabellas, quoniam prima cauſa originalis Fiſci locandi conſideranda eſt, cuius lucro cedunt gabellæ, non vero conductioſis accidentalis, cuius conductio iurandi cauſa a Fiſco facta alterare non debet iuris diſpoſitionem, nec ratio non erit: Et in terminis loquens in iuribus reſejuj debitis patrono ſeudi, ita probat, & tenet Carol. Molin. dicit. §. 22. num. 35. cum ſequentibus, & in noſtra ſpecie gabellæ Ioan. Yannez Parladot. rerum quotidianar. cap. 3. §. 5. num. 41. in prima impreſſione, tametsi cum reprober Laſſare. ubi ſupra, quem ſequitur etiam Girona de gabell. 5. par. 5. v. 2. & 23. ſed poſtea idem Parladot. in alia impreſſione anni 1593. dicit. cap. 3. §. 5. num. 16. cum ſeq. deſendit ab impugnationibus Laſſare, cuius que fundamentis reſpondeo, & iterum priorum ſuam opinionem probat, & confirmat, & tenendo hanc præſentem.

9 Non t obſtat modo primum fundamentum contractum, quod habet, vt reſtitutio integrum, licet reponat omnia in priſtinum ſtatum, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipſius præiudicium, cui medio tempore eſt ius quaſitum: ac proinde reſtitutio ad gratiam, non reſtituit ad temporis prioritatem: & priuatum collegio, & ordine, deinde reſtitutum, non recuperare priorem antiquitatem, vel priſtinum locum, ſed haberi tanquam de nouo receptum, &c.

Quia hæc procedunt, quando reſtitutio fit ex gratia, & per nouam promiſſionem, non vero in reſtitutione facta, ex iuſtitia, annullando præcedentem promiſſionem, ita quod non eſt opus noua promiſſione, collatione, nominatione, vel receptione, tunc namque, etiam priorem antiquitatem, & locum recuperabit talis reſtitutus: Vbi autem ex gratia, & per viam nouæ collationis, vel promiſſionis, quis reuerſitur, tunc eſt introductum, quod priſtinum locum non recuperet, quia promiſſio præcedens non reducitur ad non causam, ſed magis confirmatur, & approbatur, vt in cauſa, quo Petrus Rebnifus reſpondit quibusdam canonicis Bituri conſiſ. & ita ſunt intelligenda adducta pro contraria parte, ſecundum Carol. Molin. ubi ſupra, nu. 35.

Cum igitur (& nunc ad propoſitum) reſtitutio in noſtra quaſtione concedatur minori aduerſus venditionem, vel permutationem a ſe factam, quia magis eſt expeditæ, non veniſſe, vel permutaſſe de rigore iuſtitie, ex iuſta cauſa, per quam prius contractus ab initio reſcinditur, & annullatur, & ad non causam reducatur, merito videtur, vt hoc extendatur etiam contra tertium, non vero reſtitutio, que fit ex mera gratia, vt aliis decidiſt Nellus de Sauto Gemioſian. in trakt. hanc. in prima parte tertij temporis, quaſtione 1. in ſin.

Raphaël. Coman, & Iaſin. l. Gallus, in §. quid ſi tantum, ſectur. 2. colum. 1. 4. ff. de lib. & p. ſu. per l. quod ſi minor. §. Scandla. & ſequitur Carol. Molin. dicit. §. 22. num. 35. ubi hoc ampliat tribus modis.

Non obſtat etiam ſecundum fundamentum partis aduerſæ, quoniam ſicut minor in vendendo ſuit læſus, ita etiam & in ſoluendo gabellam illius venditionis, & permutationis in conſequentiam contractus principalis, & ex eo læſus videtur, cum acciſſionum lequatur læſionem reſtitutionem in integrum petere poſſet, videtur argumento l. ſi ex cauſa §. ſi in commiſſum, ff. de minorib. ubi cauetur, quod minor reſtituitur aduerſus comiſſum vendiſſi, & in incurſum per legem, ſi dolus ipſius non interceſſerit.

Quod autem minor, qui læſus ſuit iure communi, in contrahendo non reſtituitur, procedit in eo, qui contraxit, aliquemque actum fecit, quem præſente iure communi facere teſebatur, & ad id cogi poterat, vt ibi gratia, in exemplo ſupra relato a Titique & ſimilibus, nempe, committendi ex vi ſtatuti: quo nullo modo eximi poterat: At vero licet ſimpliciter, & abſolute minor valide vendens, aut permutans rem ſuam, teneatur præſente ſoluere gabellam: quo tamen intelligitur, & procedit læſione non concurrente: Verum ſi in principali contractu fuerit vere læſus minor, ita vt iure contracti eſt reſtitutio in integrum, quia non oportuit ei vendere, vel permutare, & in eo fuerit grauiter læſus, inde ſequitur, vt ad gabellam quoque reſtituendus ſit eadem ratione, & in neceſſariam conſequentiam læſionis principalis contractus: ſiquidem ſi non veniſſet, aut permutaſſet, gabellam ſoluere non teneretur, nec eam ſoluere, neque aliquo iure communi ad eam ſoluendam compelleretur: Ergo reſtitio principali, acciſſionum quoque ex principali neceſſario conſequentium reſcindi debet per eandem in integrum reſtitutionem poſtulata: Reſtitutio namque huiusmodi omnia reponit in priſtinum ſtatum etiam in præiudicium tertij, qui ius immediate habet ex cauſa, que per in integrum reſtitutionem reſoluitur, ſupra probauimus.

Hæc quamvis ita recte conſtituta videbantur, nihilominus ea contraria nouiſſime dicit Laſſare, qui in prædijſis nouis additionibus, iterum ſuam opinionem primam aduerſus Parladotium in ſecunda ſua noua editione priorum commentariorum defendit, reſpondens fundamentis nouioribus, quibus eum increpauerat Parladotius in ſequentem modum, quod in ſpecie dicit. l. ſi. in ſup. non videtur, C. de in integrum reſtit. min. Ideo minor reſtitutionem petit, quia vere re ipſa læſus eſſet, quia aliter ratione, tantum minoris ætatis ſulta peteret, quod illi erat perpetuo denegatum, ex regula text. in l. non omnia, ff. de minor. & l. 2. in 1. 8. par. 6. cum alijs: & quia proinde decilio illius non foret dubitabilis, ſed ideo in d. l. minoris, quantumvis læſo reſtitutio non conceditur, quia in eo, quod fecit, iure communi vius eſt, hoc eſt, quia id non tam ex ſua voluntate, & arbitrio, aduerſarij ve dolorem ex legis neceſſitate procedit, vt contingit quoque in Laſſare eor. §. cum inter. ff. de p. ſu. ſu. propter quod apparuit, eum minoris non ſui facilitate, vel dolo aduerſarij deceptum, vel læſum eſſe, quorum alterum cum minori ætate neceſſarium eſt ad reſtitutionem in integrum impetrandam, nec ſufficit læſio reiſpæ contingens, vt in exemplo

de

de ſtatuto compellente cõſanguineos compramittere ſuas lites comprehendit namque minores ætate, & quamvis in eo lædantur, non reſtituuntur, ex dicit. l. ſi. Sic igitur in propoſito, inquit ille, licet minor læſus fuerit in venditione, & aduerſus eam læſionem ſibi iure reſtitutio competat, non tamen ei competit aduerſus gabellarium ad denegandam, vel rependendam gabellam, cui ex legis diſpoſitione vendendo ſe obligauit, quia quamvis vendendo deceptus ſit: poſtquam tamen veniſi in gabellæ debito deceptus non eſt, ſiquidem lege præcipiente id fecit, quæ minores quoque obligat, vt ibi probat reſolvens: ideo minor vendentem, non magis venditio reſciſſa per reſtitutionem a gabellæ ſolutione excuſari, quam quilibet alius ætate maior non excuſatur, qui venditionem ſemel, & valide a ſe contractam ex legitimis cauſis reſciderit.

9. Idemque est in hac specie dicendum in permutatione, quod in venditione, & reliquis contractibus quo ad effectum scripturæ actum, vt probat text. in l. contractibus ubi venditorum, & permutatio. nu. 1. C. de fide instrum. & ibi DD. commentat, vt cum eis, & Lassar. affirmat Molin. vbi supra, disp. 397. col. 2. 5. in vers. sicut quando non ergo debetur gabella ex ea permutatione, donec scriptura fiat, quoties de ea faciendâ actum fuit in ipsa permutatione, & tunc ei gabellatio debetur, qui tempore quo scriptura fuerit confecta extiterit admittat venditionis, nisi ex aliquibus coniecturis appareat, partes ad solam probationem non ad contractus permutationis substantiam scripturam desiderasse, ita recte probavit L. Har. de decim. c. 17. nu. 49. † vbi nu. 50. affirmat eundem coniecturam esse in proposito, si in permutatione præter traditionem rerum sit soluta gabella gabellario, ad hoc, vt censetur, eos per mentionem scripturæ conscientia, non int. ad id solvendo contractum, sed solum vt ad probationem, maioremque securitatem scriptura fiet, ita tenet Lassar. & Molin. vbi supra. Vnde secundum eundem, nec partes in hac specie penitere possunt ante confessionem scripturæ, nec si penitere gabella repeti poterit, nec si postea scriptura fiat, gabellarius, aut dominus eius temporis confessionis, scilicet, scripturæ quocumque petere poterit, vel præterire contra gabellarium, qui erat tempore contractus, aut contra heredes prioris domini circa illam gabellam, quæ semel tanquam ex perfecto contractu soluta est, hæc à principio convenit hæc de eo scripturam, cum per solutionem gabellæ statim factam, videlicet partes non tam ad substantiam, quam ad solam probationem scripturam requisit. Addit Lassar. vbi supra, quod ita iudicant in causam non levis quantitas inter eundem dom. del Infantado, & heredes Marchionis del Cenete eius matris, & gabellarios ab ea in ex. conductione habentes.

10. Non tamen sufficeret secundum Lassar. d. cap. 7. 13. nu. 49. & Molin. vbi supra, col. 9. 11. in vers. admittere vero, quod statim à permutationis rerum traditio facta sit, nisi gabellarius quoque gabellario solvatur: provt alias sufficit in venditione ad scriptura

Scripturam contracta dictum est, quia hoc locum non habet in permutatione: quia cum ex natura sua re contractus, initium ipsius est rei traditio, quæ tamen in venditione consummata quadam perfectio est, vt in l. 1. ff. de rerum permut. ubi traditio initium obligatorum præbet, atque ita ex traditione, quæ necessaria est ad initium contractus secundum suam naturam, nihil noui comedate licet, quo ad scripturæ effectum, provt alias recte conicitur in venditione, eo quod solo consensu ex natura sua perfectus, nec traditionem requirit, iuxta l. 2. ff. de contr. ab. empt.

11. Hanc tamen opinionem ex eo probare non possum, cum sciam iuxta vltorem, & receptionem sententiam hodie attentam l. 1. tit. 16. lib. 5. Nova Collect. Reg. in esp. Parencio que vno se quis obligat in contractibus inominatis do vt des, &c. prout est contractus permutationis, non esse locum penitentia, etiam ante traditionem, vt resoluimus in nostro tractatu deramento Confirmatio, 1. par. cap. 3. nu. 1. Ergo licet permutatio verbis fiat, ex pacto, vt ex ea scriptura conficiatur, si statim facta conventionem res tradantur, procul habeo conici potest, sicut in venditione diximus, partes permittentes scripturam desiderasse ad probationem, & ritulium suorum contractuum, non vero ad eorum substantiam, cum res tradiderit sibi inuicem, & hodie contractus permutationis de sui natura ad perfectionem irrevocabilem traditionem non requirit: quo fit in permutatione ad scripturam conuenta, traditis rebus ante scripturæ confessionem, gabella debetur gabellario illius temporis, non vero illi, qui tempore scripturæ celebratæ gabellarius existit.

12. Quod si partes in contractu venditionis scripturæ non meminerint, sed venditionem simpliciter celebraverint in vna ciuitate, in alia vero instrumentum de ea confecerint, debetur gabella in loco contractus, non vero in loco, vbi instrumentum postea fuit confectum, stante statuto, quod de contractu solvatur gabella, vt præcipit, & decidit nostra l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. secus si statutum diceret quod de instrumentum solvatur gabella ita firmam de gabell. 6. nu. 5. & alios allegans Girond. de gabell. 6. nu. 11.

13. Vbi etiam, quod si contractus celebratus fuerit in nominis libris à gabellis, & instrumentum, vel traditio fiat extra nundinas tantum erit animaduertendus locus, & tempus contractus, non tempus instrumenti facti ex Bald. in l. 1. nu. 4. C. de nu. dice. alij, quos ibi allegat, Confirmatur hæc sententia ex doctrina Bald. in l. vniuersa in fin. C. de precib. imper. offerend. quem in proposito refert, & sequitur Ertia. vbi supra, d. numer. 5. † tenentis, quod pro solutione gabellæ debet inspicri locus celebrati contractus, non vero locus memorati contractus, quæ rememoratio fit per instrumentum confessionem de eo, quod alibi fuit inter partes conuentum, vt consulo, quod ita fiat, & non ad euitandas lites: quod si contractus venditionis à principio celebratus fuit sub conditione, vel conventionem, † quod de eo fieret scriptura in eadibus præd. quibus alias possunt partes ante scripturæ confessionem penitere, & postea fiat scriptura in alio loco, ibi, & non in priori debebitur gabella, vt prædiximus: secus si scriptura requisita fuit tantum ad probationem non vero ad substantiam contractus, vel vbi partes penitere non possunt ante confessionem scripturæ, vt constat ex supradictis.

14. Sed si venditio pure celebrata sit absque scri-

ptura archa tamen intercesserit, dubium est, an ex tempore contractus venditionis gabella debeat domino, vel gabellario tunc temporis existenti, vel expectandum sit aliud tempus.

15. Hæc questio etiam pendet à decisione alterius à quo tempore, scilicet, præd. venditio, perfecta esse videatur, & fit: Quia in re variz sunt iuris peritorum sententia, & opinionis circa hoc, nempe, qualiter possit, quælibet pars à contractu recedere, & ad quid teneatur, vt refert Anton. Gomez. 2. tom. variat. res. fol. cap. 2. nu. 18. †. concludens esse tertiam sententiam, quam in practica feruari dicit Salic. in l. contractibus. ff. illud. nu. 14. C. de fide instrum. scilicet, quod quælibet pars possit licite à venditione recedere, & tantum perdat archam, quam dedit, vel duplicatam reddere, quam recepit ex l. 7. tit. 5. par. 5. vbi notat Greg. Lopez in glo. verb. Despuer, & bene Molin. de iust. & iur. 2. tom. disp. 338. col. 1. 13. Non tamen explicit Anton. Gomez. an interim eo casu præd. venditio tenuerit, & perfecta fuisset hoc declarat Didac. Perez in l. 2. tit. 7. lib. 5. De dona. pag. 189. col. 2. dicens, † eo casu statim à principio perfici venditionem, ac si pure sine archa contracta foret: etenim archa datio id solum operatur, vt quicumque sine altero ex contractibus possit mutato consensu sub sola archæ amissione distrahere, quia sic tacite inter eos actum videtur, vt ex poena contenti sint, prout notant Greg. Lopez, & Molin. vbi supra. post Azor, Salic. Anto. Gom. & præd. l. Regiam Partite, id quod ipsamet l. 7. aperte significare videtur, ibi: Tunc valde despuer est venditio: Innuerit ergo, cum à principio tenuisse, quamuis archa data fuerit, quia pura est, etiam si postea mutato alterius consensu in posterum distrahatur: Debebitur igitur gabella à principio ex hac venditione, quia pura est, & ratione contractus debetur, qui perfectus est, simulatque inter partes de certo pretio conuenit: Vnde quamuis archa amissa, quæ licet ex contractibus à venditione recedat, non ideo minus gabella debetur, quæ semel sicut vel gabellario ex venditione perfecta, quæ est: licet enim vere venditio distrahatur ex tacto partium pacto ab initio præsumpto, atque ex mente contractuum collecto ex sola datione archæ, vt præmissum, non quidem in partem reuoluitur, sed in futurum reuoluitur ex d. l. 7. Regia in verbis supra relatis, ibi: Despuer: Ergo si nunc remanet gabella debitum à principio contractus, sicut contingit in pacto expresse de reuocando, quia licet id postea in executionem deducatur, nihilominus ex prima venditione rei præd. pacto adiecto facta, debetur, & solvenda est gabella, nec soluta repetitur: tametsi postea res reuocandatur vt suo loco resoluimus supra sua quaestione, & in terminis nostre quaestiones de archa ita resoluunt Lassar. de decim. vend. c. 2. nu. 18.

16. Sed hæc sententia vera minime quidem videtur, nec est, quoniam eo ipso, quod tradita archa iuris dispositione per nullum est à contractu distradere, suspensa videtur venditio, vt perfecta non censetur, quoniam traditio fit facta, sed fas utriusque contractuum sit, illi non stare amittendo archæ valorem, nec hoc sane est relinquire, & reuocare contractum, sed illi non stare, tanquam infirmo adhuc ad obligandum. Accedat præterea, quod cum de iure huius Regni venditor teneatur soluere integrum gabellæ tributum, vt in supra allegata, l. 1. dicit. 17. hoc lib. 9. durum esset, emptorem non stante contractu, iure id illi permittere contra venditoris voluntatem, teneat

F nihil

nihilominus venditorem solvere hoc tributum integrum, quod esse poterit longe plus quam artha, quam emptor amittit, quibus fundamentis hanc secundam sententiam aduersus priorem Lassar. tenet, & probat Molin. ubi supra, colum. 514. vers. vtrum est, ibi: Hac sententia mihi non probatur, hanc secundam sequitur etiam contra Lassar. dicens, male ipsam tenuisse priorem, Azueced. in d. l. Regia 1. a. 9. l. tit. 17. hoc lib. 9. nec tenendo hanc sententiam obstant verba d. l. Regia 7. tit. 5. p. 5. sup. pro priori parte expensa, ibi: T. no valdra deis fines esta vendida quia verum est tunc, & sic postea declarari non valituram præstatam venditionem, sed ex pacto tacito parium, iuncta inris dispositione à principio inpena videtur, ac proinde perfecta non est, quousque traditio sit facta: nec exemplum de pacto de retro vendendo supra adductum pro priori parte, quoquam veget, quia in eo prima venditio perfecta semper mansit, & secunda ex pacto postea celebratur: At in nostra specie locus est, vt prædicimus.

23 Limitatum tamen hæc nostra venior, & tenenda sententia, & contraria saluatur, vt procedat prima opinio cum artha datur non tantum pro signo, sed insuper, & pro parte pretij, tunc namque cum nulla pars possit discedere à præd. venditione iuxta d. l. 7. ad fin. Nimirum est, quod debeat gabella ex tempore contractus, vt notat Greg. Lopez in d. l. 7. in glo. E. al. precio, & Anton. Gom. d. num. 18. ad fin. & est l. 1. tit. 10. lib. 3. Fori, vbi Montalu. in glo. Partida del precio. Ioan. Orocin l. iuris gentium. Sadeo, num. 7. & d. ff. de pacti. Girond. de gabell. 5. par. in princip. n. 18. & 19. & Michael Salon de iust. & iur. cap. 19. colum. 454. vers. tertio nota cum sequentibus, Vega ubi infra citabitur, sequitur Azueced. ubi supra, n. 92. vbi n. 93. recte oblerat, quo in primo casu cum datur artha pro signo, si nulla ex partibus discedat à venditione, debetur gabella gabellario, qui erat tempore contractus, non vero tempore traditionis.

Non ergo auctores prædictos, aut aliquem eorum vidit frater Ludou. Lopez in 2. par. sui instrum. confic. c. 4. q. 4. fatetur, se non inuenisse hoc exemplum aliquem Doctorem, quem refert Vega in sua summa lib. 1. cap. 6. l. 2. ad fin. dicens, non esse clarum hunc casum in iure, nisi consuetudine introductum sit, quod possit in hac specie peti gabella.

SVMARIA.

- Gabella quo ad solutionem rei vendita, quanti Titius, vel alius estimauerit, cuius temporis habenda sit ratio, an contractus, vel estimatio facta: & numero sequentibus, ubi resoluitur tempus estimationis attendendum esse, non vero tempore contractus: & n. 5. quo ad diuersas gabellaris exemplificatur.
- Movetur illo, qui pretium venditionis estimare debet, nulla venditio est, nullaque gabella debetur, quod si vinas, & differat estimare an compelli possit ad petitionem fisci gabellarii, vt pretium definit: supra n. 4.
- Gabella non debetur ex venditione facta ad beneficium emptoris, si postea ei displicet.
- Venditio ad beneficium emptoris arbitrio boni viri commissi intelligitur, & statim declarare debet emptor, quod sibi placet, si indeterminata ita venditur, sibi placet, nec sufficit, quod die sequenti dicat, sibi placere, vt in n. 8. Sed si ita dicitur, nisi displicerit, intra sexaginta dies displicere debet, vt in n. 9. nec hoc sufficit, nisi

intra dictos sexaginta dies rem restituat, vt in n. 10.

- Venditio earum rerum, quæ pondere, numero, & mensura consistunt, an sit pura, vel conditionalis: & numero sequentibus.
- Gabella ex venditione rerum, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt primo gabellario debetur, existenti tempore venditionis, non vero secundo, qui existit tempore ponderis, numeri, vel mensuræ, d. n. 11. & interim non est locus punitentia, vt in n. 12.
- Gabella ex venditione rerum, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt peti non potest ante pondus, numerum, vel mensuram, sed postea, quia conditionalis est hac venditio, & imperfecta.

QVÆSTIO XVIII.

De venditione quanti Titius estimauerit, vel ad pondus, numerum, vel mensuram.

QVÆSTIO XVIII. Celebrata venditione, quanti Titius, vel alius estimauerit, cuius temporis habenda sit ratio ad debitum gabella, an contractus, vel estimatio facta: Quod magni momenti est in praxi, vt si forte contingat, quod tempore conventionis vnu gabellarius sit, aut gabella domino, tempore autem pretij definiti alius existat, an scilicet, primo gabellario, vel domino gabella debeat, & solvenda sit, quasi in plena venditione, venditio fuerit retracta ad tempus contractus, an vero hæc secundo debeat, quasi nunc venditio perficitur, cum pretium definitur, prout de venditione in scriptis celebrata supra cap. precedenti resoluitur.

Et videtur primo, domino, vel gabellario deberi, quasi huiusmodi venditio conditionis sit, vt probat tex. in §. pretium inst. de emp. & vend. & l. fin. C. de contrahend. emp. ibi sub hac conditione fuerit contractus, id, quod libenter factum Angel. in d. §. pretium in princip. in vers. nota, quod talis emptor: & invariabile esse dicit Philip. Come. consilio 50. litera A. numero 2. in fine, lib. 1. ac proinde pretio estimato retractatur conditio ad tempus contractus, & debetur gabella ex eo contractu domino, seu gabellario illius temporis, non vero existenti tempore implete conditionis, prout in contractibus conditionalibus resoluitur supra suo loco.

Nihilominus tamen in præmissa specie contractuum censo, & probato, nempe secundo gabellario, vel domino deberi gabellam, non vero primo, quia in specie illorum inrim nulla est conditionalis venditio, quæ definitio pretio, ad tempus contractus posse retrahi, quin potius incepta quædam venditio est, quæ tunc temporis perficitur, & consummatur, cum de certo pretio per tertij definitionem consistere incipit: Etenim, dum de re, & certo pretio non omnino consistente, perfecta, seu contracta venditio esse non potest, vt in principio inst. de emp. & vendit. & l. 2. ibi: sine pretio nulla est venditio ff. ff. eodem tit. & in d. §. pretium autem, ibi, tunc omnino, & ibi tunc pro nihilo, & clarè in l. 9. tit. 5. par. 3. ibi. Est autem, quæ dictio extrematè repens significat l. 4. §. ff. vbi glo. & DD. ff. de cond. & demoli. & in terminis nostræ gabellæ ita resoluit Lassar. de decim. vendit. c. 7. num. 19.

num. 19. & 20. vbi respondet inrimbus in contrarium allegatis, nempe solum dici in eis sub hac conditione stare contractum, vt si Titius estimet pretium, venditio tunc autem non estimet nec pretium declarat, nullo modo contrahitur venditio, ac proinde videtur in ea conuentione, conditionalis venditionem esse: non autem dicitur, nec vere dici potest, quod interim dum pretium definitur, & declaratur, aliqua venditio sit vere contracta, vt vter contractantur conditionales venditiones, iuxta notata per ipsum anthonem, c. 5. Addimus nos in præmissa specie notata, venditionem esse vilo modo conditionalis, prout esset, si ita contraheretur: vendendo hæc rem si natus ex Acta venerit, vel similiter: sed pretium venditionis relinquitur definiti iudicio tertij, quod est diuersum, & sic non obstant, quæ de venditionibus proprie conditionalibus supra alio c. in contrarium resoluimus. Nec hæc pertinet, quod ibidem etiam adseruimus de sine habente necessitatem consequentiam ad principium, quia in nostra hac præsentia nulla fuit venditio à principio, vt pote sine pretio, ac proinde tunc vere venditio celebratur, cum tertius, cuius iudicio pretium definiendum relinquitur, illud definit, & ideo merito præmissam sententiam Lassar. sequitur Girond. de gabell. 9. par. 5. vnic. numer. 27. pag. 194. & optime probat Molin. Theolog. 2. tom. de iustitia & iure, disputatio 437. col. 506. vers. sunt vero, & Azueced. in d. l. 2. n. 128. cum sequentibus, d. 17. hoc lib. 9.

3 Quod si tertius ille moriatur ante definitionem pretij, nulla venditio est, vt in d. l. 9. & gabella non debetur, quod si viuat ille tertius, & partes non curant vt pretium definit, an possit compelli ad petitionem fisci eius favore, vel gabellarii, quod pretium definit, vt contractus perficiatur, & sibi soluat gabella, agit pro, & contra Balus cons. 444. per totum, volum. 4. & tandem resoluit, gabella non debet solui, sed debet eis defecti iuramentum purgationis, quia nihil simulauerint in præiudicium gabellæ, quem referant Agidius Bofius in sua prædicatione, tit. de Vestigal. quod soluitur ex contractu 4. pag. 693. & Lassar. d. c. 3. m. 22. & Azueced. ubi supra n. 130.

4 Similiter, si tempore pretij desitit, privilegium aliquod exemptionis fuerit venditor assequutus, quod non habeat tempore contractus, vel è contractu, vltimum tempus erit necessario attendendum ad iudicandum, an debeat solvere gabellam ex eo contractu, vel non, vt qualis eo tempore venditor reperitur, talem enim ad gabellæ solutionem iudicemus: idemque erit in ea venditione, quæ per scripturam contrahitur, ex supra resolutione, & in terminis in vtroque ita recte probat Lassar. d. c. 3. n. 22. & 23. & Azueced. ubi supra, n. 129.

5 Illud autem obseruandum est, quod venditione rei facta ad beneficium emptoris, si postea res emptori displicet, proculdubio ex ea venditione gabella non debetur, vt recte probat Lassar. d. c. 1. num. 4. num. 30. & Addens, quod ea venditio arbitrio boni viri commissi, intelligitur ex Bar. cons. 166. num. 2. & cons. 168. num. 5. & Abb. in cap. 1. num. 22. ad fin. de iudic. & facit l. Thais. §. favore, ff. de fideicommiss. lib. 6. & Et quod si indeterminate ita vendatur, si tibi placet, statim placere debet, nec sufficit, quod die sequenti placeat, vt per Gregar. Lopez in l. 8. glo. fin. d. 1. par. 3. & Si vero sine præiudicium quocumque tempore dictum sit ita, nisi tibi displicerit, intra sexaginta dies displicere debet, l. quod si natus. §. si quid ita, ff. de aul. edict. & notat Anton. Gomez in 2.

tom. variar. cap. 2. num. 19. quæ omnia sequitur Azueced. in d. l. leg. 1. n. 137. cum sequentibus. & Addens 10 n. 139. non sufficere dicere intra illos sexaginta dies, quod sibi displicet, nisi & rem restituat intra illos, secundum Lassar. l. si quis arbitratu, n. 24. ff. de verbos. obligat.

6 Illa autem principalis questio in proposito se offert examinanda: an in his, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, eoque modo venduntur pura, incepta, an patitur, conditionalis venditio contrahatur? quam lacrimè Lassar. de decim. vendit. cap. 5. num. 21. cum sequentibus, circa intellectum l. quod sape, §. in his, ff. de contrahend. emp. & tandem n. 29. quo ad nostram materiam gabellæ attinet, resoluit, decimam in præmissa specie primo gabellario, vel domino, qui erat tempore venditionis ad pondus, numerum, vel mensuram factæ debet, non vero secundo existenti tempore ponderis, numerationis, vel mensuræ, cum interim ante pondus, numerationem vel mensuram non possit alter ex contrahentibus altero inuito à præd. venditione recedere, sicut nec ab alia qualibet venditione conditionalis iuxta communem resolutionem Doctorum, quam ibi refert ex Menoch. consil. 26. num. 28. volum. 1. Dec. consil. 179. n. 1. vol. 1. & Covarr. in Pract. Quæstio. cap. 1. n. 6. Eandem sententiam principalem in nostra specie sequitur Parlado. lib. 1. rerum quorundam. c. 3. §. 2. 26. & Azueced. in d. l. leg. 1. num. 140. cum sequentibus, præcipue n. 143. & Et 13 quibus constat, non statim deberi gabellam, non peti posse, sed facta mensura, pondere, vel numero, quia conditionalis est hac venditio, & imperfecta ante mensurationem pondus, vel numerum: eandem sententiam tenet etiam Molin. Theolog. d. c. 2. 10. de iust. & iur. disp. 366. col. 698. vers. quia ergo, ad fin.

SVMARIA.

- Gabella vna, an duplex debeat in specie, quoties, Cade rei vendit, & nom. seqq.
- Gabella non debet iterum solui de re semel gabellata.
- Emptor prior concurrentis cum secundo ante traditionem rei vendita vtrique in solidum, preferatur secundo.
- Vendens eandem rem duobus in solidum diuersis temporibus, & contrahentibus, dolum committit, & pona falsi iure punitur.
- Ius semel fisco acquisitum ex contractu parium, non potest ex intervallo facto ipsarum, vel cuiuslibet earum auferri.
- Gabella duplex debetur ex re bis vendita diuersis emptoribus, quoties à prima iam perfecta mutuo consensu parium disceditur.
- Emptor primus si ex conuentione, vel statuto gabellam soluit, eam non repetet à gabellario, sed à venditore, inquam interesse, & damnum ei obueniens culpa, & dolo venditoris, à quo indennit reddat, & remanere debet.
- Gabella iure nostro Regio tot debetur ex re vendita quot venditiones illius celebrato fuerint.
- Gabella an debeatur excessione? distinguitur, vt hic.
- Eandem duplex, aut relictam, non debetur in specie dictæ leg. quoties. Cod. de rei venditatioe ex ratione de qua hic.

QVÆSTIO XIX.

An in specie l quories. C de rei ve nd. vna, vel duplex gabella debeatur

Quarto etiam: An in specie, l quories. Cod. de rei venditione cui consonat l. 50. tit. 5. par. 1. cum duobus insolidum, & separatim vna, ac eadem res ab vno, & eodem domino venditur, vna, vel duplex debeatur; Et in prima facie videtur vnicam tantum deberi, argumento textus in l. vnicam. §. quæstio ff. de public. & quæ ibi tradunt glos. verb. veterana, Bartol. & Doctores, præcipue Angel. nempe, quod ex te semel gabellata non debet iterum gabella solui: Et addit Bart. ibidem, quod si promissum rem vendere, & de promissione soluta est gabella, non debet iterum ex venditione solui.

Secundo, & magis peremptorie hæc eadem pars probatur, quia lex gabellata ita ex venditione vnicam deberi ait, vt iuxta ipsam venditionis pretium solendum esse dicat, vt patet ex l. 1. titulo 17. hoc libro 9. cuius verba sunt hæc: Mandamus, quæ los venditores paguen el alcavalá, y de ellos se cable en esta manera, que paguen por razon de ella de cada diez maravedis, vno, de todo el precio por que vendieren.

Ergo si in duplici venditione non nisi vnum pretium est vere, & realiter, vt pote vtraque venditio ad vnicam duntaxat pretium tendit, ac redigitur, illius pretij gabella semel soluta per venditorem prædicat. Regia factis sit, etenim qui bis contrahit in specie dist. l. quories, vnicam vnus rei alienationem, & vnicum pretium querit, non duplex, licet emptorem mutauerit, alteram decipiens, & ideo hanc partem ex hoc efficaci fundamento, & inenitabili (vt ipse inquit) tenet Lassar. de decim. vendit. cap. 13. num. 17. vbi quod facile videtur suo in praxi recipitur, & præterea conset, regulandum esse gabellam iuxta pretium venditionis, quæ cum effectu tenuerit ex decisione, dist. leg. quories.

Hæc opinio benigna, & æquior quidem est, ideo forsam in praxi recipietur. Attamen in puncto iuris, attentis verbis dist. leg. 1. tit. 17. hoc libro 9. supra clatis, contraria sententia proculdubio verior, & tenenda videtur ex sequentibus, & his quidem fortissimis fundamentis.

Primo, quia gabella debetur, & solutio ipsius respicit tantum ipsammet contractum venditionis, & sic venditionem ipsam validam, licet postea venditio voluntate partium, vel cuiusque ipsorum non duret, vt probatur ex dist. leg. 1. & ipsemet Lassar. hoc ipsum agnoscat, pro regula generali in hac materia sapissime in pluribus locis sui operis tradit, & docet: Sed hic sunt due venditiones perfecta, & valida, vna quæque de per se consistens insolidum certo quodam pretio vnicique conuento. Ergo ex vna quæque debetur gabella.

Secundo, quia quod gabella in præmissa specie debeatur de illa venditione, quam traditio completit, nullum dubium est, nec aliquis contrarium audebit dicere.

Adde ex venditione, in qua traditio defectit, etiam gabella debetur, quia traditio non est de substantia, nec requiritur pro debito gabellæ contrahendo, sed tantum, quod venditio sit pura certo quodam pretio conuento, quo perficitur ipsa venditio vt supra late probauimus alia questione.

Quinimo licet alias ad hoc, vt gabella ex venditione pura, & semel perfecta deberetur, requireretur traditio rei, quæ reuera ad hoc non requiritur, vt prædictimus: nihilominus in specie dist. leg. quories, adhuc gabella deberetur ex venditione illa, cuius traditio non fuit subsequuta, nisi re integra in contenti, quo venditio celebrata fuit, partes communi consensu ab ea discederet, quia tunc nulla gabella deberetur: scilicet si ex interuallo hoc facerent, vt resoluimus supra questione 7. Ceterum in casu dist. leg. quories, si emptor, cui non fuit res tradita, inisset super suo contractu, & ab eo non discedat, & à fortiori si ambe partes ex interuallo ab illa venditione recedant, vt diximus, paulo post alienus tenebitur venditor ex prædicta venditione etiam gabellam solvere, quia cum per eum scienter fiterit, quominus traditio rei fiat licet emptori, habetur in sui præiudicium pro facta traditio, vel ad minus ac si facta fuisset, nec ex suo facto, & dolo debet præsumi, & vitiosum reportare: Itemque etiam si emptor hic pro sua venditione non inisset in iudicio: si quidem illa venditio firma remansit, & ratione ipsius ins petendi in iudicio habetur, l. si bona fidei ff. de noxalibus, nempe, pro pretio forte soluto damnis, & interese, in eadem dist. leg. 50. tit. 1. §. par. 5. ¶ Quinimo ante traditionem secundam factam, si ambe emptores concurrant ad perendam traditionem rei, tunc, quia vterque habet solum titulum, ille præterit, cui prius fuit vendita, siue prima venditio fuerit iurata, siue non, vt optime probauit Gregor. Lopez in l. 7. glo. finititulo 7. quicquid inconstituta contrarium tenent Anton. Gomez 2. tom. variarum resolut. cap. 2. de emptio. & venditio. numero 20. vers. quinto principaliter: Ergo prima venditio firma, & valida fuit, ac proinde ex ea gabella debetur, & vendens rem eandem duobus insolidum diuersis temporibus, & contractibus dolo committit, & peena falsi iure puniatur, vt in l. qui duobus 21. ff. ad l. Cornel. de falsis & dist. leg. 7. vers. Oro si dezeri tit. 7. par. 7. tamen si illis iuribus, quo ad hoc derogatum esse per generalem consuetudinem affirmet practica Papien. & Contradi, quas refert & sequitur Iulius Clarib. §. Rescripti §. saluum, in vers. vendens eandem rem duobus, & c.

Tertio eadem sententia probatur, quia ex prima venditione perfecta sit ius questum gabellario, licet res non tradatur primo emptori, dummodo ab ea partes incontenti non potest per secundum contractum venditionis, eiusdem rei ex interuallo factam hoc ius sicut auferri sicut partium, vel cuius liber earum, iuxta doctrin. Bald. in l. si constituit ad fin. C. de donat. ante nupt. communiter approbatam, de qua supra alia quæst. quem etiam sequitur, plures allegans Girona. de gabell. §. par. 5. num. 15. quam in propositum præsens ibi adducit.

Nec dissimilis potius est casus ille, cum quis rem suam vendit certo pretio, & postea ab hac priore venditione discedens, nullo contrahentium consensu, vel alia ratione, iterum rem illam vendit alteri emptori ex nouo contractu: quo casu duplex proculdubio gabella debetur. Prima ex priori venditione, ex qua cum semel fuerit sicut ius questum, non potuit per contrarium venditoris consensum, aut iudiciale venditionis rescissionem esse auferri per nos. in l. ab empto ff. de pac. & l. debet. ff. de adit. edict. Altera gabellæ secunda venditione, quæ sequitur: licet enim vtraque vera, ac distincta venditio, & ita sæpe iudicantur in hoc casu Lassar. vt ipse affirmat. de. 1. §. 3. 8. & 8. excm

exemplificans in animali vendito, quod soluta iam gabella eius venditionis, vt morbosum redhibetur, & iterum postea venditur, ex quo etiam aliam deberi gabellam merito affirmat, & contendit: inquit tamen, hoc dissimile esse casus dist. l. quories, quia in illo, de quo in hoc versicul. nec dissimilis, & c. vtraque est vera distincta venditio, non in idem tendens, pro diuersis temporibus, vt probat alias contingit, in hoc casu, nempe dist. leg. quories.

Ego autem quo ad eandem iuris dispositionem in vtroque casu dicendam, nullam dissimilitudinem inter hos casus inuenio, cum in vtroque sint plures, & distinctæ venditiones factæ in solidum duobus diuersis temporibus in idem tendentes, & concurrentes eadem ratio, illa scilicet, quod si semel questum sicut ab eo multo, auferri non possit, nec debet: denique nulla vis consistit in eo quod ambe partes de communi consensu à venditione ex interuallo discedant, quo casu nulli dubium est gabellam ex contractu deberi, vel quod venditor, multo prius emptore, ab ea conuentione recedat, vendendo postea eandem rem alteri: Quinimo à fortiori in hac vltima specie gabella ex ea prima venditione deberi debet propter dolum & culpam ipsius venditoris: Sibi igitur imputet damnum duplici gabelle nec aliquis eius mi eratur in hoc.

Quibus sit, vt si emptor primus ex conuentione, vel statuto gabellam soluerit ex sua prima emptione, eam non repetet à gabellario, sed à suo venditore, tanquam interese, & damnum ei obueniens culpa, & dolo venditoris, à quo indennis reddi, & remanere debet, argumento dist. l. debet, ff. de adit. edict. & post hæc scripta vili hæc meam opinionem contra Lassar. vbi supra, late & bene probantem, & tenentem Girona. de gabell. §. par. 5. de gabell. §. vni. numer. 21. cum pluribus sequentibus, dicentem quod eam semper tenent in iudicando & consulendo: sed & scio eam sine scriptis nondum impressis tenuisse grauissimum quendam Iuriconsultum in iuris Regni vitz iam fundum, quia ea vidi, & legi.

Supereft, vt fundamentis contrariæ partis satisfaciamus: ad primum de eo, quod tradunt Doctores in l. interduum §. quories ff. de publi. & veltigal. respondemus illud argumentum inefficax esse ad propositum, quod certum sit, iure nostro Regio ex quacunque re tot gabellæ deberi, quot venditiones illius celebratae fuerint, vt consuetudo ipsa, & praxis quotidiana demonstrat, & per locum ab speciali probat, l. tot. tit. 18. hoc lib. 6.

Doctrina etiam Bar. in dist. §. quories in similibus verbis diuersa est nostra specie: Etenim ex eo illa procedit, quoniam licet in statuto, de quo loquitur Bar. ex quocumque contractu gabella debeatur, & promissio de vendendo, & venditio ipsa postea sequuta duo contractus esse censentur; attamen, quia in ea quaestione promissio de vendendo est quod accessorium, & præambulum quoddam venditioni coherens postea sequatur, vnica gabella debetur, quasi ex vno contractu.

Sicut, & alias stante eodem statuto, si soluta sit gabella venditionis, & queratur, an excessione quoque soluenta sit: DD. ita distinguunt, vt si quidem cessio sit exequutio, siue exercitio prioris contractus venditionis, vt quando procreator cedit domino, & tunc ex cessione non soluit noua gabella: si vero cessio sit nouus contractus de per se, nonnotiens ex priori, noua gabella debetur: quia vbi nouum factum, ibi noua obligatio: sed vbi vnica, & idem factum, non dicitur noua obli-

gatio, ita Bald. in Leumper eos Cod. si quis alit, vel sit. in fine, & ibi Salicet, sequitur Firmian. in tract. de gabell. in §. princip. 19. volum. 1. 1. tractatum diuersi Doct. & Parlat. verum quous lib. 1. c. 3. §. n. 27. Lassar. de decim. d. c. 13. n. 6.

Ad secundum fundamentum contrarium, quod inuitabile reputat Lassar. respondemus, facili negotio dissoluit: quia in casu dist. l. quories, non vnum, sed duplex pretium definitum fuit, nempe, in quolibet venditione suum pretium: quo si primum non fuit solutum id contingit culpa venditoris, nolentis stare priori venditioni, vendendo secundo eandem rem alij simili, vel diuerso pretio. Denique omnino enervatur præd. fundamentum ex eadem l. 1. tit. 7. hoc lib. 9. quatenus in fine dicit: De todo el precio por que vendieren. Obsecra multum hæc verba quia comprehendunt primam venditionem, sicut secundam, cum non dicat lex De todo el precio por que vendieren, y recibieren, si enim hoc ad detet, bene loqueretur Lassar. cum vero simpliciter dicat: De todo el precio por que vendieren: ista verba ita verificentur in prima venditione perfecta, sicut in secunda. Igitur de vtraque, solui debet gabella cum vna, & eadem res sæpe, ac sæpius vendi possit, & solet, & de vnaquaque venditione solui debet gabella.

Prior autem opinio contraria potest procedere in materia laudemij, vel teluqj, & in iurij parroco feudi debitorum, quæ quidem non soluntur, nisi ex venditione, ex qua transferatur, & mutata dominium vere, & efficaciter: Insuper requiritur, & hoc durare, alias præd. non debentur: At gabella tantum respicit ipsum contractum venditionis, licet ex eo dominium non transferatur, nec mutetur, vt sæpe diximus, & constat ex Carolo Molin. in consue. Par. tit. 1. §. 2. 2. n. 40. ad fin. & tit. 2. §. 5. n. 15. & 37. imo licet res sit aliena, vt sup. resoluimus, q. 1. §.

SVMARIA.

- 1 Gabella noua an debeatur ex augmento & diminutione præij prius constituti, omnibus integris manentibus, & sequent. vbi late distinguitur, iudicium auctoritatis ponitur n. 4.
2 Contractus nouus alteri non præiudicat, cum quo inius non est.
3 Gabella soluta ex contractu celebrato in protocollo, an eo combasto, iterum debeatur ex eodem recepto: n. 6.
4 Gabella an debeatur ex pecunia postea data, vt emptor traditionem, vel possessionem habeat?

QVÆSTIO XX.

An noua gabella debeatur, ex augmento, vel diminutione pretij prius constituti, omnibus integris manentibus?

Quarto præterea, an in casu, & specie, l. palli a conuente, ver. Paulus ff. de contrahen. emptio. & l. 2. ff. de resond. vend. noua venditio contrahatur, ita quod duplex gabella debeatur, an vero vna tantum? Et vt hæc quaestio melius percipiatur, refoto licetam vtriusque lillius enim ita se habent: Si omnibus integris manentibus de augendo, vel diminuendo pretio, rursus consentit, recessum à priori contractu & noua emptio intercessisse videtur.

Posteriores vero l. verba, ita se habent: Si quam te à se emi, eandem rursus à se plurimiorve emero F 3 discessimus

diffimus à priori venitione idem aliis iudibus, & pluribus Doctoribus comprobatur Tirac. de retractu l. g. d. 6. et l. 18. num. 54. & 55.

Respondent igitur DD. questioni supra propofita, quod aut pactum fecundo apponitur cum vno ex pluribus, & tunc pro parte tantum receditur, ne contractus in totum renouetur, vt in *l. iuris gentium. §. adeo, verfic. sed cum dicitur cum eodem*, & tunc aut verba non sunt apta ad renouationem contractus, verbi gratia, tunc, quam tibi vendidi pro viginti volo, quod emptam habeas prima emptione, & remitto tibi decem, vel prima emptioni addo decem, & non videtur renouatus contractus: aut verba sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt ambigua, quia possunt trahi ad vtrumque, & videtur renouatus vt in *l. p. a. i. conuenit, verfic. Paulus*, & iuxta hoc iudicandum est de gabella, vt in primo casu noua gabella non debeatur, in fecundo vero casu illa debeatur. Ita distinguit Bart. numer. 1. Paul. de Cast. num. 2. in d. §. adeo, & est communis distinctio, secundum *l. i. ubi num. 6.* & magis communis secundum Ioan. Oroscabi num. 11. quibus addo Tirac. *de retractu conuention. ad fin. tit. 1. §. 6.*

Quod autem nouus contractus alteri non praeiudicat, cum quo initus non est, probat *l. vltim. ff. de pact. & tenet alios allegans, & bene probans Tirac. quod. d. §. 1. glo. 18. num. 36.* vbi quod quando ex contractu, vel occasione contractus per dispositionem legalem est ius questum alicui tertio re vel spe, non potest ab illo contractu recedi in eius praeiudicium: secus est, quoad eos qui contracterunt, non autem quantum ad alios, quorum interest, quibus ipsi contractantes postea praeiudicare non possunt, vt per ipsum Tirac. *quod. d. §. 1. num. 38. §. 1.* Sed à communi distinctione præcedit Laffare de *decim. vend. ca. 1. num. 12.* dicens, quod quoties is casus in praxim venit, nempe, quod venditione semel contracta, pretium alteri dicitur temper intelligitur, factum esse, vt prior venditio reformetur, non vt noua contrahatur, quia cum vere noitur partes in totum à venditione recedere, sed, vel pretium augetur, vel minuitur, verisimiliter est, hoc solum eos effectus, quam nouam venditionem superfluo contrahere, ita vt animaduertendum sit, vt si præ posterius pactum prius pretium minuitur, id sisco, aut gabellario non nocet, quia iam fuit eis à principio ius questum, & ita iuxta prius pretium gabella debeatur, quod si auctum sit, sisco procedent, quia vere tantum venditur.

Ego vero, ita resoluendum censo in nostra quæsti. principali: quod quando verba non sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt ambigua, quia possunt referri ad vtrumque, intelligendum sit, vt prior venditio reformetur, non vero in noua contrahatur, & à priori videtur recessum: quod si ipsa reformatio fiat incontinenti, debetior gabella, iuxta pretium reformatum sine sit maior, vel minus primo: si autem illa reformatio fiat ex intervallo, & pretium prius sit maior, & per posterius pactum minuitur, tunc procedat opinio Laffari, quæ habet, vt id sisco, aut gabellario non nocet, quia iam fuit eis à principio ius questum, unde ex post facto ab ipsis iniuris auferri non potest, & ita iuxta prius pretium gabella debetur, quod si prius pretium per secundum pactum, siue incontinenti, siue ex intervallo id fiat, augetur, sisco, aut gabellario præcedit, quia tunc res venit intelligendus est itaque necessario Laffari licet ipse ita non aperiat iuxta superiora, nempe, quod loquatur, quoties reformatio contractus, hoc est, additio, vel diminu-

tio pretij sit ex intervallo: Secus si in continenti, quia tunc tantum attenditur ad posterius pretium, siue maior, aut minus sit, cum in continenti licitum sit partibus pecunieret: Unde ipsa tantum soluenda est de secundo pretio: si vero ex intervallo expresse reformatio fiat prioris contractus, ex quo primo receditur, & nouus contractus venditionis celebratur, datus gabellas deberi videtur, nisi hæc reformatio incontinenti fiat, quia tunc vnica tantum gabella debetur, ex pretio reformato, siue maior, vel minus si priore, quod pro nulla censetur, quasi ex venditione infecta.

Dicitur est dicendum, quoties celebratus est contractus inter partes & antequam publicetur, combustum est protocolium: partes vero iterum eum restituerunt, ne pereat: si enim de primo rogatu soluta fuit gabella, non debet iterum solui pro eodem reformato, quia noua reformatio non dicitur nouus contractus proprie sed quedam declaratoria primi, *l. manuum. l. manuum. ff. de inst. & iur. §. item, 6.* quia huiusmodi reformatio habet oculos retro, & dicitur in pristinum statum repositio, ita firmi, *de gabellis. p. princip. quæst. 6. num. 10.* idem cum Pectro Anchara. probat Aules in *cap. 22. Prat. in gloss. Torres. num. 26.* Bolus in *sua prædic. in. veltigal. quod soluitur. nu. 2.* Callan. in *consuet. Burgund. ad fin. tit. de gabellis. fol. 37. num. 5.*

Hoc autem verum intelligo, quoties in refectione nihil aliud agit, nec immutatur, sed prior contractus & instrumentum, prout antea erat, restituitur: siue reformatur priori forma non mutata nec pretio alterato: Ceterum si in hac refectione contractus renouetur, ita à priori recessum videatur, nouus contractus celebratus, vel veteri pretio additum vel diminutum, tunc profecto obseruanda erit prior nostra reformatio.

Quod si emptor soluat pretium contentum, & postea aliquid det, vt traditionem habeat, siquidem soluit iustum pretium valoris rei, non debetior gabella de hac summa postea datur: sed tantum de primo iusto pretio: quia hanc summam vltimam dedisse præsumitur causa redimenda litis, & non in fraudem sisci vel gabellarij: Idem si post emptionem dominij rei emit nullam possessionem, quia si vtrumque pretium non excedit valorem rei, de vtroque debetior gabella.

Quod si primum pretium æquabat valorem rei satis est de illo solui. Reliquum namque videtur causa redimenda vexationis datum, quarum nihil inde debetur, nec sisco, seu gabellarius debet questum facere de incommodo alterius, prout obseruat in similibus terminis, nempe quiri, vel laudemij solucndi domino directo feudis eius alienatione, Carol. Molinus in *conuetudin. Parisiens. tit. 1. §. 55. glossa 2. num. 35.* que sententia in proposito tenenda videtur, tamen si repugnare videatur generalitas verborum, *l. 1. tit. 17. hoc libro 9.* dum statuitur *decima totius pretij, pro quo res fuit vendita, soluitur*, quibus verbis motus Laffare de *decim. vendition. cap. 14. numero 17.* tenet, quod si emptor fuit lesus, quia ultra dimidiam iusti pretij rem emit & venditor velit reducere ad equalitatem contractum, restituendo excessum pretij ultra supremum iustum rigorosum, obtinere debet sisco integram gabellam iuxta pretium iniustum in primo contractu constitutum: sed hoc esse falsum probat Moline. Theologus in *secundo tomo de iustitia & iur. diffinitione 349. colum. 572. ibi, arbitror*

arbitror tamen, vt docuimus, supra quæstione 12. num. 8.

Nihilominus tamen præfata opinio Carol. Molinæ applicata ad nostros terminos gabella procedere in praxi non videtur ex verbis *diff. leg. 1. que* hunc casum vere comprehendunt, in quo venditor titulo venditionis, & pro pretio id, de quo agimus, consequutus fuit, ac penes se retinet: exemplum vero Laffare, & Molin. de quo supra diuersum est à nostro, vt per se in illo emptori restituitur excessus iusti pretij in nostro vero minime: Quare data paritate terminorum in nostro casu, nempe, quod venditor fuisse condemnatus iudice ad restituendum, quod præ. vexatione extorsit iniuste ab emptore, eidemque eo restituro proculdubio censetur ex eo gabellam non deberi, prout in terminis Laffare non vltima dimidiam restituit Molin. vbi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex omni contractu alienationis, an vero ex solo contractu venditionis? & nunc is sequenti, restituitur numero tertio ex solo contractu venditionis illam deberi.
- 2 Venditionis appellatio generaliter accipi debet.
- 3 Venditio in dubio potius intelligenda est, quam locatio facta mentione pretij.
- 4 Venditio & emptio, quid sit & n. 6.
- 5 Litem mansuata §. vltim. ff. de contrahend. empt. intelligitur.
- 6 Gabella solum solui debet ex contractu emptionis & venditionis, & ex contractu permutationis: eodem nu. 6. vbi ratio assignatur, nisi in fraudem veltigalium alius soluenda alius contractus singulari, & celebratur, vt in n. 7.
- 7 Pretij mentione facta, vel venditionis in dubio præsumitur esse contractus emptionis & venditionis, nisi aliud constet ex formalitate, & essentia contractus.

Q V Æ S T I O XXI.

De quibus contractibus debeatur gabella?

Q Vero circa intellectum, & praxim d. l. i. tit. 17. hoc libro 9. non colli. Regan illis verbis: *Los vendedores paguen el alcavala de cada diez maravedis uno de todo el precio por que vendieren: an hoc verbum, vendieren, intelligendum sit de larga significatione venditionis (hoc est) ex omni contractu alienationis per quem dominium transferitur, an vero de sola stricta eius significatione nempe venditione pretij facta?*

Et videtur primo dicendum de larga significatione venditionis esse intelligendam nostram hanc l. Regiam, hoc est, de omni contractu alienationis, ex qua dominium transferitur: Venditionis namque appellatio generaliter accipi debet, vt in l. sicut. §. venditio, ff. de quibus mod. pign. vel hypothec. solu. vbi glof. 1. ex eo text. notat appellatio venditionis omnem contractum contineri ex quo dominium transferatur, vt ibi & in l. statu liberi in fin. ff. de stat. lib. & in l. 1. §. eam, ff. quæ rei pign. obl. poss. & in l. an quorum. ff. de pign. & in l. fin. C. de reb. alien. non alien. cum similib. & late supra vocabulo, verb. vendere intelligitur pro omni specie commu-

tationis, secundum Balin l. 1. ff. de cond. ob. caus. cum similib.

Nihilominus tamen respondemus, quod cum materia gabellarum sit odiosa debet hoc verb. vendieren, nostræ l. Regiæ stricte accipi, non vero in amplissimo significato, secundum Balin l. contractus, columna 1. C. de fide instrumentor. late Parlador. res. un. quotidian. lib. 1. cap. 3. §. 2. sub numero 22. Et in dubio contra gabellam iudicandum est, vt supra late probauimus: & quando lex, vel statutum disponit, quod de pretio soluta ur gabella, intelligitur disponere, quod soluta de contractu venditionis, eo quod pretium, & venditio sunt correlatiua, gloss. & Balin l. eam dotem. C. adde in. dor. Et quauis verbum conueniat etiam locutioni, l. 1. §. 2. ff. locat. cum similib. & nihilominus in dubio potius venditio intelligenda est, quam locatio, facta mentione pretij, secundum Ioan. de Platas, in l. final. C. ad da. prædic. cur. libro 10. praxim cum in hac materia habeamus præfatam, l. 1. tit. 17. hoc libro nono. expresse loquentem in venditione & pretio.

At venditio est distractio rei pro pretio, id est, contractus, quo res pro pretio alienatur, & emptio est rei pro pretio contractus, id est, contractus, quo comparatur dominium: aut quis dominium pro pretio, vt defuit Dominic. à Soto lib. 6. de iustitia & iur. quæstione 2. articulo 1. restat post alios Molina Theologus de iustitia & iur. tomo 2. diffinitione. 226. columna 497. post medium, vbi columna leg. ver. fortasse, inquit melius dici posse, quod venditio est contractus, qui consensus perfectus inter res pretio: non vero secundum ipsam de ratione venditionis est, quod res vere alienatur, dominiumque transferatur, etenim si res venditis non sit, licet venditio valida sit, vt supra. late probauimus, dominium tamen non transferatur, etiam accedente traditione, vt docuit idem Molin. diffin. 327.

Est ergo solum de ratione venditionis, quod quantum est ex se sit translatio dominij pro pretio, accedente ad litione: esto, aliunde id impediatur, vt colligitur ex *litem mansuata. §. vltim. ff. de contrahend. emptio. ibi, nemo potest vendi rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne a tempore transeat, sed hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus, quorum verborum hic est sensus, de ratione venditionis esse, vt dominium eius, quod venditur, quantum est ex vi contractus, transferri intendatur, teste Molin. d. diffin. 326. col. 408.*

Iure igitur nostro Regio attento, gabella tantum soluenda est de venditione pretio facta proprie sumpta, non vero de aliis contractibus, præterquam ex permutatione, que speciali lege, nempe, 2. eadem tit. 17. lib. 9. nominatim expressa est, ex qua gabella quoque soluenda est, vt in d. l. 2. cauetur: Si enim appellatione venditionis omnis contractus alienationis in proposito continetur, frustra, in d. l. 2. & olim in l. 102. in quate no gabellarum exprimeretur idem forte in permutatione, cum tamen emptio & venditio, item, & permutatio plusquam ceteri contractus assimilentur: Et in terminis quod statutum de soluenda gabella ex certo pretio de sola venditione intelligatur, tenet Fierman. de gabell. 3. membr. 3. op. princip. manu. 8. volum. 1. 1. tractat. diuers. Doct. & probat late Laffare de *decim. vendit. cap. 1. num. 18.* cum sequentis. Et de iure Regio in sola venditione & permutatione, non ex aliis contractibus hoc iure videtur, secundum Laffare. *ibidem num. 4.* & tenet F 4 Molin.

Molin. ubi supra col. 499. quidquid de iure communi male dubitet Pinel. in rub. de rescind. vend. l. 1. p. 647. n. 27. Quare autem magis ex venditione, & permutacione, quam ex reliquis contractibus ius illud gabellæ debeatur, declarat Lassart. ubi supra n. 43. expl. in sufficienci ratione Ioan. à Medina in suo C. de resc. q. 1. s. vers. copulatiue sequitur in fin. nempe, quia quanto hi duo contractus venditionis, scilicet, & permutacionis magis necessarii pte ceteris, & vto frequentiores sunt, vt inquit gloi. verb. contrahitur, si pro empt. tanto pluris tributum hoc Regium adaugeretur, & vberius foret pro succurrenda inopia ararij Regij propter necessitatem bellorum & temporum.

7. Ceterum quoties ex non extensione d. verbi vendere, occasio euadens resolutæ fraudandi gabellam, & leges gabellariæ illuloræ redderentur, tunc quantumque materia, de qua agitur, sit stricta, vel penalit, extendenda est, vt notatur in l. 1. §. fin. ff. de calumniat. l. sed Juliano, §. musus dationem, ff. ad Macedo. si cuius, & ibi Dominie. de sententia excommunicat. lib. 6. & in correctoris locutione Corneus in auct. ex causa colum. §. numer. 11. C. de lib. prat. vel ex hered. fraudibus enim & malitiam hominum est obuiandum. l. cum hi. §. si cum lu. ff. de tran. l. fin. §. fin. ff. de suspens. nec enim dari debet intellectus adeo propius & strictus, vt reddat illuloriam, & sine effectu, iuxta late tradita per Felin. in cap. Rudolphum, numero 4. & 5. Ideoque in ea specie non extenditur ad amplex signifiatus, sed ad æquivalentes & similes, ex quibus idem effectus resultet, qui erit attendendus, potius quam ad proprietatem nominis & vocabuli, prout extenditur in casu. l. 3. §. generaliter, ff. de inst. ill. que priuat. ibi ex omnibus causis, qua insar venditionis habent, &c. & l. apud Colsum, §. si quis autem ibi, item in similibus, qui vicem emptoriam continent, ff. de dol. mal. & mer. excepti. Et in nostris terminis, quod pred. nostra responsio principalis ita demum procedat, si modo in fraudem veterigalis conventiones tales non fiant, tenet Parlad. ubi supra n. 1. Sed in aliis casibus, in quibus huiusmodi euadens occasio fraudis cessauerit, sequenda erit natura dispositionis strictæ, & odiose, intelligendo legem in casu, in quo proprie loquitur sine extensione ad alium, & iuxta hanc distinctionem est intelligendum verbum, vendiderit, nostre legis, & similitum.

Similiter erit obseruandum in hac materia, quod etiam si in contractibus quando sit mentio venditionis, vel pretij in dubio presumant esse contractus emptiois, & venditionis, vt verba sonant, argum. tex. an §. pretium, insit. de empt. & vend. glo. singular. in l. cum dotem, & ibi Bald. C. de iur. dot. l. fin. C. de prad. curial. lib. 10. Specula. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, vers. sed pone statum communis, vt plures allegans concludit bene eam declarat Cartotius de locat. & conduct. 2. par. de malit. prime emptiois, n. 2. cum sequenti. attamen si ex formalitate, & essentia contractus constituerit, alium esse contractum, quam emptiois & venditionis, veritate quidem erit standum, non vero nomini imposito, & erroneo, à re difsonanti iux. legem insulam, ff. de donat. caus. mort. l. Lutus, ff. de donat. Bald. in l. 2. ff. commod. & in rubric. in fin. C. de iur. emptiois. Imola, & Cardinalis Clementia 1. §. final. de reb. Eccles. non alienand. & in cap. vestra de location. diximus supra questione 12. de redditoria, citantes in idem Menoch. de arbitrar. iudic. libro primo, quæst. 7. n. 3. cum sequent. & Becchini consilio 33. in princip. & numeris sequent. Per nostrum nam-

que affirmare, vel negare non morari substantia, & veritas rei. l. assumptio, ff. ad municipal. & quod carer. est. Cui etiam nomine carer, l. cum precibus, C. de probacion. & verba debent consonare rebus, & text. in §. est & aliud genus instituta de donat. & scribere debent nature contractus, cui adiciuntur, Bald. in l. 2. Cod. commod. Et in terminis, quod quando ad verbum pretium præcedit verbum conduco, tunc sit locatio non vero venitio, cum Iason. p. obat Cartot. ubi supra n. 9.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex venditione necessaria? num. seq. resolutur affirmatiue n. 7. & 16.
- 2 Necessitas à tributo excusare solet, & etiam à gabella, vt in exemplo hic posito sed vte, num. 16.
- 3 Alienans compulsus non dicitur venire contra prohibitionem de non alienando, vte n. 18.
- 4 Officium non debet esse alicui damnosum, sed vide, num. 19.
- 5 Laudemium domino directo soluere non debent diuidentes inter se rem emphyteoticam ex necessitate, vt socij, & heredes vide numer. 20. & 21.
- 6 Emptio, & venditio sine consensu voluntario effici non potest.
- 7 Retractus vterque habet locum in datione insolutum, tam voluntaria, quam etiam si fiat ex causa necessaria.
- 8 Laudemium debetur ex venditione necessaria.
- 9 Gabella debetur ex distualibus i. compulsione ipsius pro necessitate Reipublice subleuanda, & numero vndecimo.
- 10 Compulsio iudicis in id directa, vt subditus faciat id, quod iure tenetur, dici non potest constringere voluntatem hominis, sed potius eam liberare à seruitute appetitus.
- 11 Alius non dicitur voluntarius ad quemvis compelli potest, quamuis actu non compellatur.
- 12 Statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, munus.
- 13 Omne solvendi gabellam ab effectu venditionis prouenit, non vero, à causa.
- 14 Casus fortuitus non debet præiudicare dampnum passu.
- 15 L. Casar. ff. de public. & veltig. intellectu.
- 16 Dua res quando sunt ad finem vnius, ex necessitate, tunc amba sunt illa vna.
- 17 Quoties ex duobus actibus posterior est executio prioris, ambo sunt ille prior.
- 18 Diuisio est contractus mixtus participans de distractu & contractu, & de permitt. & venditione, & tamen propriam, & distinctam habet naturam, & totus contractus dicitur diuisus, & ex eo nulla tara debetur.
- 19 Cum quis iure cogitur rem suam iusto pretio vendere, de iuramentum gabellæ ex illo iusto pretio soluenda, sibi reseruari debet, ita vt iusto suo pretio, eaque franco res vendita maneat, & quomodo hoc intelligatur?
- 20 Gabella non debetur ubi Rex auferat alicui rem suam, soluto bono cambio.

QVÆSTIO XXII.

An ex venditione necessaria debeatur gabella?

1. QVARTO præterea, an ex venditione necessaria debeatur gabella, nemp. cum quis non sponte, & volens, sed ex necessitate vendiderit, vel ne ex aliqua iusta causa per legem, Regem, aut Magistratum coactus, vel compulsus iusto pretio recepto, vt in casibus de quibus per D. Commatru. late lib. 3. variat. resolut. cap. 1. 4. per totum, & l. 2. ad fin. titulo. 1. par. 2. ubi Greg. Lop. & in similibus?

Et quidem in hac questione pars negatiua, scilicet, quod ex huiusmodi venditione gabella non debeatur, sequentibus fundamentis, & autoritatibus astituitur.

1. Primo, quod necessitas à tributo excusare solet, l. Casar. & l. fin. §. si propter necessitatem, ff. de public. & veltig. vbi Bart. & Doctores, & l. 1. C. de naufrag. libro 11. vbi Barto. expresse decidit, quod si propter vim, & tempestatem maris, vel incursum, & timorem hostium, & Pyratum res, & nauis ad portum venierit ad quem, nisi ea vigeret necessitas non veniret gabella non debetur, quæ alias si sponte ad eum portum peruenisset, soluenda foret.

2. Secundo, quia non dicitur contra prohibitionem de non alienando venire, quia compulsus alienat. l. Diuus ff. de petit. hered.

3. Tercio, quia regula iuris est, quod ex his, que quis ratione & necessitate officij fecit, sibi dampnum resultare non debet, l. eum quodam, ff. de adm. iust. ratio iur. & in l. post legatum §. aduocatum, & in l. lictores ff. de bis quibus indig. & in l. filius ff. de iust. testam.

4. Quarto, quia ita etiam, qui propter necessitatem rem emphyteoticam diuiserint inter se veluti socij, & heredes non tenentur soluere laudemium domino directo, secundum Guillerm. de Cugn. Bart. Bald. & Paul. de Cast. in l. 1. & l. ideo ff. de conit. futuri. l. fin. n. 47. & 48. vbi dicit communem, C. de iur. emphyteot. Auendan. qui bene hoc declarat, distinguens inter voluntariam, & necessariam venditionem, resolut. 1. n. 6. Et hæc est opinio passim tra. lita distincto, secundum Lassart. de decim. v. notat. cap. 19. n. 105. tradit Titaeque alios allegans, de trad. titulo 1. §. ff. l. 4. n. 10. & plures Gironda de gabell. 3. parte in princip. n. 49. & Amodeus à Ponte, questione laudemial. 26. in princip. vbi inquit esse receptam, eamque bene amplias, & limitat.

5. Quinto, quia venditio sine consensu effici non potest, nec solet, quia solo consensu contrahitur, l. 1. §. fin. ff. de contrahend. emptio. leg. prima, in versiculo item emptio, ff. de reum permutatio. ideoque nolenti, & invito impossibile est, quod venditio fiat, l. iniurium, C. de contrahend. emptio. etia enim requiruntur in venditione, res, pretium & consensus, vt probat text. in princip. ff. de emptio. & venditio.

differte videtur à venditione, vel permutacione mere voluntaria, ex quibus solum gabella debetur, & soluenda est. Et in terminis nostre questionis, ita probauit & tenet Ioan. Parladot. v. r. m. quosd. lib. 1. cap. 3. n. numero 26. & voluit Auendan. de l. resolut. numero 6. in vers. admittit igitur, ad finem, ibi: Quod ex alienatione necessaria non debeatur gabella, nec laudemium, dicens sic concludere iudicandum Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 106. §. sub n. 4. & loquens in gabella tenet Albert. in 2. parte s. h. n. 221. quem refert & sequitur Amodeus à Ponte, §. laudi 26. in vers. ex hac conclusio.

His nihilò secius non obstantibus contraria 7 sententia verior est, & tenenda: imo, quod ex prædicta venditione necessaria gabella debeatur, quia re vera venditio est, & nulli bili repetitur exempta ab hoc tributo, nisi in diuisione hereditatis, de qua infra late agemus, ideoque comprehenditur sub dispositione generali nostre, leg. 1. titulo 17. hoc libro nouo, noua collect. Reg.

Sed vt magis omnibus clarescat veritas huius nostre sententia, oportet considerare, trifariam posse, quem compelli ad vendendum: Dili. vtravim igitur per singulos modos coactionis, & necessitate venditionis. Primum est, quando compulsio habuit principium voluntarium. Secundum, quando compulsio oritur, à iustitia ciuili & naturali legis, quamuis adit voluntas particularis, nec libera venditoris. Tertium, quando compulsio, & necessitas de facto prouenit coactione violentia, aut metu.

Circa primum modum (hoc est) quando compulsio hæc habuit principium voluntarium venditoris, ex quo sequitur postea compulsio, & necessitas, sciendum est, eam dici causatam, seu potius voluntariam, vt pote, quia quis se in ea posuerit sponte, vt contingit in omnibus contractibus, qui à principio sunt voluntarij, postea vero efficiuntur necessarii, si sicut ab initio, C. de action. & obligatio, probat late ipsemet Auendan. de l. resolut. 1. numero 6. vers. quedam alia: & in hoc casu, nempe quando virtute contractus, aut sententia contra aliquem late sit executio, & bona voluntarij, hæc non dicitur alienatio necessaria, sed coactio ad vendendum & soluendum creditori, quia processit primum ex mera voluntate debitoris, cuius solutio nis index est merus executor: & ideo iudice vendente bona ex causa executionis, & maiori licitatori in subhastatione illa ad iudicantem pro satisfactioe creditoris, venditio dicitur sua origine voluntaria, quia debitor ipse sua voluntate videtur rem dare, & sic vendere, vt notat Bald. in cap. quoniam frequenter, §. fin. numero 9. vt late non consistit. Et ideo in hac specie factum iudicis censetur factum patris, siquidem ex voluntate præcedente partis, hoc index executor, alias non facturus, vt in l. ab causam, cum similibus, C. de iustit. Et quia idem est alienare, & sic vendere, quod facere illud, ex quo sequatur alienatio, l. codicillis, §. alienatio, & ibi Bart. de leg. 2. l. fin. C. de legit. iur. Et mod non censetur necessarium, quod habuit principium voluntarium, tenet præterea Bald. consilio 120. quid importet, libra secundo. Hinc recte docet Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. §. 1. §. 4. n. 40. & 47. Quod in donatione in solutum, tam voluntaria, quam etiam si fiat ex causa necessaria: imo, si fiat iudicis autoritate per sententiam, & interpositionem decreti, habet locum vterque retractus, quod sequitur, alios allegans, & late id probans iure, & consuetudinibus particularibus quorundam

quo. nam locorum Tiraquel. de retrah. ligna. 5. i. gloss. 4. numero 12. cum sequentibus, reprobandos alios plures tenentes contractum, quos supra retulit, n. 8. cum sequentibus. & nos quoque de hoc late egimus, libro 2. proff. 9. 157.

Ex quibus ha debet ex hac venditione, tanquam voluntaria considerata eius origine, & prima radice laudemium, vt hinc probat Auendan. vbi supra dict. numero 6. versic. 7. isto casu, & in versic. cum igitur, & per totum respons. & Antonin. Thelaur. dicit. Pedem. 23. numero 1. cum sequentibus, quicquid contractum velint Doctores, in l. & ideo ff. de condit. furtiu. & l. in l. fin. numero 47. & 48. Cod. de iur. empitient. supra citatis, cum aliis quos refert Tiraquell. num. 14. in loco statim citando, loquens in datione in solutum, &c. Ergo & gabella proculdubio debebitur, vt probauimus late infra gsequenti.

10 Circa secundum modum compulsionis & necessitate venditionis, nempe, quando oritur ex iustitia ciuili & naturali legis, deiectione etiam voluntate particulari & libera venditoris, idem obseruandum erit, nempe, vt ex ea venditione gabella quoque debeatur.

11 Veluti cum tempore necessitatis hoc est, cum Respublica annoe inopia premitur, compellitur habens victualia, vt ea iusto pretio vendat, & in similibus casibus, vt in l. 1. & vbi communiter DD. C. de Episcopali. D. D. in cap. 1. de empion. & vendit. optimus text. in l. 2. ff. de mand. l. 5. tit. 5. parit. D. Conarr. lib. 3. varior. resolut. cap. 14. num. 3.

Primo, quia sicut obligatio in ducta à legē, ratione naturali subnixta, & in bono publico fundata, est licita & iusta causa, ita etiam est humilimodi in actib. consequentibus ab ea, prout est gabella, nisi illius famis, & ibi Bald. C. de Macced. Non enim vim patri dici potest quifacit, quod tractat, quinimo illa est vera libertas, & qui aliquid facit, contrariando rationi natur. & iustitiae, dicitur esse veluti seruus proprii appetitus, & iniquitatis prout sunt bruta animalia ratione carentia. Hinc dici solet à Philosophis, quod homo rationi & iustitiae alieniens exitur à legē, quod solum contra malos, & iniustos lata est, vt inquit Rebus in proemio consil. Regni. gl. 1. n. 52.

11 Hinc etiam fit, quod compulso iudicis in id directa vt subditus faciat id, quod iure tenetur, dici non possit constringere voluntatem hominis, sed potius cum liberare à seruitute appetitus, vt eleganter dicit Bald. in questione schismatis, n. 17. in versic. quid sit libertas quaeritur. C. si quis aliquis resar. prohib. & paulo inferius, in versic. hoc itaque promissio, n. 26. inquit, quod licet compulso in hac specie sit cum compedibus, & vinculis, non dicitur exacta voluntas facit, vt in l. 3. §. 1. ff. de ea, quod met. caus. exequimur enim in his, qui non habet in se iniuriam. In iniuriam ff. de iniuriis. Secundo, quia si ego agnosceus sponte legis iustitiam, ab qua vlla compulsionē, venale facerem meum frumentum, proculdubio teneret soluet gabellam: Ergo idem dicendum erit, si compulso auctoritate legis, Regis, vel Magistratus id faciam: Alias enim maximum esset absurdum eximere à solutione gabellae resistentem iniuste legi iuste & qui abique compulsionē noluit et obediēte est melioris conditionis obediēte Denique victualia, exceptis alimentis necessariis pro subleuatione propria cuiusque familie, cadant sub nomine mercaturae, sicutque venalia, non solum habita, sed etiam destinatione domini in eum finem ea seruanti. Ergo, dici non potest coa-

ctus id facere, quod consonat fini, & destinationi eiusdem domini.

Præterea, si contractum diceremus, fraudibus locus preberetur. Illi enim, qui alias essent venditori, consulo affectarent iudicis compulsionem, vt liberarentur à solutione gabellae, sique patrimonium Regium, & dominicum hoc ius vengalium habentium, nimis defraudaretur, atque diminueretur. At fraud. præcipue adeo euidentibus est obseruandum: Quinimo etiam si lege expressum foret, quod ex venditione tantum voluntaria deberetur gabella, non vero de necessaria, ad euitandas humilimodi fraudes extensio fieri deberet de vna ad alteram venditionem, iuxta supra adducta quæst. 21. n. 7. vbi regimus an leges gabellarie de venditione loquentes debeant intelligi de venditionibus stricte sumptis, vel etiam large. Quinimo si aliud diceremus, sola potentia, vel metus compulsionis liberaret à solutione gabellae, quamuis actu compulso non adesset: Non enim dicitur actus voluntarius, ad quem quis compelli potest, quamuis actu non compellatur, vt docent Ancharran. consil. 195. rationes, col. 2. & Arcim. consilio 24. quæstio dubia, in secundo dubio, per text. in l. inuicissime versic. quid si compulso, ff. quod fals. in authentic. ibi. memens ne compelleretur, vbi Ripa, & Bald. notant text. illum ad hoc, quod idem operatur timor totum entorem, quod ipsa tormenta. Ad idem est text. in l. apud Labbeum, §. ait Praetor, versic. quaestione, ff. de iniuriis, de quo late agit Anton. Gomez in tertio. tom. varior. resolut. cap. de reor. reor. n. 4. & Ro. et. Itaque in sua allegatione. 23. in princip. Itaque non solum compulso actualis, sed etiam metus ipsius in habitu extimeret venditores à solutione gabellae, quod esset, imo est absurdum & falsum. Ergo, &c.

14 Tertio, quia etiam si necessitas liberaret à solutione gabellae, minus dici potest violenta venditio iudicia à lege, vel consuetudine, cum enim recepta sit, prout est, in iustitia Respublica præfata lex voluntas implicita & in genere facti voluntati omnino, quod ex ea procederet, tanquam de voluntate, & communi consensu gentium, l. 1. ff. de legibus, vbi lex dicitur sponsio, & promissio populi: & inquit Bald. in l. si ex cautione, in fin. n. 18. C. de non numer. pecu. ¶ quod statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, & munitus: quod sic iustificata venditione, iustificatur etiam gabella eius consequentia, vt per Bald. in l. filiusfamil. C. ad Maccedon.

15 Quarto, quia onus soluendi gabellam ab effectu venditionis prouenit, non vero à causa. Licet enim contractus venditionis sit de eorum numero, qui consensu contrahuntur: obligatio tamen soluendi gabellam, non oritur, nec prouenit saltem mediate ex consensu, hoc est, de forma, sed de formato, id est, de ipsa venditione, & ex l. ipsa, quæ cum sit præceptiuā, sicut inquit Bald. in rubric. num. 1. C. de condit. ex lege. Dubium itaque gabellae est effectus necessarius, qui sequitur ex venditione iam formata, vel, nolit venditor, prout est obligatio alendi uxorem propriam, quanto ad id vit sit compulso, vel accipere uxorem, quam accipere tenetur, & ad id iure à iudice Ecclesiastico competenti compelli potest & debet.

14. n. 2. Circa tertium modum compulsionis, & necessitatis per coactionem violentam, vel motum, cum voluntas exacta voluntas sit, & debebitur etiam gabella, ex ea venditione, vt resoluimus supra quæst. 14. n. 2.

Quare

Quare in terminis hanc nostram sententiam indistincte probauit (nempe, quod ex venditione necessaria debeatur gabella) Lallart. de decim. vendit. cap. 19. num. 100. dicens, quod iuxta eam ex facto respondit, & prædicatum fuit, & numeris sequentibus respondit fundamentis contrariis: nempe, illud, quod dicitur, necessitatem à tributis excusare, locum habere & procedere in propositis, & aliis tributis his similibus, de quibus loquitur prædicatur: Et de his ad gabellam nostram argui non potest quæ generalissima est, & omnem validam venditionē à laico facta comprehendit, nisi in casibus ab eisdem gabellaris exceptis: At venditio, quæ ex necessitate fit, vera venditio est, l. 1. in princip. ibi. Et si plures sint facti, necesse est habere partes suas, quas in seruo possident, vendere, vbi expresse, qui cogitur partem serui sui pro iusto pretio dare, vendere dicitur, nec necessitas facit, quo minus rei datio pro pecunia legis præcepto venditio sit, ac voluntario fiat, iuxta res. l. naturalis, §. & siquidem, ff. de præscript. verbis, vt latius ratiocinatur Lallart. vbi supra, numero 106.

17 Similiter non obstat. l. Celar. ff. de public. & ver. sigil. Nam communiter allegatur ad hoc, quod casus fortuitus non debet præiudicare damnum passio, vt inquit, glossa ibi verborum Bacc. Albert. & reliqui Montan. in l. 8. ad medium gloss. titul.

18 31. part. 7. C. de l. in l. 2. Tau. fol. 19. colum. 1. ¶ quoniam hoc solum probat illa lex, quod si cotes, quæ semel inter permillum locationis tempus à portu fuerant extractæ, iterum Ad portum vi aliqua reuertantur, nauis tempore dolata, & intra prohibitam tempus exeat, non ob id videtur, quicquam contra legem contractus fieri à mercatore extrahente, non enim illa l. in tempore, & casu necessitatis fundatur: sed in eo, quod ille cotes iam ab initio euertæ, & extractæ videantur, cum semel è portu nauis à principio proficisceretur, nec si demum propter tempestatem reuertatur iterum extrahi dici possunt contra legem contractus quæ semel iuste extractæ fuerunt vt constat ex litera illius text. & latius interpretatur Lallart. vbi supra num. 102. vbi num. 105. cum sequentibus bene etiam respondet, l. fin. §. si propter necessitatem ff. de public. & vengalibus.

Ad tertium ex dict. l. Diuus ff. de per. hered. nempe non dicit contra prohibitionem de non alienando venire, qui compulso alienat. Respondemus, hoc procedere respectu penarum, in quas abique voluntate liberz non incurritur, quia vbi non est culpa, non est pena: At hic nos agimus de obligatione, & onere annexis voluntate legis, & non venditoris, contracto venditionis valde celebrato. Vnde cū venditione necessaria sit valida, ex approbatione effectus debiti gabellae & emittionis, licet pena incurritur, quæ multum differt à prædicta. Ad aliud fundamentum contrarie partis, quod habet, ¶ damnum non debet resoluere alimenx his, quæ ratione, & necessitate officij fecit, respondemus, ex hoc nihil inferri necessario ad exemptionem gabellae, cum etiam si quis ratione officij admittatur venditor, non liberaretur à solutione gabellae: & ideo bellissime concludit Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titul. 2. §. 22. num. 14. differens Bari. & sequatur inter voluntariam, & necessariam venditionem non procedere in hac materia, sed in alia, nempe legum loquentium in iudicis terminis, scilicet, vbi agitur de prohibitione vendendi, vel de suspicionē fraudis in venditore, non autem vbi agitur, de iure competente, vel competuto tertio ex venditio-

ne: quia sine voluntatis, sine necessitatis sit venditor, hoc nihil pertinet ad illum tertium, si que in effectu hanc nostram sententiam tenet, & probat Carol. Molin. ibidem numero 14. & prius numero 13. nempe quod ex venditione necessaria, prout est illa, quæ auctoritate iudicis fit in publico sub habitatione, quæ ita sic vendita ad iudicaturus offerenti, instantibus, creditonibus, debetur gabella.

10 Ad quartum de communi opinione Doct. quæ habet, quod de diuisione necessaria, quæ fit inter locios, vel heredes emphyteosis non debetur laudemium, respondemus. Primo procedere in materia laudemij, in qua Authores præcitati loquuntur, & vbi agitur de prohibitione alienationis & venditionis, de suspicionē fraudis in vendente, vt, scilicet, non videatur fraudem facere, vel prohibitionem incurere qui necessario alienat, prout contingit indiducite tem communem singulam, vel emphyteoticam, aut feudalem, vt probat text. in l. fin. versic. exceptis, ibi diuisionis, C. de iur. & in authent. de litigio. §. 1. ibi, heredes autem eius: non vero dict. communis sententia procedit, vbi agitur de iure competenti, vel competitio alicui tertio ex simplici actu venditionis, vt prædicimus ex Carol. Molin. vbi supra, quem in proposito huius responsionis refert Lallart. vbi supra n. 105.

11 Secundo de respondentis prædict. communi sententia, quod in ea materia diuisionis emphyteosis communis necessitas non operatur exemptionem gabellae, sed tantum, quod media, (quibus diuisio fit, nempe permutatio & vendita diuisioni incidens, sine quibus ipsa commode expedi non potest) habeantur pro vultis, & coherentibus ipsi diuisioni, vbi incidunt, & cum ea confundantur, veluti re, de qua principaliter agitur, & de per se separatam, & distincte non censentur, & confunduntur, sed vt accessorium sequi statutam sui principalis, indeque recipiant formam, & denominationem, atque à fine diuisionis, quæ fit finis namque trahit ad se omnia, quæ tendunt ad finem, l. si non sunt §. perueniamus, ff. de iur. & argent. legat. ¶ Sicut in contractu dotis, & maritimo accessoria, quæ faciunt emptionem incidentem ipsi contractui dotis, non est separata ab ipsa dote, sed caput contractus dotis, quod cum ea confunditur, iuxta gloss. & DD. in l. quoniam C. de iur. dot. iteque matrimonio, non sequuto, non solum principali, quod est ipsa dote, sed etiam emptio incidens spirat, l. in rebus d. valibus, C. de iur. dot. & quando dicitur res sunt ad finem vnus ex necessitate, cum ambæ sunt illa vna l. illud §. si ff. ad legem Aquil. Bald. in l. cum dicitur, ad fin. n. 2. C. de iur. dot. & l. cum seruus & ibi Paulus & Imol. ff. de canas. & demonstrat. Afflicti de cap. 1. §. vlt. alibi, quo fit regal. l. in l. qui minor in iustis, not. ab om. 20. ff. de summo, §. sic etiam quoties ex duobus actibus posterior est exequuto prioris, ambo sunt ille prior, quia vbi vnus propter alterum, vel duo propter vnum, vtrique vnus tantum vt in dict. l. cum seruus, & ibi Paul. & Imol. & post alios Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titul. 2. §. 55. gloss. 1. num. 10. ad fin. Necessitas igitur in proposito à solutione gabellae non liberat, sed operatur confusionem horum meliorum, quæ confusio in causa est, vt gabella non debeatur, & necessitas incidentie horum meliorum est tanquam causa causæ & iuxta hoc est intelligenda præfata communis sententia, de qua per Doctores in d. l. & ideo ff. de conditio. furtiu. & in aliis locis supra allegatis: huiusmodi

modi

modi namque necessitas confundens media venditionis & permutationis operatur, ut ipsa transeant in speciem negotij principalis, nempe diuisionis, ex qua non debetur laudemium, ut habet communis sententia nec gabella, ut infra agemus in questione vtrum de diuisione hereditatis debeat gabella.

24. Diuio namque est contractus mixtus participans de distractu & contractu, & de permutatione, & venditione & tamen propria, & distinctam habet naturam, ut in § penultim. instituta de effe. iudic. & in §. quodam instit. de alio. & hoc non obstante, totos contractus dicitur diuisio, & consequenter ex eo nulla iura debentur, ut probat Carol. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 2. n. 74. & §. 1. in fin. Et distractus, qui eo tendit, ut dominium distrahatur, & dare vnicuique suam portionem, & per eam non conferat nouum dominium nec dicitur alienatio, nec noua acquisitio inter coheredes, sed ex quoque prioris acquisitionis, & dominij, & distributio partium portionum in eadem quora ad distrahendam communionem, & semper censetur res haberi iure successio primitiuo, cuius virtute facta est diuisio, ut probat Carol. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 2. §. 1. n. 11. vbi quod hinc dicitur necessaria alienatio, vti ple dicit n. 1. §. 2. quæstio 21. non tamen vis est in hac qualitate necessaria alienatio, quia quantum necessaria locum habent illa iura feudalia, de quibus ibi agit si est nouus acquiritor, sed vis est in hoc, quod per diuisionem sequentem non censetur fieri noua acquisitio respectu domini disticti, & horum iurium a priori acquisitione per successionem & hereditatis additionem, sed censetur exequutio & distributio portionum, secundam naturam prioris acquisitionis & secundum causam illi ab initio implicatam, quo fit, ut res videretur in eodem statu manere, l. vltima, & ibi late Alexand. & Jaf. ff. de ex. naxal. cas. agitur, ideoque diuisio habet formam & naturam distinctam mediorum venditionis & permutationis in ea incidentium, ut patet ex toto iure, in quo pro diuersa ponitur tituli tractatibus & actionibus, diuisionis, venditionis, & permutationis. Ideoque ex diuisione non debetur gabella, quia nihil amplius operatur, quam mediorum consuetudo, quod sic hinc fieret in alio contractu, ex quo deberetur gabella necessitas non facit ad rem, de qua agimus, nempe, ut liberet a solutione gabellæ: & secretum sublatum sufficiat quattuor fundamentum patris aduersæ.

Quintum etiam cessat ex responsionibus ad cetera fundamenta contraria assignatis.

25. Obseruandum tamen etiam in proposito, quod cum quis iure cogitur rem suam iusto pretio vendere, detrimentum gabellæ, ex illo iusto pretio soluenda, sibi relaxari debet, ita vt iusto suo pretio, eoque franco res vendita maneat, vt bene probat Lassate de desmo. vendition. cap. 19. num. 108. qui num. seq. hoc verum intelligit in his rebus, quatum pretium lege aliqua taxatum non sit alias fecerit, veluti in frumento hordeo, & aliis fructibus: cum enim ultra pretium definitum lege vilo pacto res hinc vendi non possit, si prater illi relaxandum esset damnum gabellæ ad se iure expectans, iam ultra taxam reciperet, quod est prohibitum: debet igitur vtrumque contineri intra latitudinem pretij taxati a lege, & ita, inquit, iape in facto conuulsi, & esse practicum.

26. Si nota plane procedunt in venditione quantumque necessaria & coacta: Ceterum vbi

proprie venditio non esset, sed ablatio rei propriæ, veluti cum Rex sibi aliqui auferret vasallo soluto bono cambio, vel alius dominus inferior Rege in terra suavit in casu l. a. instit. 1. partia. 2. in versiculo. Et si per auentur, gabella non debetur: & ita caute illa negotium hoc non appellat emptionem, & venditionem, sed quasi refectionem, & satisfactionem damni illati, & ablatæ rei, non quia necessitas excuset: sed quia efficit eo casu, vt venditio non sit, vt in terminis probat Lassate d. c. 19. n. 107.

S Y M M A R I A.

- 1 Gabella an debeat ex datione insolutorum voluntaria, vel etiam necessaria & numeris sequentibus, resoluatur affirmatiue, num. 4. cum sequentibus in datione in solutum voluntaria in necessitate vero vide num. 9. cum sequentibus.
- 2 Datio in solutum non est propria, & vera venditio, sed ficta, & similitudinaria, sed contra num. 6. & 7.
- 3 Retractus iure sanguinis non habet locum pro re patrimoniali in solutum data, sed contra num. 5.
- 4 Gabella ex iudicialibus venditionibus prius deducenda est, quam satisfiat creditoribus, etiam privilegiatis, & numero 17.
- 5 Datio in solutum pro debito partim vero, & partim falso, est nulla, & num. 19. vbi quod tunc de fructibus, sed vide in numeris sequentibus.
- 6 Datio in solutum reddatur nulla, quando res ita data longe plus valet quam debitum, & numeris sequentibus alia modis ampliatur.
- 7 Gabella debetur ex datione pecuniarum, pro re immobili, quam quis tenebatur alteri dare, vel tradere: & num. seq. vbi distinguitur.
- 8 Liberatio testatoris facta in fauorem alterius de eo omni, quod sibi debet, non comprehendit id, quod rei venditionis ab eo potest emitti.
- 9 Estimatio litæ in actione reali constituit, & est pretium, in actione vero personali, est interesse.
- 10 Gabella non debetur ex remissione actione personalis, quam facit actione pro pecuniis recedendo a lite.
- 11 Regula iuris, qua habet, quod qui actionem habet ad rem ipsam habere videatur, intellectui.
- 12 Alio, & passio non possunt concurrere in eodem subiecto.
- 13 Actio personalis proprie sedi non potest ipsi contra quem cedatur, quamvis in executione cessione transferri possit, si tamen de facto cedatur eidem debitori, nihil aliud operatur, quam liberationem, non vero transmissionem.
- 14 Traditio creditoris instrumenti debiti vni ex ceteris debitoribus solidam, quid operatur?
- 15 Gabella non debetur ex interesse soluto pro genere mutuo dato mora debitoris.
- 16 Gabella an debeat ex da iene insoluitum pro pecuniis prius mutuo datis?
- 17 Gabella an debeat ex promissione decem in mille dari?

Q V Æ S T I O XXIII.

An ex datione in solutum voluntaria, vel etiam necessaria gabella debeat?

DE datione in solutum voluntaria, an ex ea gabella debeat primo agamus: Et de hac gabella non debetur, sicut nostra l. tit. 17. hoc lib. 9. vnde Collect. Regiæ ipsa namque agit, & loquitur de venditionibus propriis, versique idem precipit, venditores teneri soluere gabellam de eo, quod vendiderint, non vero de impropiis, & fictis venditionibus, arguendo, l. 15. hinc verba cum similit. ff. de negot. gest. diximus supra. At tunc datio in solutum non est propria, & vera venditio, sed ficta, & similitudinaria i. pradium, C. de cuiuslibet ibi, non huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet: & in l. elegerit in princip. ff. de dignitat. alio l. in ff. ex quo casu possessor, refert plures Tiraquel. de retract. l. 1. §. 1. glo. 2. n. 1. & 4. tenet Montalan. l. 1. §. 1. verb. Par. vtra heredit. instit. 10. lib. 3. for. Paris. consil. 11. n. 41. & consil. 190. num. 41. Galum. 1. & consil. 82. num. 18. & consil. 102. num. 12. volum. 2. & plures citans consil. 81. num. 31. volum. 2. Roland. Valle consil. 6. num. 6. & consil. 86. num. 1. lib. 1. Be. cius consil. 42. num. 5. & consil. 94. n. 1. & Panierol. consil. 97. n. 3. Laurent. de Pinn. consil. 17. n. 19. Ideoque pro re patrimoniali in solutum data, non habet locum retractus iure sanguinis, alius competens, iuxta opinionem Specul. & aliorum plurimorum auctorum, quos congestimus lib. 1. practica. quæst. 17. n. 1.

Et in terminis, quod ex datione in solutum voluntaria non debeat gabella tenet Ioan. Parladotus. l. 1. ver. quæst. d. c. 3. §. 2. n. 30. & ante eam Montalan. in d. l. 3. verb. Par. vtra heredit. in final. verbis, tit. 10. lib. 3.

Nihilominus tamen contraria opinio in praxi, & sic affirmatiua, quod gabella debeat, & soluenda sit ex datione insolutorum voluntaria procoludibus tenenda est, cum non solum ex huiusmodi datione in solutum intendatur fieri distractus, sed inde quoque voluntate partium fiat re ipsa vera venditio ex incibus supra allegatis, nempe d. l. si pradium, cum similit. C. de eiusd. Alias enim mille fraudibus locus fieret, ac tunc proinde retractus quoque ius locum tenet in datione in solutum, iuxta veram, & receptam sententiam, quam late probat plures allegans Martene, in l. 7. §. 7. num. 2. cum seq. tit. 11. lib. 1. non. collect. Reg. & nos retulimus, & proculdubio probauimus, vbi supra, loquentes tam in datione in solutum voluntaria, quam in necessariis, & probat etiam Carol. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. §. 1. ex n. 46. cum seq. quæst. 10. Ex communi Doctorum sententia, que habet quod si ratio rei insolutorum pro debito pecuniario non tam est similit. venditioni, quam vera, & propria venditio, cum omnia substantialia concurrant, scilicet, consensus, res, & certum pretium, vt notant Barr. & Bald. in d. l. elega. ver. in princip. Et tunc ideo quidquid dicitur de emptione & venditione, habere locum in huiusmodi datione in solutum, notant Cyn. Bald. Salyc. & Paul. de Cast. in l. libera. C. de sentent. & interlo. om. i. iudicium, l. Imol. consil. 8. n. 7. & alij plures, quos ibi ad hoc citat n. 47. & communem profertur Lassate de decem. c. 7. n. 47. vers. vtrum: & respectu laudemij idem probat cum alijs Pegarra in repet. c. item n. super n. 86. fol. 32. & Girol. de gabellis p. in princip. 3. &

latissime plures citans Amodà Ponte in q. l. n. 1. m. 27. per tot. Et in terminis nostræ gabellæ hanc opinionem tenet, & probat Bertachin. in tr. de gabell. 3. membr. 8. par. prin. q. 4. n. 9. vol. tr. diuers. Doll. Decius consil. 344. applaudens rationem in secundo dubio, n. 3. quem tenet: & sequitur Gironda de gabell. 5. par. in princip. n. 41. cum sequitur: & probat latissime Lassate de decem. vnde, 7. n. 1. & n. 3. vers. vtrum, cum n. sequent. t. vbi n. 48. quod hæc sententia, vltra quod pluribus fundamentis fulciri potest, valde approbata est in hoc Regno, ex longa praxi, que habet, ex datione rei in solutum, pro alia re debita duplicem decimam deberi, quasi permutatio sit, & locum habeat in ea dispositio l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. Pro pecuniario vero debito vna decima penditur, quasi ex vera venditione, & quod vix est, vt ab hac opinione queat discedere in iudicando, & consulendo.

Nunc autem videamus de datione insolutorum necessaria que fit auctoritate iudicis, veluti in casu authentice, hoc nisi debeat, cum similit. C. de solut. vel quando creditori adducuntur, & ad iudicantur bona debitoris executioni subiecta, iuxta stylum l. fin. tit. 2. lib. 5. non. coll. Reg. & notata in si finitæ 6. postquam autem ff. de damn. infect. & l. a. dno Pio §. si pignora ff. de re iudic. Et non debet gabellam in premissa specie probat, & tenet Bertachin. vbi supra. n. 10. & Parladot. etiam vbi supra. n. 29. & constat ex additis per Tiraq. de retract. l. 1. §. 1. glo. 1. 4. n. 2. & sequens, & per Amod. de Ponte d. q. 17. & tenet Lassate de decem. vendit. d. c. 7. n. 1. vbi n. 14. inquit, hinc se intelligere etiam fuisse communem praxim, que habet, vt ex adjudicatione rei executioni subiectæ in fauorem creditoris facta iuxta text. in d. §. pignora, decima non exigatur: & ita censet tenendam, tametsi Gironda de gabell. 5. par. 1. princip. sub num. 49. contrarium in hoc probet hinc temporibus, iure Regio attendit, & ante eum iure communi respectu laudemij cum alijs probat Tiraquel. vbi supra. num. 14. nempe, gape, gabellam debet in premissa specie, quod in adjudicatione facta creditori per iudicem executionis, venditione iudiciali non facta, minime procedit, quia non est venditio, sed ad iudicium pro debito: sed tantum, quando in publica subhastatione, virtute sententiæ de remate, plus offerenti, vel licitanti venditur, vt infra statim dicemus.

Secus vero erit, si in publica subhastatione alteri extraneo, aut etiam ipsi creditori placis licitanti, res illa executioni subiecta venderetur, tunc pura, & vera venditio contrahitur, ac proinde ex ea iudiciali venditione gabella debetur. Quod tunc enim fit a iudice in hac specie censetur fieri ab ipso debitore, qui primo debitum specie contraxit, ideoque tunc que de emptione tenetur, ac si ipse fecisset, l. si ob causam, vbi Barto. ac alij de em. l. 1. §. si pignora, C. de em. l. 1. & probat late, plures citans Tiraquel. vbi supra. num. 13. & respectu laudemij, Amod. vbi supra, & in terminis gabellæ, ita tenet Carol. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 2. n. 1. & ad fin. & Parladot. d. d. cap. 3. §. 2. n. 9. Gironda vbi supra. sub n. 49. cum sequitur, Amondan. late resp. n. 13. n. 4. C. in vers. sed quando virtute contractus, & Lassate de decem. sub n. 4. vbi quod hæc distinctio communi prædicta recepta est, & eam iure communi probat numeris sequentibus, & iure quoque Regio, nempe l. 9. tit. 1. lib. 5. non. cadet. Reg. que erat l. 70. Tit. 9. vbi fit mentio gabellæ, ex huiusmodi iudiciali venditione soluentur, & l. 13. tit. 1. hoc lib. 9. per locum ab speciali,

quantitas de rebus venditis ratione Bullæ Cruciatae præcipit, gabellam non debent: & num. 36. assignationem diffinitam in proposito, nec ex adjudicatione bonorum creditum facta, gabella non debetur, cum tamen ipsa debeatur ex sublimitatione publica, & in terminis *si per adium, C. de evulsion. cum similibus*, & *supradictam opinionem*, tenet etiam Molina Theologus de iustitia, & iur. 2. *anno 1571. in resolutione 566. colum. 2045. in versicul. illud vero, in n.*

12 tamen debetur statim decima, sique dum capitur possessio bonorum, secundum Azaved. in l. 1. num. 133. tit. 17. hoc lib. 9.

Limitatur primo hæc sententia, ut non procedat, quando debitor, in quem facta est executio, solvit debitum intra tres dies, postquam subhactio facta est rerum mobilium, & intra novem dies rerum immobilium, qui termini iuxta consuetudinem huius Regni dantur huiusmodi debitori ad laudam res suas sic per executionem subhactas, & remanens, & vulgo dicitur, de qua longa consuetudine restantur nostrates, quos reculis, & sequitur sui lib. 1. Practicæ quæstion. 161. num. 1. & aliquos postea retulit, & sequitur Lassar. *dist. cap. 7. num. 17.* Hæc namque in specie hoc est si debitor solvat debitum iuxta quemlibet doctorum terminorum, respectu gabellationum debetur, ut

14 recte probant Lassar, ubi supra, dum tamen secundum ipsum ibi non. 38. non idem dicatur in casibus, in quibus extra præd. tempora superiores iudices decreverunt, solum debitorum per debitorem, restituenda esse sua bona subhacta ac vendita, quia cum illud fiat ex gratia potius quam ex iure, ut bene notat Couar. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 1. præiudicari non debet gabellario, cui insperantur esse legitimum tempore transactionis: utramque sequitur Azaved. in d. l. tit. 17. num. 133. & 134. hoc lib. 9.

15 Quod verum intelligi, nisi executio pro nulla iudicetur, & omnia inde sequuta pro talibus reuocentur & annullentur, & bona per executionem capta libere absque iuribus executionis imbecantur reo restitui cum fructibus, tunc namque cum ex iure, & iustitia exigente hoc fiat ex præd. executione & venditione in dicitur nulla à principio, & pro tali declarata, nulla decima debetur, iuxta resoluta supra quæstion. 9. num. 12. & gabella exacta prius repeti potest à gabellano.

Quod si bona per superiores iubeantur restitui debitori, solum debitor in qua licentiam propter lesionem ultra dimittam iusti pretij probatam, vel propter impetram iuxta communem Castellæ stylum & praxim, ut per Mancos in l. 2. nu. 31. C. de rescind. vend. & nos lib. 1. Practicæ quæstion. 161. num. 3. rescripta venditione ex reuocata gabella debetur, ut resolutum supra quæstion. 12. num. 3. & in terminis tenet Lassar. d. num. 5. ad fin. & iuxta præd. resolutionem intelligendum est Molin. Theolog. ubi supra, *supra*, 2045. *versicul. illud vero*, ubi tamen, & dicens reuocatur, quod si iuxta præscriptum legis res habeatur pro impetra, reddendaque debitori sit in euentu, quod debitor intra certum tempus debitum soluat, non debetur tributum illud gabellæ, sed à gabellario est tollendum, si id iam recepit, nempe, ut in hæc sermone distinctionem supra traditam ex Molinæ & alius, & notram sublimitationem, de qua supra ibi, & quod verum intelligi.

16 Obiervandum est præterea in proposito, nempe in huiusmodi iudicialibus venditionibus, in quibus locum forte gabellæ dictum est, prius deducendam esse gabellæ quantitatem, & ex reliqua pecunia satisfaciendam esse creditoribus pro qua parte

sufficit: nam partitionis quantitas computatur, deducto eo quod explendatur venditionem causam in proxiorens, preconiis & gabellis impenditur, quæ sunt, & ibi *xi. ff. de Doctores. ff. ad l. Falcid. & l. quod privilegium versis, plene ff. de pign. alio modo erit in decima executionis propter text. expellam in l. 7. tit. 21. lib. 4. Nonæ Collectionis Regiæ, ut vtrumque, & hoc vltimum contra Anvendans c. 17. præter n. 10. lib. 1. probat, & tenet Azaved. in l. 1. n. 133. tit. 17. hoc lib. 9. Lassar. d. c. 7. m. 9. & Molin. Theol. g. ubi supra, de colum. 2045. *versic. pulchram vero*, hocque de gabella verum esse intelligit, & probat Lassar, ubi supra, etiam quantomconque privilegium & hypothecatum sit debitum illud, pro cuius solutione est facta executio, quia adhuc prius est soluenda gabella gabellario, quam priori creditoribus si liceat satisfat ex principali debito.*

Secundo limitatur præfata principalis sententia ut procedat, & intelligatur in datione in solum facta iusto pretio, & pro vero debito in totum: Nam si pro debito partim vero, & partim falso res in solum data sit, nulla erit hæc datio in solum, ac proinde hæc contractus non obtinebit vicem venditionis, l. si non forem. §. si centum. ff. de cond. ind. ubi notat hoc sunt verba: *si centum debens, quasi decem debentur fundum duceretur, solus competere repetitionem* Matellus lib. 20. *Digestorum* scribit *et centum manere stipulationem: licet cum placuit rem pro pecunia solutam parere liberationem, tamen si ex falsa debiti quantitate maioris pretij res soluta est, non fit consilio partis rei cum pecunia, ut non enim iuribus compellitur ad communionem*. Constat igitur ex hoc text. dationem in solum pro maiori pretio factam, quam recura deberetur, in totum nullam fuisse, & ita ibi tradunt in terminis per illum text. Bar. n. 6. dicens, multum tendendum menti pro dationibus in solum, que sunt tota dies per iudicem, quod si in aliquo minimo reperitur in plus facta, vitatur in totum, & sic fructus interum percepti debent restitui, vel computari in sortem ad eam extendendam, Paul. Call. ibi. n. 1. & Alex. n. 2. ubi, quod sequuntur committit DD. Ial. & Dec. in *l. cum amplius ff. de reg. iur.* Baldus in *l. certi conditio col. 4. versic. secundo si inde* num. ff. si cert. per. Roman. consil. 154. sub n. 1. idem Dec. consil. 57. sub n. 5. ad finem alibi ab ipso citatis, qui dicunt, totam dationem in solum vitari, si apparuerit minus deberi, etiam vno auro, quam esset verum creditum. Et ratio est, quia si pars tantum reuocaretur, & sequeretur prædicta manere communia inter contrahentes, ipsis huius, quod esse non debet, sequuntur etiam Pancel. consil. 142. n. 6. & Laut. de Pinu. consil. 95. n. 12. & consilio 69. num. 1. Ergo si in hac specie datio in solum in totum vitatur, & est nulla, non debetur gabella.

Quod si sequamur opinionem tenentium, huiusmodi dationem in solum vitari tantum pro parte, pro qua non est verum, nec iustum pretium, & pro alia parte valere, idem erit adhuc dicendum respectu gabellæ, vel pro parte, quæ valet datio in solum, debetur gabella, pro parte vero, pro qua non valet, non debetur gabella: hæc autem distinctionem, nempe, ut datio in solum iudicialis facta per iudicem ex officio ultra veram crediti quantitatem, quod saltem pro non concurrenti quantitate reuocetur, & fructus percepti huius partis in sortem impotentur, tenet Bapt. Martian. consil. 89. num. 21. citans Bald. in d. *certi conditio §. quantum col. ff. si cert. per. ad hoc*, quod missio in possessionem facta per idem de credito

credito pro parte vero, & pro parte falso, in totum vitatur, vel saltem secundum aliam opinionem reuocetur, & magis communem in d. §. si centum, annullatur tantum pro parte excessiua, ut alibi etiam voluit Bald. in *l. cum apud, colum. 2. n. 7. Cod. de bon. auth. iud. possid. cum aliis concordant, allegatis per Cesar. Donum Montilianens. in suo verberum consilio circa processum, n. 36. cum pluribus sequentibus. Hæc Bapt. Martian. ubi supra. Eandem sententiam etiam sequitur decif. Rotæ Genuens. 13. n. 36. dicens, quod licet adjudicatio facta per iudicem plus debito in totum vitetur, seorsum etiam in datione in solum facta à parte, quia hæc valet etiam, quod res in solum data plus valeat (vel quæ erratum fuisset in estimatione) ex quo debitor tantum æstimat videtur rem suam, ut inquit Paul. Castren. in d. §. si centum, quem refert & sequitur ibi Alexand. n. 3. idem Castren. in l. a diu Pio §. si pignora. ff. de re iudic. & ibi Ial. colum. 2. versic. 2. Addit Rota Genuens. ibi, quod valet etiam datio in solum, nullo constituto pretio de tota metretis olei pro parte debiti, & sic pro dimidia, iuxta *l. in rem sistorum §. portiones. ff. de verb. significat. sic valet, quando simpliciter facta est, quia intelligitur pro toto debito secundum communem, teste Alexand. in d. §. si pignora, n. 24. tamen si Philip. Dec. d. consil. 57. n. 5. tenet dationem in solum ad arbitrio factam laudem pro pluribus summis debitis ei, cui adjudicatio facta fuit, his debitis non expressis, esse nullam, tanquam ex arbitrio, & sine causa cognitione factam. Quid tenendum circa hanc diversitatem opinionum?**

11 Et profecto in puncto iuris verior videtur prima opinio in terminis supra positæ per text. in d. §. si centum, qui euitat commode non potest: imo coniungendo eam cum decif. Bartol. & Doctorum, habet locum, sine datio in solum fiat à parte, siue à iudice, nempe, ut in totum vitetur, si in aliquo minimo non sit debitum, secundum Ial. & ibi, n. 1. Concordat tamen hæc opinio, Bald. in cap. quoniam frequenter, §. si autem in 1. colum. n. 2. ut licet non consistat, quod text. in d. §. si centum, & notabile Doctorum ibidem hoc est præfata communis opinio procedat, quando erratum est in summa debiti principalis, quod erat de centum, & credebatur esse decem. Si autem totum debitum esset verum, sed erraretur in estimatione rei, quæ traditur in solum, tunc valeat pro rata concurrentis debiti, & reliquum repetitur, & in hac specie procedat secunda opinio Paul. de Call. ubi supra, licet adhuc ratio assignata in d. §. si centum, quam supra retulimus, facit refragetur in vtroque casu.

12 Nihilominus tamen in praxi pro resolutione huius articuli, ita distinguendum est, ut prima opinio procedat quando datio in solum fit à iudice pro debito partim vero, & partim falso, tunc enim nulla est in totum: secus vero erit, quando datio in solum fit à parte, & non fuit erratum in summa debiti: tunc enim valet datio hæc, & quod res data in solum valeat plus, ex quo debitor videtur tantum æstimat rem suam, & ideo non debet rescindi, ut tenet Paul. de Call. in d. §. si pignora, & ibi Alexand. num. 26. Bartol. & Ial. in d. *versic. secundo supra citati*, quos sequitur Paul. Paris. consil. 81. num. 36. 17. & 18. volum. 1. Et sic quomvis debitor sit deceptor in hoc casu, debetur gabella, sed incepti speciei huius distinctionis, cum in totum datio in solum vitetur, ipsa non debetur, &

præterea, quia quando bona addicuntur à iudice creditori pro suo debito, etiam gabella non debetur, ut supra resoluimus, n. 9.

Similiter, & datio in solum reddere nulla, quando resita data, longe plus valet, quam sit summa, & quantitas pro qua in solum data fuit, secundum Paris. d. consil. 81. num. 24. volum. 1. præmaxime si pretium d. rei excedit medietatem eius quantitatis, pro qua fuit in solum data, ut ibidem, num. 25. & præcipue si datio in solum fuit facta simpliciter, & non limitato, nec limitato pretio certo, ut ibidem, num. 26. quo casu saluatur, & procedit opinio Decij d. consil. 587. numero quinto, supra relata. Idem si si possessio fuit assignata loco pignoris, & hypothecæ, & non in solum data, ut per Paris. ubi supra, num. 26. Quinimo, in datione in solum ex coniecturis iudicatur, an sit pignus, vel venditio ut inquit Socin. consil. 93. colum. 3. & 4. volum. 1. quem refert, & sequitur Paul. Paris. consil. 54. num. 8. volum. 1. præ addens, quod etiam datio in solum iudicatur feneratoria, & simulata ex coniecturis, potissime quando concurrunt illa tria, pactum de reuocando, pretium iniustum, & quod contrahens huiusmodi solutus sit feneratori. In his ergo casibus cum datio in solum non sit venditio, vel iudicatur feneratoria & simulata, ex ea non debetur gabella.

Sed quid erit dicendum, quando quis tenetur ad dandum, & tradendum alteri rem aliquam immobilis, & loco eius daret pecuniam, ut a præd. obligatione rem dandi liberetur an tunc debetur gabella?

Et videtur non deberi, quia hic potius agitur distractus ex quo non debetur gabella, quam contractus igitur, &c.

Nihilominus tamen in hac specie distinguendum esse censet in actione reali, & personali cella, & sic constituo duos casus.

Primus est in actione reali cella, nempe, ut si quidem rem, quam ego possideo, rei vendicatione à me petatur, & sic actione reali, & pecuniis à me traditis mihi cedunt eadem rei, & fit titulus eius, vel si non res ipsa, saltem actio realis, & si alteri competens mihi creditur tunc quidem erit idem, quod venditio, ac proinde gabella debetur, quia cedens recipit à me pretium respectu domini eundem rei cellæ, vel iuris ipsius cedentis, l. eius rei 47. de rei vendic. eius rei (inquit Paulus Iur. consultus) qua per in rem actionem petita tamen assignata est, quantum in litem actor curauerit, dominium illatum ad possessorem peritior, transisse enim suum est, & dist. disse videtur eo pretio, quod ipse constituit: Neque obstat, quod de transactione non debetur gabella, sed tantum de venditione & permutatione, iuxta l. huius Regni, quia respondemus, quod quando ex transactione fit cessio rei petite per rei vendicationem, vel cedunt ipsa actio realis, aut ius reale in rem competens, tunc virtualiter adest ibi emptio & venditio, ac proinde ex ea debetur gabella, ut infra latius probauimus, & dicemus in questione, de transactione. Sicque cessat ratio in contrarium supra adducta, nempe, quod in questione præmissa potius fiat distractus quam contractus: si enim vtrumque, nec solum agitur de liberatione rei) conuenit à lite mota, sed etiam de cessioe ipsius, vel iuris realis aditus pretio conuenta. Præterea ille à quo aliquid petitur actione reali, non dicitur debitor, sed rei petite possessor, ut per Angel. Accin. in §. 1.

13 Et proinde in actione reali cella, & personali cella, & sic constituo duos casus.

Primus est in actione reali cella, nempe, ut si quidem rem, quam ego possideo, rei vendicatione à me petatur, & sic actione reali, & pecuniis à me traditis mihi cedunt eadem rei, & fit titulus eius, vel si non res ipsa, saltem actio realis, & si alteri competens mihi creditur tunc quidem erit idem, quod venditio, ac proinde gabella debetur, quia cedens recipit à me pretium respectu domini eundem rei cellæ, vel iuris ipsius cedentis, l. eius rei 47. de rei vendic. eius rei (inquit Paulus Iur. consultus) qua per in rem actionem petita tamen assignata est, quantum in litem actor curauerit, dominium illatum ad possessorem peritior, transisse enim suum est, & dist. disse videtur eo pretio, quod ipse constituit: Neque obstat, quod de transactione non debetur gabella, sed tantum de venditione & permutatione, iuxta l. huius Regni, quia respondemus, quod quando ex transactione fit cessio rei petite per rei vendicationem, vel cedunt ipsa actio realis, aut ius reale in rem competens, tunc virtualiter adest ibi emptio & venditio, ac proinde ex ea debetur gabella, ut infra latius probauimus, & dicemus in questione, de transactione. Sicque cessat ratio in contrarium supra adducta, nempe, quod in questione præmissa potius fiat distractus quam contractus: si enim vtrumque, nec solum agitur de liberatione rei) conuenit à lite mota, sed etiam de cessioe ipsius, vel iuris realis aditus pretio conuenta. Præterea ille à quo aliquid petitur actione reali, non dicitur debitor, sed rei petite possessor, ut per Angel. Accin. in §. 1.

14 Et proinde in actione reali cella, & personali cella, & sic constituo duos casus.

Primus est in actione reali cella, nempe, ut si quidem rem, quam ego possideo, rei vendicatione à me petatur, & sic actione reali, & pecuniis à me traditis mihi cedunt eadem rei, & fit titulus eius, vel si non res ipsa, saltem actio realis, & si alteri competens mihi creditur tunc quidem erit idem, quod venditio, ac proinde gabella debetur, quia cedens recipit à me pretium respectu domini eundem rei cellæ, vel iuris ipsius cedentis, l. eius rei 47. de rei vendic. eius rei (inquit Paulus Iur. consultus) qua per in rem actionem petita tamen assignata est, quantum in litem actor curauerit, dominium illatum ad possessorem peritior, transisse enim suum est, & dist. disse videtur eo pretio, quod ipse constituit: Neque obstat, quod de transactione non debetur gabella, sed tantum de venditione & permutatione, iuxta l. huius Regni, quia respondemus, quod quando ex transactione fit cessio rei petite per rei vendicationem, vel cedunt ipsa actio realis, aut ius reale in rem competens, tunc virtualiter adest ibi emptio & venditio, ac proinde ex ea debetur gabella, ut infra latius probauimus, & dicemus in questione, de transactione. Sicque cessat ratio in contrarium supra adducta, nempe, quod in questione præmissa potius fiat distractus quam contractus: si enim vtrumque, nec solum agitur de liberatione rei) conuenit à lite mota, sed etiam de cessioe ipsius, vel iuris realis aditus pretio conuenta. Præterea ille à quo aliquid petitur actione reali, non dicitur debitor, sed rei petite possessor, ut per Angel. Accin. in §. 1.

num. 11. Et in fine de alium. Et Cyprianus in l. reditoris opposi ff. de verbis. significatio. Alexan. fol. 1. num. 30. ff. si cert. per. Unde et est, ut liberatio a restitutor facta in fauorem alterius de omnino eo, quod sibi debet, non comprehenditur, nec includit illud quod ille debitor possidet, & ab eo potest rei venditari, quia hic talis dici non potest proprie debitor: sed detentor & possessor. l. Auel. §. Menia ff. de liberat. legal. Officius, ff. de legat. 3.

31 Cui accedit, quod æstimatio litis in actione reali constituit, & est pretium: in actione vero personalis est interesse, ut inquit Bald in litem si fundi, quest. 5. colum. 1. ff. de usufruct.

32 Ceterum si actor actione reali nihil cessit, nec titulum possessionis præbuit, aut loco sui posuit, sed solum a lite decellit, obliganturque se ad non petendum: est tantum simplex transactio, ex qua non debetur gabella, vt dicemus late infra in questione de transactioe.

Secundus casus principalis est in actione personali, nempe quando possessor rei est dominus ipsius rei non vero actor, qui tantum eam petit a possessore actione: personali, & vt possessore, qui forte actione prædict. personali, tenebatur actori eam rem tradere, seu dare, & vt ab ea licet, & actione personali liberaretur, transactioe inita inter partes actori dedit pecuniam: & in hac specie gabellam non debet: constat, quia non est datio in solutum: in ea namque rem datus, & ipsius rei dominus, vel: vt talis eam tradit, & non domino tradit, & memm transferit dominium, vel vltimipendi conditionem: & præterea datus rem in solutum tenetur de conditione, atque pretium recipit pro eadem rei, hoc est, quod ipse debebat, vel liberationem eius, non vero interesse, nihil itaque in datione in solutum ad venditionem desideratur de substantialibus, aut naturalibus ipsius contractus: At nostro casu actor nihil facit ex supra dictis, quinimo licet antea res fuerit mea, si eam in alium transiit, amplius non dicitur mea, quamuis postea ille mihi eam debeat actione personali; Quinim Mutus, §. argente, & ibi glossa, & l. scribit in principio, ff. de auro, & argente. leg. de ideo non possum eam habenti dare, nec tradere, nec transierit dominium, quod non habeo, nec causam præscribendi eidem concedere, quia ipsemet debitor eam possidet, dominusque eius est: hic itaque contractus non mutat dominium rei, quia dominus remanet cum ea, nec valet, vt venditio, quia rei proprie emptio non consistit, l. si debitor rei. ff. de contrad. vend. empti. l. debitor. ff. de pignor. actioe. Unde ex eo contractu creditor ad emptionem non obligatur, sed tantum, quod actio personalis vera sit ad hoc, vt datum pro ea, indebitum non dicatur, ac promide repeti non possit conditione iadebit: Datur igitur pecunia ratione actionis personalis, quam actor ad rem habet: Creditor ergo nihil dat ex sua parte, sed facit, hoc est, præstat liberationem, & dissolutionem, & dissolutionem actionis personalis, quam habebat, quia liberatio est factum, non vero datio, vt in §. sed, & tale instituta, de legat. qui enim liberat, remittit non vero dat, l. Julianus la parua. ff. de consis. & demonstrat.

33 Nec supra dictis obstat regula iuris, que habet, quod qui habet actionem ad rem, ipsam habere videtur: hoc enim improprie procedit, & per fictionem ad alios effectus: Vere namque multo minus est habere actionem ad rem, quam rem

34 ipsam, dominus ff. de regul. iur. nimirum que æstimatur actio, quam res ipsa, vt per Doctores, in l. per dicitur, C. mandari. late per Traquenell. de retrah. conuent. §. 2. gloss. vnic. num. 8. At in materia gabellarum, de qua agimus, quia est stricta, & odiosa proprietatis, contractus venditionis attendendus est, vt supra iam diximus: Ergo ex liberatione actionis personalis ad rem gabella non debetur: Et quamuis prædict. liberatio, & extinctio actionis personalis facta debitori, improprie dicitur aliquando cessio non enim est actio, & passio possunt concurrere in eodem subiecto, vt notatur in l. si vxor tua, C. de bon. auth. iud. possid. Carol. Molino in consuetud. Paris. tit. l. §. 13. sub numero 16. ac 17. proinde actio personalis proprie eedi non possit ipsi, contra quem datur, quamuis in extraneam cessione transferri possent: tamen si de facto cedatur debitori, contra quem competere debet, nihil aliud operatur quam liberationem non vero transmissioem, secundum Bald. in l. 1. quæstio. 1. 1. num. 22. C. de alior. & obligat. per tex. in l. si sponalibus in fin. ff. de her. dot. & ibi gloss. quia debitor in se ipsum non habet actionem: Hinc est, vt traditio creditoris instrumenti debiti vni ex correctis debenti in solutum facta, operetur contra alterum eorum cessioem, & respectu illius, cui fit traditio liberatione, secundum Alexan. in l. labeo, num. 10. post Bartol. lib. num. 5. ff. de pact. & iuxta supra dict. distinctionem debet intelligi, quod simpliciter, & indistincte dixit Parlat. vt in quod. libro primo. cap. 3. §. 2. num. 1. nempe ex litis æstimatione, sicut nec ex transactioe veltigal non debet.

35 Similiter obseruandum erit, quod si genere mutuo dato, non illud, sed æstimatio reddatur propter mortam debitoris, iuxta materiam l. vnum. ff. si cert. per. & l. s. rario. 1. par. 5. ff. de pact. & iuxta specie gabella, quia ea æstimatio non ex mutuo consenti debitoris & creditoris, sed ex natura contractus mutui proficiscitur, & soluitur: nisi si an aliqua occultande venditionis eo mutui colore, ex aliquibus coniecturis detegatur, quia tunc id, quod vere adum erit celebrabitur ex 11. iudolo 17. hoc libro vno. & in terminis probat Lassat. de decim. vendic. cap. 1. n. 16.

36 Illud autem dubitari contingit in proposito an ex datione in solutum pro pecunia prius mutuo receptis debeat gabella: Ratio dubitandi est, ex doctrina Bartol. in l. 1. in principio, numero 3. ff. si cert. per. que habet: quod si ab initio mutuatui pecuniam, & postea pro illa pecunia soluat mihi species quadam de mea voluntate, nihilominus fuisse mutuum, sequitur, alios allegans, Purpurat. ibi num. 18. Sed ex contractu mutui non debetur gabella, sed tantum ex contractu venditionis, & permutationis, vt in l. 1. & 2. in l. 17. hoc lib. 9. Ergo, &c.

37 Nihilominus tamen in specie præmissa contractum probat ex supra resolutis in hac questione in datione in solutum voluntaria, vbi quo modo hoc sit intelligendum declarauimus. Neque obstat doctrina Bart. supra in contrarium adducta, quia fatetur, eam veram esse: sed procedere respectu prioris contractus mutui, cuius natura non mutatur per dationem in solutum subsequentem & sic per distrahendum. Et ita debemus dicere, quod iuxta doctrinam Bart. sit mutuum, inspecto tempore præterito: quicunque namque actus superueniens non potest facere, quod mutuum non dicitur, quod semel constatum est, l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possessio. sed post solutionem mutui,

mutui, obligatio finitur vt in princip. in fine, quibus mod. tollitur obligatio, & ideo cum iudicio Bartol. inquit, mutuum fuisse, ita declarat eius conclusionem Purpurat. vbi supra sed quamuis prior contractus non alteretur, non ideo tamen definit nasci atque omni ex prædict. datione in solutum nouus contractus, quando solutio sit in alia re, quam debita, quia nec solui debetur, nec recipi in illa specie, abque noua partium conventionem, tunc enim hæc solutio non est simplex distractus, sed ex ea nouus contractus celebratur, vt tenet Bald. in l. 3. §. contrarium. ff. de contror. iudic. tutel. qui nouus contractus vicem venditionis obtinet vt in l. si prædium, C. de collation. cum similit. ex qua iuste gabella debetur vt supra probauimus.

40 Sed quid erit dicendum de promissione decem in melle dati, vt in specie, l. si quis ita stipulatus 5. ff. de sint. si semel soluat ante quam decem petita fuerint, an in hac specie aliud pro alio solutum sit, ac promide decima debeat: agit latissime Lassat. de decim. vend. cap. 7. num. 3. cum pluribus sequentibus, & distinguit duos casus.

Primus est quando hæc stipulatio interposita est, nouande alterius obligationis causa, veluti, si cum mihi deberes decem in pecunia, sic stipulatus sum a te nouandi animo, vt pro ea pecunia decem eadus mellis mihi dares, & tunc gabella non debetur, sequitur Molin. Theolog. in 2. tome, de iustitia & iure distributiuo 59. colum. 1998.

Secundus casus est, quando stipulatio prædict. ex causa donationis, & sic liberata contrahitur, nec ab alia præmisa obligatione pendet: in quo late philosophatur Lassat. plures casus distinguens circa intellectum d. l. si quis ita stipulatus, & tandem circa quæstionem gabellæ an debeat in hoc secundo casu, consule nimis procedit præter morem, nec aperit quæstionem: Ergo vero censet, in hoc secundo casu gabellam quoque non deberi, cum ex donatione ipsa non debeat & soluitur, quod promissum fuit à principio.

SVM M A R I A.

1 Gabella an debeat ex constituto quando me constitui debitorem ad solvendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum, quam ei debebat Ioannes, & numeris sequentibus.

2 Gabella non debetur in præmissa specie, quando prædict. constitutum fuit factum contra voluntatem & prohibitionem debitoris, vel alias, quando non competit constituti alio, vel recusus ad repetendum a debitore, quod pro ipso soluitur.

3 Gabella an debeat in præmissa specie, quando soluitur est habitum, regressum contra debitorem.

QVÆSTIO XXIV.

An ex constituto debeat gabella.

Q Vero: Ergo me constitui debitorem ad solvendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum quam ei debebat Ioannes, an debeat gabella ex hoc constituto, & solutione eius vitare facta? Licet enim respectu meæ obligationis, & solutionis non relinquitur illa datio in so-

lutum, quia eandem rem à me promissam solui, ac non aliam, atque ideo videtur gabellam non deberi: nihilominus respectu pecuniarum à Ioanne Petro debiturum adest datio in solutum, quia loco pecuniarum soluitur frumentum, ex quo venditio contrahi videtur.

Quare pro decisione huius quæstionis distinguendos esse censet duos casus. Primus est, quando ego me constitui debitorem pro Ioanne contra ipsius voluntatem & prohibitionem, vel alias, ita, vt mihi non competat actio, vel recusus contra ipsum ad exigendum ab eo, quod soluerim, vt in casu l. si pro te ssumat. & in l. final. C. de negot. gest. & tunc nulla gabella debetur, quia Ioannes primus debitor noluit celebrari hoc constitutum solvendi fructum, & ita non fuit venditor, nec etiam constitutus aliquid vendit, nec vllum pretium triciu recipit, sed potius Ioannem gratioso liberare à sua obligatione, & sic eadem donare, quam titulum suum vendit.

Secundus casus est, quando ego me constitui debitorem pro Ioanne in prædict. specie, habiturus sum regressum contra ipsum, quia non a fuit eius contradictio, vel si contradidit, lero id fecit, nempe, post constitutum, & non ante: ita quod nihil operata sit huiusmodi contradictio, vt in l. vnum ff. de consis. pecun. & in hac specie habeo vnum ex duobus remediis contra Ioannem, vel actione mandati, si coram eo, vel eius mandato, vel negociorum gestorum, si eo inficio & ignorante me constitui debitorem pro eo, & solui iuxta dist. l. vtrum: quo fit, vt in priori specie, nempe cum competit mihi actio mandati aduersus Ioannem, debeat gabella, & sic solvenda ab noiet Ioanne, non vero à me, quia ipse huiusmodi dationem in solutum facere videtur: non vero ego, cum tantum ipsius procurator, fideiussor, vel mandatarus, eius nomine, scientia, & concientia, id fecerit, l. ex mandato: ssumat. & l. qui partur, ff. eadem titulo, & l. si fideiussor, Cod. eodem titulo, & ideo competit mihi actio contra ipsum ad aliud triticum recuperandum, potius quam pecuniam.

In altera vero specie, quando ex venditione frumenti, mihi non competit actio mandati, sed negociorum gestorum, quia in absentia Ioannis, & abique eius scientia, & consensu me pro debore constitui Petro ad solvendum pro pecunia ei à Ioanne debitis, vt in dist. l. vtrum, ff. de consis. pecun. & tunc si Ioannes ratum habuit constitutum, & solurio, vt præmittitur, fuit facta in frumento, ipse Ioannes debet gabellam, quia satisfactio extortatur, & mandato comparatur, vt in regula iuris: quod si Ioannes constitutum, vel solutionem non ratificauit, gabella debetur, & ego eam solvam, non vero Ioannes, nec ipse tenebitur mihi solvere triticum, sed pecuniam à se principio debitas, quia illud solvere non mandauit, nec constituto pro se facto consensit, nec illud postea ratum habuit, vnde ego à Ioanne id consequar actione negociorum gestorum, quod in sui utilitatem feci, id est solutionem pecuniarum in pecuniis, non vero, quod ipius utilitati non cessit, nempe dare frumentum in solutum cum nouo onere solvendi gabellam abique eius mandato.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex æstimatione, qua fecit emptionem? & numeris sequentibus præcipue. nu. 8. cum sequentibus.
- 2 Æstimatio iure facta in dubio facit emptionem: & num. 13. limitatur numeris sequentibus.
- 3 Æstimatio habetur pro pecunia numerata.
- 4 Permutatio rei æstimata facit emptionem.
- 7 Maritus soluto matrimonio, vel eius heres habet electionem reddendi suadum in dotem datum æstimatam, quæ æstimatione, quæ emptionem facit, vel præd. æstimationem, quod valuerit, sed contra, num. 24.
- 10 Æstimatio rerum dotalium, quando faciat emptionem, & numeris sequentibus.
- 13 L. 16. si in l. 1. par. 2. intellectus, quæ non permittit læsionem in intra dimidiam in æstimatione dotalium.
- 14 Æstimatio non facit emptionem, quando res æstimata sic datur, ut non æstimatur, sed res ipsa reddi debet, ut in exemplo hic posito.
- 15 Æstimatio non facit emptionem, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio, quod venditori repugnat.
- 16 Gabella non debetur, quando res æstimata vendenda traditur, sed de venditione ipsa respectu pretij quo venierit, ut in n. 17.
- 18 Gabella an debeatur in specie, l. si pro mutua, C. si cor. pec. cum similib. & n. 19.
- 20 Laudemium an debeatur ex emphyteusi æstimata datur in dotem: & numeris seqq. præcipue num. 26.
- 21 L. quæritur, C. de iur. dot. intellectus, & n. 22.
- 23 Æstimatio iure facta in dotibus hæc facit emptionem, non expectat, utrum maritus eligat restituere soluto matrimonio.
- 24 L. an rebus C. de iur. dot. intellectus.

QVÆSTIO XXV.

An respectu gabellæ æstimatio faciat emptionem?

Quæto etiam in hac materia: An æstimatio faciat emptionem, ita ut ex ea debeatur gabellæ? debet videtur: quia Æstimatio iure facta in dubio facit emptionem, l. ex conventionem, C. de pact. l. quoties. C. de iur. dot. l. 1. §. 1. par. 4. l. §. æstimatur, & §. æstimatur, C. de rei vxo. ad. §. 1. & ibi Bartol. ff. locat. & l. peremptio, §. si ante ff. de iur. dot. ubi dicitur, quod est vera traditio, Titiaquell. plures referens de retrah. l. i. §. 1. gloff. 14. num. 20. cum sequentibus, est communis secundum D. Couarr. in Pract. Quæst. cap. 28. num. 1. & per totum cap. agit late de hac materia, & nos post ipsam consil. 17. n. 19. cum pluribus sequentibus, Lassar de decem. vendit. c. 11. n. 1.

3 Æstimatio enim habetur pro pecunia numerata, ut in l. si pro mutua, verb. æstimatur, C. si cor. pec. Greg. Lopez in l. 1. in verb. Tal. vultra c. 5. n. 6. par. 5.

4 Quæ adeo procedunt, ut etiam permutatio rei æstimata faciat emptionem, ut tradunt DD. in l. 1. per gloff. ibi, verb. taxata, C. de rerum perm. & in terminis statuti præcipientis, ut de contractu emptionis solvatur gabella, hoc probat, & tenet Paul. de Caltrensiu l. 1. num. 10. ff. de rerum perm.

ubi loquitur, quando permuto rem meam cum alia, quam tu expolueras vitale pro certo pretio, & tibi tradidi rem meam æstimatam: tunc namque effectus contractus emptionis, nam video emitte rem tuam pro decem, & pro illis decem dedisti rem meam in solutum, & Paulum sequitur Decius consil. 160. in causa monasterij, colum. 1. n. 1. Ludovic. Bologn. consil. 21. Stat. Statutum, & iterum consil. 27. in amplissimo, ubi id dicit singulariter, & utrobique addit statutum loquens de retractu rei vendite habere locum in tali contractu, sequitur & probat alios referens, Titiaquell. ubi supra, num. 19. & 22. Arias Pinel. in vrbic. de rescind. vendi. 2. par. cap. 3. num. 23. tametsi in hac eadem specie contrarium vult Carol. Molin. in consue. Parisien. tit. 2. §. 55. gloff. num. 106. sed in his Regnis cum ex permutatio debeat duplex gabella, nullum dubium habet hæc de qua agimus, ampliatio, attentat. l. 2. tit. 17. lib. 9. noue Collect. Reg.

Fit igitur ex supradictis, ut si rem meam tibi dero æstimatam certo quodam pretio, licet venditionis non fiat mentio, erit nihilominus emptio & venditio, ex eoque contractu gabella debebitur, quod in terminis laudemij probatur Speculator in tit. de loca. verfic. num. aliquantibus 109. & 110. in questione illa famigerata rei emphyteuticæ in dotem datur æstimata, quæ vendita intelligitur, quod omnes fere ubique sequuntur cum hac limitatione quod fit æstimatio talis, quæ faciat emptionem: alias secus, secundum Carol. Molin. in consue. Parisien. tit. 2. §. 56. n. 40. & Peregr. in rep. cap. item de super. num. 8. fol. 70. & sequuntur alij relati per Titiaquell. de retrah. l. i. §. 1. gloff. 14. num. 108. ubi num. 109. eam appellat receptam, & videtur communior Bertrandus consil. 380. duo sunt, videlicet, quæ communis distinctio, et si res emphyteuticæ datur æstimata in dotem, & æstimatione, quæ facit emptionem, debetur laudemium, si vero in æstimata, non debetur secundum Amod. Aponte, in questione laudemij, l. 29. per totam.

Carol. tamen Molin. ubi supra, & numeris sequentibus, inquit DD. in hoc valde aberrasse: ad pauca aspicientes, & disparata permittentes, quia Speculator non loquitur in quavis datione in dotem, sed quando implet mulier, quæ suæ potestatis est, dar sponso suo pro dote sua, & latè bene loquitur nisi quod nimis indistincte, non aduertendo ad praxim, quia Æstimatio, quæ in dotem datur æstimatam etiam tali æstimatione, quæ venditionem facit, censetur venditam, non absolute verum est, nec quo ad omnia, quæ dicitur ff. de iur. dot. sed tunc demum fit contingat maritum, vel eius heredem soluto matrimonio male d. æstimationem, & non fundum restituere: secus si mulier, ipsum fundum restituere, pro potest, & electionem habet per l. plerumque in fin. ff. de iur. dot. quia tunc nunquam censetur venditissimè, sed in dominio mulieris remansisse, l. si constans ff. si maritus, in fin. ff. sol. matrim. l. in rebus. C. de iur. dot. late Ioan. Igneus in l. 1. §. si vir aut vxor ff. ad Syllan. Non ergo debentur laudemia, nisi in fine post solutum matrimonium, consummata venditione per electionem pretij: Hæc enim Molinæ resoluens, quod interit, nec venditio, nec alienatio absolute procedit.

Quintimo contra communem superiorum sententiam indistincte in vtroque, nempe casu non deberi laudemium, ea solum ratione, quod sit alienatio necessaria tenet Val. in l. fin. quæst. 9. num.

num. quadragesimo nono, Cod. de iure emphyte. & Bertrand. ubi supra, Aymon. Ciarr. consil. 23. §. eam limitans, & declarat ex mente sal. ut per Amod. ubi supra, de lationem alij sequuntur, quos refert Titiaquell. ubi supra, n. 109.

8 Quid tenendum in quaestione principali, nec non in illa de emphyteusi data in dotem?

Ego in illa, nempe in re pecunia æstimata, alicui data pro tot pecuniis solvendis ipsi domino rei/extra causas dotis, & dimissionis hereditatis, in quibus iure nostro Regio non debetur gabella: ut in discorsio huius tractatus late dicemus, regulariter teneo ex hoc contractu deberi, & solvendam esse gabellam per iura supra allegata expressè, & in iniuriis probantia, æstimationem esse venditionem, de qua loquitur, & præcipit, quod solvatur gabella, l. 1. tit. 17. lib. 9. noue Collect. Reg. Idem in permutacione specierum, quæ æstimata traduntur: duplex enim tunc gabella debetur iuxta l. 2. eiusdem tit. Cum enim res sic æstimata datur non, ut res, sed æstimatio ipsa necessario reddatur, aperta est emptio & venditio, ut est omnium Doctorum verissima, & communis resolutio, præcipue Bar. in l. si certis §. nunc videndum, numero 4. ff. commod. ac proinde gabella debetur, ut patet, & in terminis tenet Lassar de decem, vendit. dist. cap. 11. num. 2. & 6.

9 Dixi regulariter, ut excipiam casus, in quibus æstimatio non facit emptionem, quos congerit, & declarat late D. Couarr. in Pract. Quæst. cap. 28. per totum, & nos ubi supra, quia in his perinde est, ac si tradita res esset inæstimata, quod ad solutionem laudemij, ut tenet Amodeo in d. quæst. laudem. 29. ad fin. Ego, & quæ ad solutionem gabellæ per

10 supradicta, ut inde obleruemus æstimationem rerum dotalium, vel alias, tunc efficere emptionem, cum æstimatio sit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum iusto pretio: alias secus, secundum Bald. Salic. lal. & Dec. in l. ex conventionem. Cod. de pact. estque communis omnium sententia probatur, ac receptum secundum Socin. iun. consil. 141. num. 11. lib. 1. ubi eam iure probat, congerit plurimos huius opinionis auctores D. Couarr. ubi supra num. 9. & sed intelligenda, est prima pars æstimationis huius conclusionis communis, dum requirit iustum pretium æstimationis, ad hoc, ut ipsa emptionem faciat, nempe, vel fere iusto secundum Salycet. ubi supra, quem ad hoc refert Couarr. & eum sequitur dist. num. 9. & Roland. à Valle consil. 92. lib. 2. §. consil. 93. num. 18. lib. 4. ubi num. 19. quod in dubio præsumitur iustum pretium conventionem, & ita semper capienda est coniectura, quoties potest, ut æstimatio faciat emptionem, ut cum alio probauimus dist. consil. 17. num. 24.

11 Secundum vero partem negatiuam præd. communis opinionem Couarr. ubi supra, d. num. 9. tunc admittit, cum æstimatio facta fuerit pretio minus iusto, ex deceptioe ultra dimidiam iusti pretij: Et enim in hoc casu propter maximam pretij iusti diminutionem, vel augmentum, præsumatur ad alium effectum forsitan factam fuisse æstimationem, non vero ad constituendam, nec efficiendam emptionem: alioquin enim si in dubio, scilicet, quando simpliciter pretium non est iustum, contrarium admittitur, cum varia contingant de iusto pretio simpliciter testimonia, nec pretium iustum consistat in individua certitudine, magis esset locum iustus habere de re, & controuertitur, nec posset frequenter ad praxim deduci communis illa regula, quæ habet, æstimatio-

nem rerum dotalium in dubio emptionem efficere.

Neque huic communi resolutioni obstat, l. 6. tit. 1. v. par. 4. secundum Couarr. ubi supra, dum probat, in æstimatione rerum dotalium, quæ simpliciter facta fuerit, non esse permitendum, quod vxor, vel maritus aliquam, etiam infra dimidiam iusti pretij læsionem patiantur, quod est iure communi attentio verius, & receptius, vrlate, plures allegans probat contra alios Matien. in l. 1. gloff. 8. num. 21. & 22. tit. 1. lib. 5. noue Collectio. Reg. quibus verbis lex illa Regis non statuit æstimationem factam pro pretio maiori, vel minori, quam iustitia commutationis patitur, non efficere venditionem, sed maxime censet eam factam esse, modo iustum per additionem, vel diminutionem constitatur, quia forsatis Regia hæc consultatio ita intelligitur, ut obtineat quoties læsio contingit intra dimidiam, quod si læsio ultra dimidiam in pretio contigerit, tunc locus fit opinioni Baldi & aliorum, ut æstimatio non faciat emptionem, saltem ubi læsio esset in vxoris damnum, quæ respicitur, & intelligentia ad illam iustitiam potest, non in eam sensum, ut tollamus mulier remedium læsionis ultra dimidiam iusti pretij, si ea deceptio contra ipsam contingat, & velit eo remedio vi: cum maiori ratione hac in specie d. l. Regia admittit emendationem læsionis ultra dimidiam, quasi senserit Couarr. contrarium, ut censet Matien. d. num. 22. miratur Couarr. quod supra modo intellexerit d. l. Regiam, non enim hoc voluit, nec senserit in ipsa Couarr. sed tantum, quod illa lex Regia intelligatur (nempe, dum innot, æstimationem rerum dotalium efficere emptionem, etiam ubi læsio in ea æstimatione contigerit) de læsione intra dimidiam, locus de læsione ultra dimidiam, lex illa non dicit, æstimationem efficere emptionem. Vnde est locus opinioni Baldi & communis, quæ habet, quod æstimatio concurrenti tamen enormi læsione non faciat emptionem: Non tamen ideo Couarr. sentit, quod ea res tunc maneat tanquam inæstimata dotalis in dispendium mulieris, cum ipsemet Couarr. in finalibus verbis dicat, quod in damnum mulieris æstimatio tunc non faciat emptionem: Vult igitur Couarr. expresse, si fuerit enormiter læsa, scilicet, ultra dimidiam in rei dotalis æstimatione, æstimatio emptionem non faciat: Potest ergo mulier in æstimatione rei dotalis decepta sine intra dimidiam, sine ultra petere, quæ sit hæc hæc hæc hæc, ut expresse cauetur in d. l. Regia, quod non negatur Couarr. cum allegauerit eam legem: sed tantum inquit, quod quando læsio contingit ultra dimidiam in æstimatione rerum dotalium, æstimatio non facit emptionem, saltem ubi læsio esset in vxoris damnum. Et hæc sit prima limitatio ad communem opinionem supradictam, quæ habet, quod æstimatio in dubio facit emptionem, ut procedat, quando sit iusto pretio, ut in dubio præsumatur, alias secus.

Secunda limitatio est, ut non procedat præd. 14 communis sententia æstimatoria, quando res æstimata sic datur, ut non æstimator, sed res ipsa reddi debeat, veluti, si eam dedit ad ostentationem, & pompam, ac proinde, tunc temporis gabella non debebitur, ut bene probat Lassar. ubi supra num. 3. Quod si actum sit, ut vel res ipsa, vel æstimatio ei reddatur, interim quod electio non fit, dici non potest venditio, ut in l. quod si fundum ff. de fund. dotal. ac proinde interim gabella non debebitur, sed demum facta electione solutionis æstimationis,

quia tunc verum est fieri venditionem: quod si elegerit, rem retinere, non erit venditio: & ideo nulla gabella debebitur: patet ex resolutione per Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 16. n. 4. & in terminis tenet, & probat Laffa. ubi supra, num. 4. versic. Si vero.

15 Tertio limitatur præfata communis sententia, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio, quod venditioni repugnat, ut in Leano duobus. §. d. n. ff. pro socio qua agit Bald. in l. 3. ff. lo. cu. & in specie texa. l. 2. §. si in alia ff. quar. rerum aut. non datur, iuxta tertiam interpretationem glossæ, ubi verb. vendam, scilicet, cum rem æstimatam lu. d. omne namque venditio non est, ac proinde gabella non debetur, ut probant Bartol. & communiter DD. secundum Laffa. dist. cap. 1. n. 1. quia hoc latius probat in specie nollæ gabellæ.

16 Nec etiam gabella debetur, quoties res æstimata vendenda traditur, quia non est propria venditio, sed tantum præparatorium venditionis, ut in l. ff. de æstim. Alio. Parado. verum quod libro primo, cap. 3. §. 2. n. 3. Laffa. d. cap. 1. n. 4. Girond. de gabellis, g. par. in princ. 32.

17 De venditione autem, quæ postea fit eiusdem rei debetur gabella iuxta quantitatem pretij, quo veniet, ut in l. 1. tit. 1. hoc lib. 9.

18 Denique gabella non debetur in specie l. si pro mutua. C. si cert. per. & l. pro. auro, secundum communem eius intellectum, de quo in gloss. l. ibi. C. de usur. ubi cum rogales me, ut mutuum tibi pecuniam crederem, nec eam habere, lanceam, aut equum, vel alias species, utriusque consensu æstimatas, dedi, ut eadem æstimatio statim tibi mutua esset, quidquid de illis rebus postea fieret, quia hæc non est venditio, sed potius mutuum fictio, brevis manus, quæ efficit, ut pecunia ex illis speciebus æstimatis redacta, vel redigenda mihi videtur à te soluta, & iterum tibi à me credita, ut probat l. singularia in fin. ff. si cert. per. & in terminis latissime ita probat, & resoluunt Laffa. d. c. 1. n. 7. cum seqq. respondens, qui negotium in versic. hic argumentum sumpsit, dat. quæ videbatur probare contrarium, & tandem in l. 1. declinat, hoc procedere, quando species, quas tibi æstimatas tradidi, ut tu eas venderes, & contra pretio veteris, venales non habeant. Tunc enim verum est dicere, magis me vidisse mutuatæ, quam vendere: Secus vero si eas species venales habeam, quia tunc non vendidisse minus, quam mutuas videtur iuxta distinctionem l. v. n. ff. si cert. per. ac proinde gabella debetur in hac vltima specie.

Nunc videamus de illa secunda questione supra indicata, nempe, an de emphyteusi æstimata data in dotem debeat laudemium, in qua, ut vidimus, communis opinio contra laudemium debet, quia æstimatio præ l. in dotibus in dubio facit emptionem, & eam tenet etiam Aluar. Valasc. de emphyteusi. l. 1. tom. questio 1. n. 3. & ita in praxi, & in puncto inuis est proculdubio tenendum: gabella tamen ex datione dotis æstimatæ etiam æ estimatione, quæ emptionem facit in l. si Regni minime debetur, ut in l. 3. tit. 1. hoc lib. 9. de quo infra late sua questione agemus.

Nec communis supra dictæ resolutioni de laudemio debito, atque solucio ex emphyteusi æstimata ex æ estimatione, quæ emptionem facit in dotem data, obstat, quæ noviter contra eam tenuit Carol. Molin. ubi supra, eius namque opinio, ut hominis arrogancia pleni atque motadici, & satyrici

quamvis alias doctissimi, sed parum modesti, falsa est, atque non tenenda, vix infra dicendis liquido apparebit.

In primis enim (inquit) vulgare illud dictum, rem in dotem datam æstimatam etiam tali æ estimatione, quæ venditionem faciat, censeri venditam, non absolute verum esse, nec quoque omnia, ut in l. quosvis de iur. dot. quæ lex decidit, quod euita te in dotem data æstimata vit ex empto contra mulierem ager, & quidquid eo nomine fuerit consequtus, dotis actione soluto matrimonio ei præstare oportet: addit lex (& tunc pro Molinæo) quæ sententia habet æquitatem, quia non simplex venditio sit, sed dotis causa, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris. Sufficit enim maritum indemnem præstare, non etiam lucrum sentire, hoc namque ex æquitate potius, quam iuris rigore lex sua clementia voluit, ut ex ipsa expresse constat, quod nec in illa specie, quo ad pretium æ estimationis reddendum contradicit venditio, imo eam format, nempe, ut si venditio dotis causa facta, nec procedit, sita illum casum, sed tantum in eo æquitas pleno, ne maritus lucratur ex damno mulieris, qui casus ad nostrum, de quo agimus, nihil attingit: In ceteris vero extra illum, inconcessa manet communis regula, quæ habet, quod æstimatio in dotibus regulariter facit mentionem.

Comprobatur etiam, quia æquitas d. l. quoties, solum locum habet, quando res dotales, quæ sunt euita, est data æstimata ab ipsa muliere: secus si ab extraneo vel patre mulieris, quia tunc locum non habet æquitas, d. l. quoties, ut per Bald. Nouell. de dote privileg. ac quem referit & sequitur Gregori. Lopez in l. 18. in gl. El pro. si el damno tibi quod tamen in l. 1. par. 4.

23 Addit vero Carol. Molin. tunc demum æ estimationem in dotibus facere venditionem, si contingat maritum, vel eius heredem soluto matrimonio male d. æ estimationem, & non fundum restitueret: secus si male potius ipsum fundum restituere, pro ut potest, & electionem habet per ple. usque, in fin. ff. de iur. dot. quia tunc fundus nunquam censetur venditus fuisse, sed in dominio mulieris permansisse, ut in l. si constans, §. si maritus, in fin. ff. solut. matrim. & in l. au. rebus, Cod. de iur. dot.

23 Hæc tamen additio falsa prolixi est, tum quia omnia intra prælegata ad hoc, quod æstimatio in dotibus facit emptionem, indistincte loquuntur, & procedunt statim re in dotem data æstimata, ea æ estimatione, quæ facit emptionem, non expectato an maritus eligat æ estimationem, vel rem ipsam restituere, soluto matrimonio, & ad hoc plene probandum sufficit, mihi vel sola vna lex, aliis quam plurimis omisissis, nempe eadem l. plerumque à Molinæo in contrarium allegata, ubi, si ante matrimonium æstimata res dotales sunt hæc æstimatio quæ sub conditione est, nunquam hæc habeat conditionem si matrimonium fuerit sequutum: sequuti igitur nuptiæ æstimatio rerum per factum, & si vera venditio, non ergo ad hoc expectari debet matrimonij solutio, nec mariti electio: quod etiam patet ex vlt. statim sequenti, etiam l. libi, æstimatio enim venditio est.

24 Alterum autem, quod affirmat Carol. Molin. nempe, stante præ d. æ estimatione posse maritum, si velit, pro electionem habere, restitueret fundum æstimatum in dotem datam, non vero teneri eius æ estimationem præstare, ex d. l. plerumque in fin. plusquam manifeste falsum est, ex eadem, & l. plerumque in fin. capiendum sensum à vlt. præcedenti. Loquitur

Loquitur enim, quando in æ estimatione dotis conuenit, ut aut æstimatio, aut res præstentur, ut patet ibi, si res in dotem data fuerit æstimata, verum conuenit, ut aut æstimatio, aut res præstentur, si quidem fuerit ad electio, utrum mulier velit, ipsa eligi, utrum malis petere res, an æ estimationem: verum si sua fuerit ad electio, utrum maritus velit, ipsius erit electio: aut si nihil de electione adiciatur, electionem habebit maritus, utrum malis res offerat, aut pretium eorum non, & cum illa, aut illa res præstentur rei electio est, utrum præstet: sed si res non erit, æ estimationem omnia maritus præstabit hæc sunt illarum quomodo literaliter & verè loquitur, quando expresse conuenit in datione dotis æstimatæ, quod aut æstimatio, aut res præstentur, quo casu distinguitur, ut videmus in verbis illius l. præparatis, & approbatur illa decisio, dum loquitur in dote in l. 1. §. 1. par. 4. Loquitur etiam generaliter in alia promissione alternatiua termini, quod debitoris sit electio, cui decisioni conuenit, l. 2. §. 2. n. 1. par. 5.

At Carol. Molin. ubi supra, nec nos loquimur in hac specie conuenitionis alternatiua restituenti res ipsas dotales, aut eorum æ estimationem, quo casu verum est, esse electionem præstantiam marito aut uxori, cui in conuentione præfata fuerit relicta, & nulla data electione, maritus eliget, quia in alternatiua debitoris est electio.

Sed loquimur, & loquuti sumus manifeste, non stante prædicta conuentione alternatiua, sed tantum quando simpliciter res in dote dantur æstimatæ regulariter: quo casu nec dicta l. plerumque loquitur, nec verum est pendere ab electione faciendâ à viro, vel eius herede soluto matrimonio, an velint æ estimationem, vel fundum æstimatum restituere, ut alius censet Molinæus, sed statim nuptiis sequentis perit, & esse veram venditionem, ut in dicta l. plerumque, & in d. l. 18. cauetur.

Et præterea minime maritus, aut eius heres prædictæ electionem, sed prædictæ tenebitur, æ estimationem restituere, quia vera, & perfecta venditio fuit statim sequentis nuptiis.

25 Alias enim maximum præiudicium, & damnatum fieret dotibus siquidem re ipsa æstimata in dotem data viliori effectu absque culpa mariti semper, maritus eius, vel heres, soluto matrimonio, eligerent ipsam restituere: æ estimationem vero per contrarium, quando res æstimata precliosior esset, quod quantum præiudicaret mulieribus, & fauori dotium contra iuris dispositionem vniuersique facile conicere poterit: præterquam, quod contrarium expresse etroque iure communi, & Regio statutum est: nempe, ut periculum, damnatum aut commodum rei æstimatæ in dotem data contingens, si matrimonium sequutum fuerit, pertinet ad maritum: si in æ estimationem vero data sint, ad uxorem, ut in d. l. plerumque per totam, & in l. 18. §. 1. tit. 1. par. 4. ubi periculum damnatum, aut commodum rei æstimatæ nuptiæ sequantur in rebus æstimatis, contingat: tunc namque ad mulierem pertinebit, quia datus est conditionalis, si nuptiæ sequantur: ac proinde ad mulierem, quousque nuptiæ sequantur, damnatum aut commodum expectat, quamuis maritus dotem habeat & possideat, ut in dictis legibus cauetur, & late per Couar. in suis Practic. Quæstionibus, c. 18. n. 5.

25 Tertium quod præstat Carol. Molin. de dicta l. in rebus, C. de iur. dot. ubi mulieri, soluto matrimonio, etiam pro re æstimata competet rei vendicatio, nihil ob est, quoniam lex illa loquitur, & pro-

cedit in rei vendicatione vtili in subsidium propter concursum aliorum creditorum, nec mulier indotata remaneat, & sic specialiter fauore dotis, ut dicitur tibi Doctores, & nuncupatim Amodeus ubi supra, ad fin. & nihilominus tunc inquit res, quod secundum legem subleuatur præ d. bona æstimata in dotem data peruenire videntur, atque transmittunt fieri in patrimonium mariti.

26 Quartum & vltimum, quod ex præcedentibus suis dictis infert Carol. Molin. ubi supra, quod in præmissa specie de emphyteusi æstimata data in dotem non debeantur laudemia, nisi in fine, soluto matrimonio, consummata venditione per electionem pretij, iam corruit ex supra à nobis probatis: Deficiente autem in fundamento corruit iudicium, cap. cum Paulus 1. questione 1. cum similib. præterquam, quod opinio singularis Molinæi præfata, est contra communem, & ideo cum merito improbat Amodeus, ubi supra dicta, quest. laudem. 2. ad finem, quem post hæc scripta vidimus, nec non de Aluar. Valasc. ubi supra in tome 1. de emphyteusi, quest. 1. §. 2. n. 1. cum sequentibus de eorum & in fin. quod declaratio Carol. Molin. ubi supra, ad communem de qua supra, nec est vera, nec seruatur in praxi.

SUMMARI A.

- 1 Gabella non debeat ex interesse soluto pro non adimpleto contractu principalis, & numeris sequentibus præcipue, num. 4.
- 2 Contractus omnis recipit formam, & denominationem, a modo contrahendi, non vero a modo implendi.
- 3 Interesse, quod ob non implatum contractum soluitur, non est pretium, quod venditionem efficiat.
- 4 Interesse subrogatur loco falli non adimplati, & subrogatum debeat solvere natura subrogati primordiale, non vero accidentale, qua postea casu superueniat.

QVÆSTIO XXVI.

An ex interesse soluto pro non adimpleto contractu principalis debeat gabella?

Hæc questio intelligenda est quando ex contractu principali non adimpleto non debeat alia gabella, nempe mitui vel alterius nominati: & videtur adhuc ipsam deberi, quia loco pretij soluitur interesse: sed contrarium proculdubio est verius, & in praxi tenendum, si modo tamen cessante, sequentibus fundamentis, & iudiciis rationibus.

Primo, quia omnis contractus recipit formam, & denominationem à modo contrahendi, non vero à modo implendi, iuxta gloss. in l. si inter. ff. de pact. & in l. si quis cum debitor. ff. de iur. iur. Angel. in l. i. §. 1. in princip. ff. de pact. Bartol. & Alexand. in l. cum in re. C. de transact. Salyet. in l. cum proponat. num. 6. C. de dol. Dicit autem, ut fiat, non est venditio, ex qua solum, & ex contractu permutacionis debetur gabella iure nostro Regio per l. 1. §. 2. tit. 17. hoc lib. 9. noia Coll. Regia: Ergo ex solutione eius, quod interest ob non adimpletum contractum principalem à solutione gabellæ immunem, ipsa non debetur.

Secundo,

Secundo, quia re vera interesse, quod in hac specie soluitur, non est pretium, quod venditione efficit, quia non datur pro re, sed ratione damni ob non implerum factum, vel non redditum mutuum: & quia alias pretium commensuratur rei, pro quo venditur ipsa res: At interesse excedit eam, & pretiumque plurimum, denique pretium est certum, prout esse debet, alias non est venditio: At interesse est incertum, & variabile, item pretium non augetur, nec minuitur: Interesse autem habet tractum successivum, in quo ob mortem creticit, & ob damna emergentia, & lucra cessantia.

Pretium prætere oritur immediate ex ipso contractu emptionis, & venditionis, Interesse autem ex mora, vel facto contingente post contractum: Pretium nascitur ex conventionione, interesse vero ex provisione legis, quod vltimum dicit Bartol. in l. cum stipulatus. num. 4. ff. de verborum obligationibus. Decius in l. semper in stipulationibus. num. 4. ff. de regulis & constant. hæc omnes differuntia ex Doctoribus in Luvic. Cod. de sentent. que pro eo, quod inter profertur quamvis in eo, quod interest, includitur valor rei, quam dedit contrahens, qui ex sua parte adimplevit: quo respectu text. & Doctores in lege prima, Cod. de his, qui a non domin. manu in. decidunt, pretium esse interesse, sed hoc verum est, & procedit materialiter scilicet, vel materia eius, quod interest: non vero formaliter, ut id, quod interest, sit forma pretij: formaliter namque pretium, & interesse inter se differunt specie.

Tertio quia interesse subrogatur loco facti non adimpleti, & subrogatum debet sapere naturam huiusmodi facti, in quo late distinguit Bartol. in l. 1. §. hæc actio. num. 1. ff. si quis testam. liber. esse iussit. fuer. & hoc intelligitur de natura primordiali, non vero accidentali, que postea casu in peruenit, gloss. in l. certi conditio in principio. glossa magna. verb. ex omni e. Luffa in fin. ff. si cert. per. quam sequitur Baldus in l. cum §. qui inuenerunt. num. 1. ff. si quis cau. & testatur communem ibi Ioan. Orosio. num. 5. eandem glossam, sequitur ibidem Bartol. scilicet, in dict. §. qui inuenerunt. num. 13. dicens, multum notabilem, & non alibi, & inquit Paul. de Castro ibidem. num. 14. per omnes tenet illa gloss. & ideo sequitur naturam facti, vt non sit pretium, sed causa: iuxta distinctionem Baldi in lege prima, colum. 1. numero primo, Cod. de actionib. & obligationib. & sic, quod non constituat venditionem: non enim estimatio eius, quod interest in proposito ex mutuo consensu debitoris, & creditoris proficitur, & soluitur, sed ex natura prioris contractus.

Quarto, quia ea actio, qua interesse petitur, personalis quidem est: at licet estimatio litis in actione personali venditionem faciat, vt in lege prima ff. pro emp. & in l. litis estimatio, ff. eodem tituli. Lassar. de decim. vend. cap. 1. num. 1. san actio tamen personali est interesse, non vero pretium secundum Bald. in litem si fundi, quæst. 3. ff. de usufruct. & proinde gabella non debetur, vt resoluimus supra quæst. 23. num. 31. quibus hæc nostra sententia recte efficitur, quam simpliciter tenet loquens in contractu mutui Lassar. d. cap. 16. numero. 16. vbi recte sic obseruandum esse ait, nisi fructus aliqua occultande venditionis eo contrahendi colore ex aliquibus contextibus detegatur (intellige sufficientibus) quia tunc id, quod verum actum erit, obseruabitur ex l. 1. tituli. 17. hoc lib. 9.

Tunc autem fructus probata videretur, si tractatus de vendendo precederet propinquus valde ipsi contractui simulari, vel etiam tractatus simulari gabellam, vel si factum adimplendum adeo parum velle esset damni ob id rem loam, vt verisimile non sit, eo motum fuisse dantem, sed vt pretium reciperet, quod postea sub nomine interesse libi præstatur, vel si adeo faciliter illud factum adimpleri poterat, vt inde euadens sit, consulto, & asseclare procuratum fuisse factum non adimpleri, vel per contractum, si adeo difficile impleri erat, vt principio constaret necessitatio, & præse deueniendum esse ad pretium, vel pecunias, hoc est, ad interesse, dum tamen hi nunci commensuratur pretio rei datur ob factum: Si enim aliud esset, nempe, vel nimio valde excedere, vel minuetur verum pretium rei datur, potius coniectari posset, non esse venditionem, ac proinde gabellam non deberi: Non enim verisimile sit, si partes de venditione agerent, emptorem plus illo pretio datur pro re sibi data, nec venditionem minus recipere, si hoc plus, vel minus excedit quantitatem gabella soluenda, vel sic ad quatuor.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella debetur ex permutatione vnus rei cum alia, & num. sicum sequi.
- 2 Statutum, vel lex disponens, gabellam debet i ex venditionibus, extendi non debet ad permutationes.
- 3 Statutum permittens conjugando retrahere rem venditam, non habet locum in permutatione.
- 4 Statuta loquentia in permutationibus, non habent locum in permutationibus, nisi fructus intervenierit.
- 5 Permutatio vicem venditionis obtinet, vt hic late probatur.
- 6 L. 2. tit. 17. lib. 9. Noua Collectionis Regia præcipiens, que delos trueques se pague alcavala, moribus totius Regni est admissa in praxi, & quod non disponat, num. 7.
- 7 Laudemium debetur de permutatione.
- 8 Euphyntia licet non tenetur requirere dominum, ad velis permutare, tenetur tamen postquam ipse permutauit cum alio, requirere dominum vt illum inuestiat, & in possessionem ducat, & pro istis laudemium accipere debet.

Q V Æ S T I O XXVII

Circa intellectum, & praxim gabellæ soluendæ ex permutationis contractu.

LEX tit. 17. hoc lib. 9. nouæ Collectionis Regiæ ita cauetur: Porque los trueques y las ventas se deuen irazgar por vna misma cosa. Mandamos que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras semejantes y no semejantes, quise interuenga en ello dinero, o no que de todo se pague el alcavala a nuestra arrendador, si el cogedor, siendo cada vna cosa apreciada por lo que vale y que lo aprecie el alcavala, o iuez que conosciere de la causa de la dicha alcavala, o otro hombre bueno a quien el dicho iuez lo cometierte, y la alcavala, lo que se montare en ello a respeto de diez vno, se pague al dicho nuestro arrendador a los plazos en que se ha de pagar el alcavala de las ventas y las penas en que incurren los que no la pagan.

Sed

Sed imprimis pro ratione dubitandi contra decisionem huius nostre litem in iurgo. In hoc peculiendi gabellis. Regibus nostris ab initio concessum, tantum fuit in communis Regis ex venditionibus: non vero ex permutationibus, vt constat ex origine in chronica supra, quæst. 1. citatis: ergo tanquam res odiosa extendi non debuit ad permutationes rerum, præter concessionem intentionem, & voluntatem: Statutum enim seu lex disponens, gabellam solui ex venditionibus ad permutationes extendi non debet, quia per venditio, & permutatio diuersi contractus sunt, & tanquam species oppositæ, vt constat ex l. 1. ff. de contrahen. emptio. & l. 1. ff. de rerum permut. & l. fin. ff. de condit. caus. dat. & ex l. naturalis. §. si quidem ff. de præscript. verb. & vbiq. Doctores notant: & in specie Barach. de gabell. 3. par. 8. part. principal. num. 3. quem ad hoc refert Lassar. de decim. vendi. Tybec. Decian. resp. in §. 9. num. 1. vbi quem refert Acevedo in hoc l. 2. nu. 10. Sic etiam statutum permittens conjugando retrahere venditam non habet locum in permutatione: vt tenent plures, quos refert Titac. de retr. lig. §. 1. gl. 14. nu. 29. & 35. vbi eam opinionem sequitur, quando permutatio sit sine fraude, secundum Ioan. Igneum in repet. l. adum. col. auerpen. in vers. sed an is qui prohibetur, & multi seq. C. de contrah. emptione & alios quos ibi allegat, vbi, quomodo in specie cognoscitur, fraudem admittam fuisse. Et supradict. est receptor sententia, & iure nostro Regio in materia retractus iure sanguinis approbata in l. 7. tit. 1. lib. 1. nou. col. Regi: Por otra heredad trocar, secundum Marien. ibi. gl. 1. nu. 1. vbi num. 9. cum communi limitat, quod lo permutatio fietet in fraudem, & ibi Acevedo. Scilicet, & per generaliter dicunt DD. statuta loquentia in venditionibus non habere in permutationibus nisi fructus intervenierit, vt constat ex Titac. vbi supra num. 30. Semper enim alia venditio proprie sumpta (prout sumi debet in statutis) non comprehendit permutationem, vt patet ex text. in c. 1. vbi id nuncupationem notat Abb. in 1. notab. de his que sunt a prælat. & voluit etiam Bald. in l. cum hi §. si cui. ff. de transact. in prima lectura, quos refert & sequitur Titac. vbi supra, num. 31. Idem igitur dicendum videbatur in materia nostra gabellarum permaxime cum, ipsa sit odiosa, & stricte intelligenda, vt sæpe docuimus, & quia diuersis nominibus nuncupantur hi duo contractus, nempe, emptionis & venditionis, ex vna parte: item, & permutacionis ex alia: & quia si permutatores fuerint Regnorum, qui hoc tributum primitus concesserunt ex simplicibus venditionibus, vellent etiam concedere ex permutationibus, hoc expressissent, cum nulla difficultas esse hoc exprimendi, non expresserunt, neque concesserunt ex permutationibus, sed tantum ex venditionibus, igitur nostra hæc secunda procedere non potest.

His tamen non obstantibus, ipsa contractum decidit, ea submissa ratione decidendi: Porque los trueques y ventas se deuen irazgar por vna misma cosa, quod iure communi probatur.

Quia permutatio vicem venditionis obtinet l. 2. C. de rerum permuta. quod ideo esse explicat ibi gl. & Doctores committunt, quia multi, & idem est, etus ex vtroque resultant, nempe causa præceptionis, emittio, & redhibitio: & certe in se ipsi similes ac vicinos esse eos contractus, ait Ioan. consultius in l. 2. ff. de rerum permut. Denique vtriusque contractus vnus est, & idem finis propter quam a iure gentium ambo inuenti sunt, scilicet,

licet, vt vtilia nobis inutilibus acquireremus, vt inquit Iurif. consultius in l. 1. ff. de co. iraben. emptio. Vtroque enim contracto, sine vendentes, sine permutantes, id agimus, vt res nostras non tam viles, secundum temporum, ac rerum necessitates, alienemus, & alienas nobis vtiliores, & quiritamus, quod nullo alio contractu ita contingi, potuisset explicat ex supra. tit. 6. par. 5. Vtrique enim permutantium, quam emptoris, & venditoris loco esse videtur, vt alias dixit Iurif. consultius in l. sciendum, vers. sed si quis permutauerit ff. de ad lit. edict. Quirimo, vt probatissimis authoribus deducit Titac. de retr. lig. §. 30. gl. 1. num. 19. verb. permutare accipitur pro vendere, ideoque prædict. l. 2. Porque los trueques y las ventas se deuen irazgar por vna misma cosa, sufficientem vtilitatem, vt vel ita a principio in illius tributi origine, & concessione cauetur, vel postea lege lata per Reges nostros ad euitandas fraudes, quod de venditione erat inductum ad permutationem extenditur, vtrum autem horum factum sit, non bene constat, vt inquit Lassar. d. l. cap. 17. num. 2. & prius in schol. ad dict. l. 2. etiam num. 2. sed legem nostram finem habuisse ad obuiandum fraudibus constat ex ea in suo originali antiquo, nempe l. 10. 2. del. Quaderno de las alcavala, ibi dum dicit: Porque en los trueques que se hazen, encubren algunos el alcavala, y no la pagan, &c.

Dispositio autem facta ad obuiandas fraudes est fauorabilis, lateque debet interpretari, vt infra dicemus: Sed neque hæc ratio sufficienter videtur, siquidem ob fraudem aliquorum malorum hominum regula in contrarium fieri non debebat, nec decisi generaliter, quod ex permutationibus omnibus soluatur gabella, cum ipsa sit res odiosa, onus, & impositio præter voluntatem, & intentionem concedentium. Nec ob stare videtur, quod permutatio sit similis venditioni, vt prædicimus, quia omne simile non est idem.

Nihilominus tamen illud palam est, immo moribus totius Regni id fuisse, ac esse admissum, ac in praxi vigere, quod ex permutationibus soluatur gabella, iuxta decisionem dict. l. 2. & prius dict. l. 10. 2. del. Quaderno de las alcavala, vt proficitor Parladus. lib. 1. rerum quonidianarum cap. 3. §. 2. num. 22. ad finem: Ergo tacitus hic consensus inueteratus Regni, vt de permutatione soluatur gabella, idem nunc operari debet, quod expressus a principio induxit in venditionibus. Eadem enim Regna, quæ primum ius gabellæ concesserunt, postea eam concessionem interpretata sunt, vt de permutationibus quoque gabella soluatur, que consuetudo interpretatiua prioris concessionis maximam vim habet, & obseruari debet, iuxta late a nobis explicata, iureque probata, lib. 1. prædictar. quæstione 61. num. 15. 26. & 27. Tandem lex nostra recepta fuit ab his Regnis, estque in viciis obseruantiâ, & ideo ligat: quæ per licet noua vicia fuerit Montalino in l. 2. in glossa, Con apprehensio, in fin. tit. 4. lib. 3. for. in eo magis noua esse videtur, quod nouum modum exigendi gabellam ex permutatione præstet, ad euitandas fraudes, vt ipsa atque in eo, quod generaliter permutationis gabellam solui præcepit, hoc enim tanquam ius antiquum relatum est, vt satis ex serie nostre l. constat, & perpendit in specie Lassar. d. l. ca. 17. num. 2. Hinc est vt de permutatione, quoque debeatur laudemium, vt late per Amodeum de Ponte, quæstione laudem 28. per totam, & Ludovic. Pegour. in repetitio. cap. item ne super laudemio, ampliat. 14. num. 87. dicens, quod etiam si

si emphetici non teneretur require dominum an velit permutare, tenetur tamen, postquam ipse permutat eum alio, require dominum, ut illum inueniat, & in possessionem ducat, & pro illis landem accipere debet: in terminis statuti præcipiant, quod de qualibet compra soluat gabella, ut de iure communi habeat locum in permutatione, probat Firmian. vbi supra n. 1. neque ipse ibi n. 3. allegatus pro contraria parte eam tenet, ex quo nostræ l. 2. decisio remanet, tam iure communi attento, quam communitotius Regni receptione, & observantia satis comprobata.

Nec obstant, quod in permutatione non habeat locum tractatus, secundum receptionem sententiam supra adductam, quia in eo iure communi attento, sunt opinionēs, & iure nostro Regio probata est opinio negatiua, ut prædicimus: At vero in nostra specie gabella probata est opinio affirmatiua, tanquam vlt. & tacito consensu totius Regni probata.

SUMMARI A.

- 1 Gabella a qua tempore debet incipiat in permutatione?
- 2 Gabella venditionis debetur statim, quod emptor & venditor de pretio conveniunt, quia tunc perficitur venditio ante traditionem.
- 3 Permutatio contractus minime mutuo consensu perficitur, sed iure domini cum ree permutat aradantur, & ideo ante traditionem hinc inde sequitur, nisi locus penitentia.
- 4 Lex tit. 17. lib. 9. nova collect. Reg. præcipiens, quod permutatio solvatur gabella, de permutatione valida, & perfecta intelligenda est.
- 5 Gabella ex contractu nullo, & sic non perficitur, non debetur, idem iurisdictione: adeo, ut si solvatur competat solventi repetitio, & conditio indebiti, ut in n. 6.
- 6 Gabella, attento iure communi, non debetur, nec peti potest ex permutatione ante traditionem rerum, hinc inde factam nec etiam si ab una tantum parte fuerit sequuta, quousque ab utraque parte fuerit opere completa: nec debetur penitentia signata.
- 7 Gabella permutationis, attento iure communi, debetur domino, vel gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non vero ei, qui talis erat tempore contractus permutationis.
- 8 Gabella, attento iure nostro Regio, an debeatur ex permutatione, ante vel post traditionem, & numeris sequens, resolutur affirmatiue.
- 9 Penitentia in contractibus innominatis, ad hodie attento iure nostro Regio locum habeat, ante implementum, & traditionem rerum, & numeris sequens, resolutur negatiue cum veriori, & receptiori sententia.
- 10 Gabella non debetur ex conventionione, & promissione formalis permutando, sed ex ipsa permutatione facta, ut hic.

QVÆSTIO XXVIII.

A quo tempore in permutationibus incipiat gabella debet?

QVæro circa eandem l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. an ex huiusmodi permutationibus incipiat deberi gabella, & exigi possit statim, quod permuatantur

res consensu conveniunt permutare res suas ante traditionem earum, vel requiratur ipsa traditio ab utraque parte ad hoc, ut gabella debeatur, & peti possit.

Et profecto magna differentia est in proposito, saltem attento iure communi, quoad perfectionem contractus, inter emptorem, & venditionem ex vna parte, & per mutationem ex alia. In primo enim statim, quod de pretio emptor, & venditor conveniunt perficitur venditio, ac proinde debetur gabella ante traditionem, ut late probavimus supra, quæst. 7. Contractus autem permutationis minime mutuo consensu perficitur, sed tunc demum, cum res permutate traduntur. Vnde ante traditionem hinc inde sequuntur ex natura contractus recedere possunt ab eo permuatantibus verbis, penitentia dicitur, cum non fuerit contractus ipse perfectus, ut in l. 1. ff. de rerum premi. cuius verba sunt hæc: Alioquin si res nondum tradita sit, nuda consensu contractus obligatio non dicitur, quod in his dantur recipiam est, que non habent suum habent, ut in emptio, venditione, condictione, mandato. Idem probat l. ex plura eadem tit. l. 1. ad finit. 6. par. 5. Nec sufficit, quod vna tradat, nisi, & alius quoque tradiderit, quia per traditionem volus non erit permutatio, ut late probat Fortun. Gat. l. iuris gentium, in prin. fol. 2. 5. 4. col. 4. in fin. ff. de post. quem refert & sequitur Lassat. de decim. vend. c. 17. n. 3. & 4. ad fin.

Ergo ex permutatione ante implementum vniutque partis non debetur gabella, quæ nostræ l. Regi statuens, ut ex permutatione gabella solvatur, de valida, & perfecta intelligenda est arg. l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iur. & l. 4. §. condemnitum, & ibi committitur D. D. ff. de re iudic. non punitur §. non quis ff. de bon. poss. contra tabul. l. 2. in fin. ff. quædam mod. test. apud l. filium. §. si quis binorum, ff. de leg. præstana. Idem consuetudine loquente de venditione vel permutatione, quod intelligi debet de valida per præd. iura præbent Carol. Molin. infra statim citandus. Ex contractu enim nullo, & sic non perfectio debetur gabella, ut alias per l. vel statuti ex contractu debeatur, l. 2. vbi Bal. & Salyc. C. de contrah. Bar. in l. vel. §. in antem, & ibi quoque Baldus §. sed quia nostra maiestas, col. 1. ver sic. querit. hic etiam Paul. de Castro, col. 2. Cornutus, col. 2. l. vel. fin. C. commun. de leg. Betrach. de gabell. in §. par. n. 7. & in 2. memb. §. par. n. 12. Carol. Molin. consuet. Paris. §. 2. n. 32. vbi plurima congerit, sequitur, plures allegans, Tiraquel. de retrall. lig. n. 5. §. glo. 2. n. 7. & de retra. convention. §. 6. glo. 2. n. 5. & utrobique idem sentit in laudemio Rolandus à Valle consil. 46. n. 39. lib. 1. est communis secundum Lassat. de decim. vend. c. 14. n. 1. Et in terminis gabelle de qua agimus, quod ipsa non debeatur ex contractu nullo, idem probat Averdun. resolut. c. 13. n. 3. & Gomez in l. 6. §. Tauri, n. 14. Montalau in l. 3. glo. fin. tit. de las vendidas lib. 1. for. Castell. in l. 76. Taur. in glo. 1. et alcañada, Didae. Perez in l. 1. tit. 7. lib. 3. ordin. colum. 106. cum Segura, quem refert, & Parlad. lib. 1. verum quorid. cap. 3. n. 35. & 36. Mexia in l. Regia Tolet. in 2. par. fundamento §. n. 10. Ioan. Gut. de expens. & vellor. c. 18. n. 48. Atlas Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vend. 2. par. cap. 3. n. 35. an fin. Matienzo l. 7. tit. 11. glo. 3. n. 20. lib. 5. non Collect. Reg. est que verba, & tenenda sententia, secundum Lassat. vbi supra, refert plures, & sequitur Girond. de gabell. §. par. in prin. c. 25. cum seq. 7. Adeo, quod si ex contractu nullo solvatur gabella, vel laudemium, competit solventi repetitio, & conditio indebiti, ut probat Ioan. Gathia vbi supra n. 47. quæ sequitur Girond. d. 25. par. n. 7.

Quibus

Quibus sit, ut attento iure communi, procul dubio gabella non debeatur, nec peti possit ex permutatione ante traditionem rerum permutarum hinc inde factam, nec etiam si ab vna tantum parte fuerit sequuta, quousque ab utraque parte sit opere completa permutatio, similiter non debetur gabella penitentia sequuta, ut constat ex Mench. lib. 1. controuers. vbi frequenter ca. 1. 1. num. 2. 1. qui hoc vltimum tenet, quem refert, & sequitur Lassat. d. c. 17. n. 2. §. & iterum num. 34. vbi utrumque probat, & primum probauit prius Parlad. cap. 3. §. 3. num. 35. & ante eos Carolus Molin. d. §. 22. num. 10. quem, & alios plures referens idem proculdubio probat Girond. d. §. par. in prin. n. 12. & iterum in 9. par. in prin. n. 5. & 7.

Vnde gabella in præcedenti specie debetur domino loci, publicano, siue gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non vero ei, qui talis erat tempore contractus permutationis, secundum Lassat. d. cap. 17. num. 4. cum seq. aduersus Ant. Gom. variis resolut. 2. tom. cap. 8. de contrah. in nom. num. 2. vers. tertius effectus, quem sequitur Parlad. cap. 3. §. 3. num. 35. ad fin. sed opinionem Lassat. præd. probat, dicens esse mirabile in praxi Girond. in d. 9. par. prin. n. 5. in fin. & num. 6. & Molin. Theolog. in 2. tom. de iustit. & iur. distribut. 377. col. num. 933. & seq. hæc attentio iure communi.

De iure nostro Regio, non parum dubium est, an gabella debeatur statim facta permutatione ante traditionem hinc inde sequutam, stante l. 2. tit. 16. lib. 5. nou. coll. Reg. qua cauetur: Que faciendæ, que aliquo se quis obligat a oro por promissionem, & per aliquo conrato, o en otra manera, ser tenudo de cumplir aquello a que se obligo; no puada poner excepcion, que no fue hecha stipulation, que quiere dezir prometiemento, con cierta solennidad de derecho, & o. Ex hac namque lege videtur superiora omnia iure communi tradita esse correctæ. Si siquidem omnis promissio obligat, quamvis stipulatio non intercesserit. Ergo comprehendit contractum permutationis, & ceteros contractus innominatos, etiam ante traditionem, & sic cum promissio sit valida, non erit locus penitentia: ante traditionem, ut resoluimus in nostro tractat. de iuran. confirmat. 1. par. cap. 25. num. 1. & est verior, & communior sententia, secundum Azeved. in d. l. 2. num. 13. tit. 16. lib. 5. & in l. 1. num. 5. cum seq. tit. 21. lib. 4. & in l. 2. num. 13. tit. 17. lib. 9. Si igitur promissio, & sic permutatio verbalis est valida, ita quod non sit locus penitentia, perfectus contractus ante traditionem, & debetur statim ab eo gabella gabellario præsentanti, non expectato tempore traditionis, nec illius temporis gabellatio, sicut in venditione perfecta ante traditionem resoluimus in contractu præcedenti, ut tenet, & probat late Azeved. in d. l. 2. num. 13. cum sequens. tit. 17. hoc lib. 9.

Secundo, pro hac eadem parte considero l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. nou. coll. Reg. que præcipit: Que de todas las trueques se pague alcavala, simpliciter, & indistincte loquendo: nulla facta mentione de traditione, sed tantum: Que de todas las trueques que se hizieren de unas cosas a otras se pague alcavala: ea forsan ratione, quia cum hæc sit nouior multo illa secunda, tit. 2. lib. 5. nou. coll. Reg. pro constituto haberit ex sola promissione permutando, hoc est, ex ipsa conventionione de permutando oriti obligationem præcisam adimplendi illam conventionem, correctio iam iure communi, quod traditionem rerum requirebat

ad hoc, ut contractus hic irrenocabilis ferret. Alias enim si hoc ipsum in causa non fuisset traditionem rerum exigeret, ut necessarium requisitum ad validitatem permutationis, prout foret, si non haberemus decisionem, d. l. 1. tit. 16. lib. 5. sed standum esset iuri communi, quia l. nostra. tit. 17. hoc lib. 9. dum simpliciter, debet tunc intelligi iuxta ius commune, de permutationibus perfectis & validis, irrenocabiliter sequuta hinc inde traditione: Attamen cum hodie ad perfectionem, & irrenocabilitatem conventionis, cuiuscunque, & præsentis permutationis non requiratur traditio, sed statim ea conventio, siue promissio obliget irrenocabiliter, ut prædicimus: consequitur, legem nostram de solvenda gabella de permutatione loquentem, verificari sufficienter in conventionione de permutando perfecta omnino, cum omnibus suis conditionibus ante traditionem, & ideo videtur, consulto omnifide traditionem, cum ea hodie non sit necessaria ad valorem, & perfectionem irrenocabilem permutationis, sed tantum nuda conventio, alias omnino perfecta, ideoque lex nostra contenta est loqui generaliter: De todas las trueques que se hizieren de unas cosas a otras: hodie namque effici dicitur permutatio ante traditionem, quamvis, iure communi attento, aliud esset decursum.

Tertio, quia quando permutatio fiebat per stipulationem solemnem cessabat etiam iure communi dispositio d. l. ex placito. Cod. de rera pennis. ut in ea cauetur, sed hoc die promissio pacto modo facta valet, ac si præd. stipulatio solennis intermisset, ut in d. l. Regia. 2. tit. 16. lib. 5. expresse cauetur. Ergo habemus intentum.

Quarto, accedat alia non infima ratio assumpta pro hac parte ex principio eiusdem l. 2. tit. 17. lib. 9. dum dicit: Porque los trueques y las ventas se desenzagaron por una misma cosa mandamos, que de todas las trueques & c. que ratio (ut patet) mouit Legislatorem ad stabilendum, quod ex omnibus permutationibus solvatur gabella: Ergo idem ius statui debet in eis, quod in venditionibus: sed in his pure celebratis statim debetur gabella ante traditionem, ut resoluimus procul dubio supra q. 7. ergo, & in illis: Puer est an equiparandas anas cosas con otras, en quanto a esto, tunc ex identitate rationis, iuxta l. illud cum similibus. ff. ad l. Aquil. tum etiam ratione æquiperationis, quod argum. in iure est validum, ut per Euetard. in sua censura legal. loc. 45. à par. & c.

Quo fit ut incredibile omnino videretur, stantibus his verbis, & identitate contractum, præmaxime stante d. l. 2. tit. 16. lib. 5. quod iure possit aliud dici, aut teneri, quam quod iuxta has leges nostras Regias ex permutatione omnino perfecta alias quam per traditionem rerum debeatur statim gabella ante traditionem hinc inde sequutam, correctio iam iure communi quo attento probauimus contrarium: & in terminis ista etiam tenet Azeved. in d. l. 2. num. 13. cum seq. tit. 17. hoc lib. 9.

Nihilominus tamen contractum etiam, attento iure nostro Regio, & non obstantibus prædictis l. nou. coll. Reg. voluit, tenet & probat Parlad. lib. 1. rerum quotidianar. cap. 3. §. 3. numero 35. Girond. in locis supra adductis præcipit in d. l. 5. par. n. 12. dum nulla vtiuque iuris facta differentia, tenet gabellam non deberi ex contractu permutationis ante traditionem, sed eos in probat merito Azeved. vbi supra.

Quare Lassat. d. l. cap. 17. n. 28. cum sequens. H perpen

pendens difficultatem huius articuli nec non videtur (quo i. Menchae de successores lib. 2. §. 1. 2. num. 64. quem sequitur Menel. in l. naturalis. §. 1. um. 1. §. ff. de prescrip. verb. tenet aduersus frequentiore nostrorum sententia, nempe, quod imo d. l. 2. §. 1. 6. lib. 3. non colligit. Regie, nihil inmutatum fuerit in contractibus innominatis, quorum obligatio respectiva est. sed quod tantum loquatur & procedat ea lex in obligatione simplici, & quod huius quoque opinionis fuerit Greg. Lopez libri contractibus, in l. 1. in gloss. gran. pro titulo 11. par. 5.) mediam in hoc palis, & in terminis nostræ principalis questionis amplectitur sententiam, & quam ab omnibus accipiendam putat bimbembem. nempe, quod aut in permutatione incipitur à re, vel à conventionione de permutando: si à re, ut quia absque ulla promissione, sed tractu quodam habito in præfatione contractus de re mea cum tua permutanda, statim rem meam, veluti hanc mulam dedi tibi, vt tuam, veluti equum mihidares, profecto antequam tu des mihiequum, ego tibi nulla obligatione teneor, quia nihil promisi, nullaque causa obest, ex quo obliget, cum adhuc ego nullam rem acceperim, sed tu solus obligaris tui interuentu, eo quod rem meam accepisti, vt tuam dares, vt in l. iuris gentium in princip. ff. de pact. l. 1. ff. de rerum permutatione ac proinde possum penitere, ex l. si pecuniam. ff. de condit. caus. dat. & hæc penitentia locum habet etiam, attempta l. 2. titulo 16 libro 5. nona collectio. Regie, secundum ipsum eo quod lex illa loquitur, vbi quis se obligare voluit: hic autem ex mea parte nulla est obligatio, nec vllus animus me obligandi, quia nihil promisi: sed statim feci, quod eram promissurus, solumque obligor ad euersionem rei à me tradite, sequito adimplemento alterius partis per traditionem rei loze: Vnde in præmissa priori specie tenet author hic Lassate gabellam debent non posse, quasi ex imperfecto contractu, etiam iure Regio, ex supra dictis: & quod ita procedit opinio Menchae. & Menel. & Grego. Lopez, vbi supra, contra priores supra citatos.

Quod si a promissione de permutando incipiamus sicut fit in specie dict. leg. ex placito. Cod. de rerum permutatione non habet locum hodie absque dubio penitentia: & statim gabella debetur dummodo de modo faciendi permutationem omnino, & perfecte conueniat, nempe, vt rem meam talem dem tibi pro tali re tua cum tali, & tali conditione: etiam si ab ea postea discedamus vel tradidit à neutra parte sequuta fuerit, attempta dict. l. 2. titulo 16 libro quinto, non collecti. Reg. quæ hoc casu verificatur, vt probat late Lassate. dict. cap. 17. n. 30. cum seq. & n. 36. cum pluribus sequent.

Quid tenendum? Ego priorem partem in primo casu Lassate tenendam esse confesso, nempe, vt hodie attentis prædict. leg. Regis ex contractu permutationis statim celebrato ante implementum vtriusque partis, & etiam si ab vna parte sit sequutum implementum, antequam ab altera fiat, sic contractus perfectus & irrenouabilis, ac proinde statim debetur gabella publicano illius temporis, non expectata traditione, & adimplemento alterius partis, quia in contractibus innominatis in nostro Regno non habet locum repetitio, ex capite penitentia, vel causæ non sequitur: sed pars potest agere contra alteram partem, non adimplentem actione ex ipso contractu, & remedio competentis ad obseruantiam contractus, vel ad interesse, sicut quando iure communi interuenit

stipulario, vt habet verior & receptior sententia, quam supra tenuimus, & bene cum aliis probat Anton. Gomez 2. tom. c. 8. de contract. innomin. n. 5. vers. ex quibus. Vnde si sua voluntate pars, quæ adimpleuit, velit recedere à contracta permutationis: hoc nocere non debet scilicet, cui ex illa conventionione perfecta permutationis fuit ius questum ad gabellam. Et ita merito secundum Anton. Gomez ibi n. 5. in fin. gabella in hac specie soluenda erit primo gabellario, qui erat tempore præfate conventionionis, non vero ei, qui erat tempore traditionis, quem sequitur Parladot libro 1. rerum quotidianar. dict. cap. 1. §. 3. n. 33. ad finem. quorum opinio iure tantum Regio sustineri potest: secus vero attento iure communi per supra dicta, & hæc quoad primum casum Lassate.

Quoad secundum vero casum Lassate, nempe in conventionione & promissione de permutando formalit teneo contra ipsum, imo quod indistincte de promissione sola de permutando non debeat gabella, nisi loquatur ipsa permutatio vel traditio, quia præfata l. Regia. 2. huius tituli 17. de permutatione ipsa præcipit, soluendam esse gabellam, non vero de promissione de permutando quantumcumque formalit: Ergo ex ea non debetur gabella, quousque permutatio ipsa fiat, vel rem vtrinque tradantur, non enim antea permutatio est, nec perfecta esse intelligitur, etiam secundum communem & vulgarem loquendi usum vt patet, quicquid contractum dicat Lassate, vbi supra n. 38. At quod in præmissa specie partes obligentur, & compelli se possit attento nostro iure Regio, adimplendum contractum ipsum permutationis, nihil obest: siquidem antequam celebratur, saltem verbis, ipse contractus permutationis de præsentibus non dicitur factus, nec perfecta permutatio ad effectum, vt debeat gabella, nisi & postquam ipsa fuerit celebrata, vt prædiximus.

Et ita hanc partem contra Lassate, merito probauit late Melin. Theologus in 2. tom. de iustitia & iure disputatione. 397. in ver sicul. n. 1. vero columna 952. cuius sequenti, & A. quædam in dict. leg. 2. n. 18. §. 19. vbi recte hoc declarat, nisi constituerit de veto partium consensu, volentium, permutationem esse factam, etiam ante traditionem, tametsi Azueed. aliter pro hac parte Lassate, vbi supra, sed re vera Lassate tenet, quod prius diximus.

Quibus fit, vt cum gabella non debetur in hoc 2. casu nisi ex ipsa vera permutatione, vel traditione rerum illa, quæ tunc debetur, pertinet ad gabellarium, vel dominum illius temporis scilicet, quo debetur, non vero existentem tempore promissionis de permutando, cum tunc nulla debeat, nec deberi incipiat, sed à tempore permutationis, vel traditionis rerum sub præambula promissione de permutando comprehensarum.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeat ex contractibus innominatis & n. sequ.
- 2 Trueque verbum de quo in l. 2. tit. 17. lib. 9. coll. Reg. quid proprie sit: vbi de verbo cambio & cambio.
- 3 Promissio dandi aliquid in genere eorum, quæ in pondere, vel mensura consistunt, est contractus generalis innominatus, do vt des.
- 4 Equæ consistunt in pondere, non vel mensura possunt promitti in specie, vt hic, imo, & pecunia, vt in n. 5.
- 6 Homo, bos, equus potest promitti in genere & non in specie.

in specie de designata, & erit contractus innominatus generalis.

- 7 Genus promitti potest, non tamen datur, nec dari potest, nec possidetur, & n. seq.
- 8 Permutatio fit de rebus certis & signatis tempore contractus, & in eo, sed vide n. 10.
- 9 Gabella debetur ex contractu innominato, do vt des resolutur affirmatus limitatur, n. 13. cum seq.
- 11 L. 2. titulo 17. libro 9. non. coll. voluit fraudibus obviare, ac proinde est saniorabilis, & late debet interpretari, vt in n. 12.
- 12 Gabella non debetur de ceteris contractibus innominatis, do vt facias, vel facio vt des, vel facio vt facias, limitatur n. 10.
- 20 Gabella vt solvatur ex permutatione estimatio rerum fieri debet per bonum virum, qui est iuste index vel alius, quem index designauerit, etiam si sit index pedaneus, vt in n. 21. & si aliter fiat non erit nullum, vt in n. 22. vbi quod debet fieri iusto pretio, & statim estimatio solus vnus boni viri cum iuramento, vt in n. 23. & in n. 24. an debeant partes citari ad nominationem boni viri faciendum?
- 25 Estimatores eligendi sunt à partibus cum reservatione iudicis, de quo hic.
- 26 Permutantium vnusquisque debet solvere gabellam valentis rei, quam receperit, non obstante quod partes alii assignent, vt in n. 27. declaratur n. 28.
- 29 Gabella non debetur ex parte rei inestimabilis permutata, cum altera ex parte rei inestimabilis, vel capella, vt in n. 30.
- 31 L. 24. titulo 18. libro 9. non. collecti. Regia limitatur in casu de quo hic.

Q V Æ S T I O XXIX.

An ex contractibus innominatis gabella debeat?

Primo, Videmus de contractu innominato do vt des, & postea de ceteris tribus contractibus innominatis, nempe, do vt facias, facio vt des, facio vt facias agemus. Et pro intelligentia huius questionis, & notate l. 2. tit. 17. lib. 9. non. coll. Reg. obseruandum quidem est, quod trueque, de quo cadem l. 2. præcipit, se pague aleanala, proprie est, quædam species contractuum innominatorum consentitum in do vt des: nempe cum datio ex vtraque parte est rei certæ sigillatim designatæ, non vero pecunie, & ideo appellatur permutatio glo. & Doctores in l. 1. c. de rerum permutat. & in l. 1. in princip. ff. de rei permutat. & in l. 1. ff. de rerum permutat. naturalis. §. 1. ff. de prescrip. verb. quem contractum leges septem partitum vocant vulgari nomine, cambio & cambio, l. 1. tit. 6. par. 5. quamvis Latine, hoc nomen cambium generaliter sit, complectens omnem commutationem, vt tenet Bald. in cap. 1. cum autem, num. 1. de contrones. inuestit. in vltimo sensu. Sed in nostra lingua materna significat tantum permutationem, de cesari ciertas, & seldalata, vt dicitur in d. l. 1. T. ass. conuante se llama trueco, y cambio: præterquam in materia numorum: quia in his licet cambia sint pecunie in genere, & incerte, & sic nominentur permutationes, nihilominus tamen vocantur cambia, sed de his cambiis nec gabella debetur, vt in l. 34. tit. 18. lib. 9. nec de eis est nobis hic agendum.

Cum vero promittimus dari aliquid in genere veluti eorum, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura, erit contractus innominatus generalis do vt des: vnde hi duo contractus specialis, & generalis, do vt des, non differunt natura rerum, quæ commutantur, sed tantquam genus & species. Nihilominus tamen ea, quæ natura sua sunt generica, & consistunt in pondere, numero & mensura, possunt promitti in specie, veluti cum eorum aliqua quantitas promittitur, quando sunt certa & designata: Como el trigo que esta en la traxera, granero, y el vino de tal cuba, o tinaja, & hoc potest petire genus autem minime, vt in l. si in rem & ibi glo. C. si certum petatur, cum similib.

Imo, & nonnisiquam pecunia, quæ potius respicit functionem in suo genere datur, vel promittitur vt species certa, & ipsa pecunia certa sit, & demonstrata, sed est certus, de legat. 1. & l. plane, §. sed est eadem, ff. eodem titulo.

Per contractum, & ex dictis promitti potest in genere, homo, bos, equus, domus: & quia promittitur in genere, & non in specie designata, erit contractus innominatus generalis, & non permutationis: vt per Doctores in dict. leg. 2. in princip. ff. si certum petat. & in leg. 1. Cod. de rerum permutat. & in l. 1. titulo 9. p. 5. & ibi Gregor. Lopez.

Ideo autem diximus, genus promitti posse, quia ipsum non datur, nec dari potest, nec possidetur, Iason. in l. adita actio, numero 11. Cod. de adend. vbi quod ideo in eo non cadit in rem actio, & cum peruenit ad implementum generis promissi, iam definit esse genus, & est species certa in individuo, leg. cum incertus, ff. de legat. 1.

At hoc igitur, vt contractus, qui geritur sit permutationis, res, seu species promissa vel data, debent esse certa, & signata tempore contractus, & in eo: genus autem nec recipitur, nec possidem, nec est in vllius dominio, vel loco circumscriptur, Bar. in l. quod legetur, ff. de iudic. & in l. 3. in princip. ad fin. Cod. comm. de legat. & prædistingtionem facit glo. in d. l. c. de rerum permutat. in verbo, postulat, vbi ab omnibus approbat gloss. etiam in l. 1. verbo nonen sumo, ff. de rerum permutat. & constat ex l. x. tit. 6. par. 5. & in l. ratione la segunda, §. diligenter, ff. ad legem Falcid. & tenet Angel. Gomez lib. 2. variar. resolutio. cap. 5. in fin. etque communis opinio, vt plures referens testatur Menel. in dict. leg. naturalis. §. & si quidem numero nono, & Parladot. libro primo. rerum quotidianar. cap. 3. §. 3. n. 33.

Hic sic præcognitis, nostræ questionis principali respondemus, quod ex contractu permutationis do vt des hoc est, quando species certa datur pro specie certa, proculdubio gabella debetur, vt in nostra l. 2. titulo 17. hoc libro nono. Si vero conueniat, vt datur vnum genus pro alio, veluti vinum pro frumento, est contractus innominatus, do vt des: & idem si conueniat, quod datur species pro genere, & tunc, quamvis lex nostra videatur nuncupatum loqui in contractu permutationis, & sic quando res certa, & designata pro alia huiusmodi datur, nihilominus in hoc generali contractu, do vt des, idem statuendum iure est, nempe, vt ex eo debeat gabella, quia per eum postea peruenitur ad specialem contractum permutationis, nempe, quia cum peruenit debet ad implementum: res certe tradendæ signantur, quia genus ipsum dari non potest, vt supra probauimus.

Acedat quod lex nostra Regia non vitur vocabulo permutationis, sed nostro vulgari, *trunque*, & apud nos communis loquendi usus, qui attendi debet, ut in l. *Labor cum similibus*, ff. de *supellect. legat.* habet, ut hoc nomine, *trunque*, omnes illi contractus innotinatio do, ut des comprehendantur, non enim alio appellantur nomine, & generaliter præcipit nostra secunda: *Que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras, &c. se pague alcavala, sicut & comprehenduntur sub verbis, quibus, quod idem sonat, ut resoluuit D. Conar. de numismat. c. 7. n. 4. versic. bno save ratione*, & est expressa l. *in ibi*, la primera, tit. 6. par. 5.

10 Tercio, quia secundo maiore sententiam vera permutationis fit in quibuslibet rebus, siue certis, siue incertis, speciebus, sicut genericis, ut resoluuit Pinell. in *rab. de rescind. vendi.* 2. p. 1. n. 10. Padilla allegans in l. *naturalis*, §. *si quidem*, n. 9. ff. de *prescrip. verb.* & Laffar. de *desim. vendi.* c. 7. n. 7. pro quibus videtur text. expressus, in §. *item permutationis*, ubi, *vinum sibi comparasse aut, permutatis quibusdam rebus, instituta de emp. & vend.*

11 Quarto, quia lex *102. del quadero de las alcavalas*, ex qua sumpta fuit l. nostra secunda, *huim tit. 17. lib. 6. collect. Reg.* voluit fraudibus obviare, ut ipsam inquit in sua præfatione, ex qua causa finalis colligitur, ubi: *Porque en los trueques que se hazen en endren algunos el alcavala, y no la pagan, mandamos, &c.* dispositio autem, que fit ad obviandas fraudes, est favorabilis, lateque debet interpretari l. 1. §. *pecunia*, ff. de *calumnias*. etiam in materia odiosa, cap. *si ciuitas*, de *sententia excommunicat. lib. 6. Actio. consilio 2. numero. versic. ad secundum, consilio 77. col. 6. in fin. & consilio 80. columna penult. in fin. n. volum. 1. C. *tenet. de antiquitate tempor.* 4. par. *questio de indempto. numero 8. 9. & 10.* Quæ questio est in fine libri.*

12 Et in terminis nostre questionis hanc opinionem tenet Ioan. Præad. *di. cap. 3. §. 3. numero 33.* & Laffar. *vbi supra, numero 7.* Girond. de *Gabell.* 9. p. 5. *omic. n. 3.*

13 Limitanda tamen est hæc sententia, quando non datur res pro alia re, sed alteri do rem, ut eandem rem Titio det post aliquod tempus, iuxta l. *quoties*, cum *similibus*, in C. de *donat. que sub mod.* vel etiam si tibi centum dederit, ut ex eis Titio des quinquaginta: vel si dederit tibi fundum, ut ex eius fructibus des tibi decem annua, iuxta l. *final. C. de rerum permutat.* Etenim his casibus licet negari non possit, quin innominatus contractus celebretur, do vt des, nullatenus permutatio dici poterit, sed pactum quodam rei interuentu veltum, iuxta l. *legem cum materia. C. de pall. ac* proinde ex eo gabella non debetur, cum in hac specie res pro alia re non datur, quæ est permutationis natura & substantia, ex d. l. 1. *part.* Secus autem si rem do, ut eandem, vel eius partem alij, vel mihi des, ex prædictis Laffar. *d. c. 1. 7. n. 7. ad finem.*

14 Sed & aliam limitationem colliges ad præd. resolutionem de contractibus innominatis, do vt des, ex *Parlador. vbi supra*, nempe cum genus pro eodem genere datur, nempe vinum pro vino, quia tunc est contractus mutui, ex quo gabella non debetur.

Sed profecto generaliter nimis, atque indistincte loquutus est author hic, imo, ut inquit Laffar. *di. cap. 17. numero 9.* inadverte enter contra text. in l. *hac nostra Regia. 2. titul. 17. libro 9.* ubi: *Que hizieren de vnas cosas a otras semejantes, o no semejantes*, idem voluit Laffar. in *sebol. ad di. leg. 2. num.*

4. Quare idem Laffar. *di. n. 9. cum sequent.* late disseit articulum hunc, & distinguit, ex coitis dictis hæc summaria, & vera in eo iudicio colligitur resolutio.

Quotiescunque vnum, vitium, vinum, vel similit. pro alio datur, tunc alicuius commodioris nature, vel qualitatis, que licet genus non mutet, facit tamen illud alteri ex contrahentibus vtilius esse, quam suum, & alter malit aliquid quam suum, est vera permutatio, & ex ea gabella debetur, ut in l. *hac nostra leg. Regia. 2.*

Secus erit dicendum, si mutare partes volumus in qua specie procedit, & loquitur doctrina Bartol. & communis in l. 2. in *principio. numero 6. ff. si cert. in pri.* dum inquit, esse hunc contractum mutui, sed autem si ex verbis, & mente contrahentium appareat, alium contractum in præd. specie hinc voluisse, secundum Dec. ibidem *num. 11.* Alexand. *in versic. & omnia tracta* per Bart. *Vnde est*, ut si partes non quidem mutuum, nec permutationem gerere voluerint, sed depositum, locationem, vel condictionem, aut dotis dationem, vel mandati, is contractus indicandus erit, quem constituit partes celebrare voluisse, & de venditione, & permutatione debebitur gabella, de ceteris vero contractibus misime, nisi in fraudem gabelle fiant. Principalis igitur contrahentium mens, & intentio inspicienda, & attendenda est in hac materia, ut iuxta eam iudicemus, quem contractum partes gerere voluerint, & an gabella ex eo solvenda sit, vel non, ut latius persequitur Laffar. *vbi supra*, exempla fingent in praxi *vbi.*

De ceteris vero contractibus innominatis, veluti do vt facias, vel facio vt des, vel facio vt facias, gabella non debetur, nec solvenda erit, quia nec sunt emptiones aut venditiones, & magis ad naturam locationis & condictionis accedere videntur. *di. l. naturalis*, *sub cum do. ff. de prescrip. verb. ita tenent Parlador. vbi supra nu. 34. ad fin. Laffar. num. 25. Girond. num. 3. & Azueud. in di. l. 2. n. 11. & 12. tit. 17. hoc lib. 9.* ¶ limitat Laffar. l. principaliter celebraretur contractus innominatus do vt des, & in consequentiam veniat factum, & erogatio expensarum, veluti in donatione, mutuaque rei debita, & exacte translatione ad inuicem facta inter pacificos, tunc enim cum illa mutua concessio non veniat in consequentiam actus exactio-nis, sed ex principaliori & vtiliori pacto, non debet occultari, nec potest iste contractus do vt des sub altero contractu facio vt facias, quin illius prioris rationem habeamus ad solutionem gabelle, de qua agimus, iuxta decisio. di. l. *Regie. 1.* quæ in specie ampliat, quod modo docuimus, gabellam, scilicet deberi ex contractu innominato, do vt des nempe vt procedat, etiam si in consequentiam veniat, & contineatur factum ad executionem principalis contractus, do vt des.

Deinde, & tertio pro intellectus, & praxi nostre l. *Regie. 1.* quæ de permutationibus gabellam esse solvendam præcipit, observandum erit, quod ex rebus permutatis gabella solvenda est, iuxta cuiusque rei æstimationem per bonum vitum faciendam, qui est ipse index, vel alius, quem ipse designauerit iuxta tradita, in l. *continuum*, §. *cum ita ff. de verb. obligat.* & in l. *37. titul. fin. part. 7.* qui index competens in materia gabellarum, & vt ordinarius cuiusque loci, ut patet ex l. 1. *titul. 9. libro tertio, nona collect. Reg. & l. 2. titul. 7. hoc libro nono.* In l. *hac nostra l. 2. ibi: O jnez, que concier de la causa de la dicha alcavala*, quod procedit secundum Azueud. *in*

in *di. l. 2. 48.* etiam si sit index pedaneus, nam & hic de gabellarum negotiis cognoscere potest, ex *di. l. leg. 11.* ¶ Quod si ipse index æstimare velit, cum vt vir bonus alearit, bonos viros debet consultare petitos in arte, ut ita sententiam ferat, ex l. 23. *tit. 4. part. 3.* & traditis per *Azueud. in tractatu de excepti. numer. 37. in versic. ino & aliud.* & in terminis probat Laffar. *d. cap. 17. num. 16.* non tamen tenetur erit nullum, quod alias factum fuerit, cum nostra l. *Regia* nullum non requirat, sed simpliciter facultatem tribuat æstimandi iudici, vel nominandi alium vitum bonum qui præd. æstimationem faciat.

Debet tamen, à quouis certum fiat, iusto rei pretio fieri, iuxta l. *pretia rerum, ff. ad legem Falcidianam*, ex dictis per *Dioac. Petez. in l. 2. tit. 23. libro secundum.* Ordinar. & *Duennas in reg. 34.* ex quibus in terminis ita tenent Laffar. in *sebol. ad nostram l. 2. n. 3. in fin. & Azueud. super ea, num. 47.*

13 Quod si index hanc æstimationem facere noluerit, poterit etiam alteri bono viro committere faciendam, cuius dictio cum iuramento stabitur in hac materia, ut in *hac nostra l. Regia*, licet regulariter alius duo periti in arte sint eligendi iuxta text. in *anhenus. de non alienan. aut permut. rebus. Eccl. quod actem ibi, duobus per testimonium*, si modo haberi queant in loco, & notat Anton. Gomez in *terris non variis. v. sol. cap. 3. numer. 28.* & Bernard. Diaz in *regul. 461.* & ibi *Ignat. Salzed. & Azueud. in di. leg. 2. numero 49.*

14 cum sequenti. ¶ Vbi quod cum hic æstimator à partibus approbatus non est, debent partes citari ad eius nominationem faciendam per iudicem, licet in praxi receptum sit, non ex hoc esse nullam electionem & nominationem persone æstimatoris factam per iudicem sine citatione partium, secundum *Conar.* quem refert *libro secundum variis. resolut. cap. 1. numero 1.* requirit tamen, contendit Azueud. *numero quinto citationem partium*, vel earum presentiam ad videndum iurare prædict. æstimatorem, licet non ad prolationem iuramenti ab æstimatori preferendi, secundum *Conar.* *vbi supra conclus. 7.* addit Azueud. *numero quinquagesimo primo, cum sequent.* quod si æstimator hinc inique adhibitus fuerit & æstimaverit in quocunque excessu, poterit lesus petere reductionem ad arbitrium boni viri, *argumento l. si liberatus. ff. de oper. liberi.* & notat in terminis Laffar. in *sebol. ad nostram hanc legem secundam, num. 8.*

15 Et aliud in hac materia speciale, nempe, si æstimator hic eligatur a iudice, ¶ cum alias æstimatores eligendi sint à partibus, ita vt unusquisque suam eligat, idque ita fieri iudex habet, referens sibi nominationem in defectum partis cuiusque, & terti quoque in causam discordie, ut habet communis praxis, quo iura vitimus, secundum *Ioan. Carl. de expen. & melior. cap. fin. num. 19.* refert & sequitur Laffar. in *sebol. ad d. l. 2. numer. 7. cum sequentibus.* & Azueud. *super ea, num. 53.*

16 Denique vaniquisque permutantium debet solvere gabellam valoris rei, quam receperit, quasi ille valor sit pretium rei fore ad similitudinem venditoris, iuxta leg. 1. *ciusdem titul. 17. lib. 9.*

17 Nec præstabit dicere, quod partes in contractu permutationis, quod principaliter gerunt, tantum pretium rerum suarum, seu formale pre-

tium constituent, quibus verbis loquitur in *Iurisconsultus, in l. lege Falcidia 62. in fin. iud. glosa 1. ibi, in prima expositione. ff. ad leg. Falcid.* veluti si rem æstimatam in decem, dedi tibi pro alia re in eadem quantitate taxatam, iuxta l. 1. *C. de rerum permut.* & quæ ibi Doctores notant: non enim ad hanc æstimationem attendendum est ad solutionem gabelle, sed ad eam quam index, vel alius bonus vir, quem ipse egerit, fecerit, dum tamen semper ab initio de rebus permutandis partes tractaverint: adhuc namque non venditio, sed remota vera permutatio contracta intelligitur, sic vt in ea quoque specie locum habeat dispositio *di. leg. 2. titulo 17. hoc libro 9.* iuxta resolutionem *Alij Pinell. in rubr. Cod. de rescind. vendit. 2. par. cap. 1. num. 16.*

18 Secus autem erit, si pretium rei date in pecunia fuerit definitum, & postea ex accidenti in re alia taxata solutio fiat, quia tunc vera venditio manet, iuxta terminos *l. praxi. C. de rescindend. vendit.* sicque vnus rei gabella debebitur, iuxta quantitatem pretij in pecunia definiti, alioquin autem rei date insolutum, pretij venditionis gabella solvenda erit, ut in terminis probat Laffar. *d. c. 17. n. 17.*

19 Quarto, præpendendum erit l. nostre secundæ dispositionem non habere locum, in permutatione vnus rei æstimabilis cum alia re inestimabili, quia ex ea parte gabella solui non debet, ut in terminis tenet *Montalu. in reportio legum ordin. verbo, alcavala*, quem refert & probat Laffar. *di. cap. 17. numero 18.* & prius in *sebol. ad d. l. 2. numero 6.* cum deficiant in hac specie verba nostra legis ibi: *Siendo cada cosa apreciada por lo que vale: Ergo deficiente eius illi positio, iuxta l. 4. §. taliter. ff. de dumm. inst. & doctrinam Bar. communiter approbatam in §. *praxi aut eisdem l. final.* addit Laffar. quod in hoc casu nemo ex contrahentibus decimam debet. ¶ Is enim, qui sepulchrum dedit, gabellam non soluit, quia etiam si pro pecunia dedisset, quasi vendens, eo iure non tenetur, propterea quod locus ille facer ad sepeliendum destinatus vendi non potest omnino, atque ideo tanquam ex venditione nulla gabellam non deberitimo, nec ille, qui rem prophanam dedit pro iure sepulchri: quia vltra quod nullus est rei spiritus in permutatione cum re prophana, iuxta text. in l. *fin. Cod. de rerum permutation.* res à se recepta æstimari non poterit: qua ratione licet valida sit permutatio rerum spiritualium iuxta *glos. & Doctores in cap. ad questiones de rerum permut. & gloss. in cap. super eo, de transact.* ex ea permutatione nempe sepulchri cum alio sepulchro, vel capella, non deberent gabella, quia neutra res æstimari poterit per supra dictos.*

20 Quinto observo, quod si rem, quæ alias vendita innotinatio esset à solutione gabelle, in pretium rei sine alter ex contrahentibus recipiat, non ideo rei illius privilegio excusabitur, veluti si funtum desecto pro equo ornato, sella & freno, vel libris, aut alio ex enarratis in l. 34. *titul. 13. hoc lib. 9.* quibus potius secundum æstimationem, & hinc bromium valorem gabellam solvam, iuxta *di. l. 1. id enim privilegium locum habet, quando res illæ in contractum veniunt, ut mere non vt pretium, atque ita debet intelligi, & limitari dict. l. 34. ut inquit Laffar. *vbi supra num. 19.**

S V M M A R I A.

- 1. Gabella una an duplex debeat, quando ex una parte res aliqua, sine specie datur ex altera vero pretium, & res aliqua & numero seq. & de tantis sit venditio, vel permutatio n. 2. cum sequentibus.
- 2. Punctis an permutatio sit, quando ex una parte res, ex altera vero res, & pretium datur, & multaq.
- 15. Dicit esse contractus non videtur posse dici, ubi unum, id est unum negotium actum est & n. 17.
- 16. Vna cademque res non debet diuerso iure censeri, & n. 18. quomodo sit intelligendum.
- 19. Falsaria nulla sit a pari.
- 20. In materia equalitatis, nulla maior ratio considerari potest, ut unum plures habeatur, quam aliterum.
- 21. Gabella debetur in diuersis attentis l. 2. tit. 17. lib. 9. coll. Reg. in ipso titulo huius quæst. 3. sed contra n. 22.
- 24. L. 3. tit. 18. lib. 9. non collect. Regia quatenus ipsa decidit, quod de pecunia numerata non soluitur gabella in his casibus.
- 25. Gabella quando debeat de pecunia numerata, & quando non eodem n. 24.

Q V Æ S T I O XXX.

An duplex, vel vna tantum gabella debeatur, quando ex vna parte res aliqua, siue species, ex altera vero pretium & alia res datur?

Quamuis de hac questione supra agere decreueram q. 21. nihilominus hinc, ut proprio loco ipsius eam reuoluimus & dicimus, pendere ab altera, an scilicet in hac specie censetur celebratus contractus permutations, an emptiois & venditionis? In priori namque casu duplex gabella debetur, tanquam ex permutacione, ut in l. 2. tit. 17. lib. 9. In secundo vero vna tantum, tanquam ex venditione, ut in l. 1. tit. 17. lib. 9. Necessario igitur resolunda q. præd. quam secutam decidamus.

Ad rem igitur deueniendo communis resolutio Doctorum est, ut contrahentium mens, & verba in hoc inspiciantur, nempe, ut si vendere & emere voluerint, venditio sit, quod si permutandi animus, intentio fuerit, permutatio esse indicetur, præcipue cum agitur tantum de eadem partium contrahentium præiudicio, ut tenent Ioan. Cardinal. Florent. Panormit. & alij in ead. questione de rerum permitt. Bar. Bald. in l. si in emptione, per illam text. ff. de contrah. empt. Bart. in l. Aristo, n. 2. ff. de donat. sequitur plures referens, de retrah. lig. §. 30. gloss. 1. n. 2. D. Conarr. lib. 2. var. resolut. cap. 4. n. 9. Anton. Gomez lib. 2. var. resolut. cap. 2. n. 10. Arias Pinel. in rubr. C. de rescind. vendi. l. 2. p. cap. 1. n. 1. sequitur etiam & probat, atque communem esse profectus, plures referens, Matien. in l. 7. tit. 11. gloss. 1. o. m. 2. 3. & alij non collecti. Reg. communem etiam resolutur. l. 1. tit. de decim. vend. cap. 17. n. 22. & Molin. Tricol. de iust. & iur. 2. o. m. diffinitione. 336. col. 498. verus est, ambiguum est.

Coniure autem dicunt, quod principaliter partes intendam, ex nomine contractus ab eis

expello, ut si permutacionem dicunt, sit permutatio: si emptioem emptio, secundum Paul. de Cast. in dicit. Aristo. n. 2. in fin. cum sequen. Abb. in dicit. cap. ad questiones, n. 2. voluit Bar. in l. eorum. §. qui taximus, in §. quæst. n. 2. ff. de pub. lic. & veris, & probat Titaque. alios allegans ubi supra, n. 7. & de Matien. n. 4. post Arrium Pinel. ubi supra, n. 2. qui numer. 3. appellat eam receptissimam conclusionem.

Nisi talis nominatio repugnaret nature conventionis, seu deinde in conventionem, & nomen expello: tunc namque potius inspicitur natura, & effectus actus, quam nomen a contrahentibus impostum, l. infulam. ff. de rescip. verb. l. si alij cum ibi notatis. C. locat. l. si vna in princip. ff. eodem tit. ubi, ita dicitur Oled. d. conf. 139. ad habendum, col. 1. Decius in auben. ex testam. n. 6. veris, sed certe. C. de collat. Bar. dicit. 1. 4. n. 2. post mod. Trag. d. §. 30. gloss. 1. n. 11. & 12. §. 2. ff. de iur. iur. 24. Matien. ubi supra, n. 1. qui n. 6. post alios, quod tunc dicitur repugnare nominationi partium nature contractus, quoties pecunie excessus sit magnus, qui excedat valorem rei ab eodem date, quia tunc censetur venditio, etiam si contrahentes expriment permutacionem, idem e contra, si excessus rei sit ad pretium, quia tunc erit permutatio iuxta communem præd. Doctorum sententiam, quam etiam cur alij profiterentur, Mol. Theo. ubi supra, col. 498. tamen si contrarium iure probet aduersus receptam præd. declarationem Pinel. ubi supra, n. 11.

Penam maxime communis præfata sententia procedit, si agatur de præiudicio tertii, vel utriusque respectu retractus, (vel filii in nostra materia gabellarum) cuius magis interit, quod venditio potius, aut magis permutatio esse intelligatur illa conventio: tunc namque ne fraus aliqua tertio fiat per nominationem partium, magis inspicendum est, quod re vera agitur, quam quod a partibus simulate concepitur: puta, si ex venditione debeat gabella, vel latissimum, non vero ex permutacione, vel e contra: vel in venditione sit locus retractui, non vero in permutacione, prout apud nos extat de hie. 7. tit. 11. lib. 5. non coll. Reg. ita ex aliis resolutis Tirsequel. d. §. 30. gloss. 1. n. 1. & 12. D. Conarr. ubi supra, n. 9. & Anton. Gomez d. n. 10. & Pinel. ubi supra, n. 3. dicens, esse communem: quod etiam profiterentur, Item sequenti, Matien. n. 6. & Lassari, n. 2. ubi supra, & Molin. ubi supra, col. 499. Videt cum in nostra materia de iure tertii dicitur, nempe filii pro gabella adquirenda vna, vel duplici, magis inspicendum est in ea quæst. quod re vera agitur, quam, quod a partibus dicitur.

Habemus igitur ex præd. primam casum verus. 7. que quæst. & is est, ut attendatur contrahentium mens, & verba an vendere, vel permutare voluerint, ut in primo casu venditio sit, vnaque gabella debeat: in secundo vero permutatio duplexque gabella ab ea debeat, iuxta decisionem. d. l. 2. tit. 17. lib. 9. nisi alias nominatio repugnare nature conventionis: tunc namque magis inspicenda est natura, & effectus actus, quam nomen a contrahentibus impostum, nec tertio præiudicium fiat.

Secundus casus est, quando contrahentes non expriment non contractus, & tunc, qui contractus sit, indicatur ex eo, quod plus est (vel ille notabiliter) vel res data plus valet, quam pecunia, quæ simul cum re datur, censetur permutatio: si vero pecunia excedat, dicitur venditio ita tenent,

tenent, ac probant DD. communiter in dicit. cap. ad questiones de rerum permitt. per illum text. & plurimos congerens Tiraque. dicit. §. 30. gloss. 1. n. 9. ubi dicit Conarr. D. Conarr. Anto. Gom. & Pinel. ubi supra, l. 1. tit. 6. par. 5. & ibi Greg. Lop. in gl. 1. & alios allegans Matien. ubi supra, n. 7. & Lassari. ubi supra, l. 2. tit. 17. lib. 9. in vers. igitur, & communem eam sequitur profectus Molin. ubi supra, col. 498. Quo fit, ut in nostra materia quo casu permutatio sit, duplex gabella debeat: quo autem casu venditio vana solui debeat ex prædictis.

Tertius & ultimus casus in specie proposita superest in dubio quando res, & pretium per omnia paria sunt, & eundem estimationis, ita ut neutrum alteri præualeat, seu perponderet: tunc quidem DD. maxime variant: Bald. etiam in præd. sent. col. 4. ver. se pro intellectu. horum. n. 11. censuit, eo casu venditionem potius contrahi, quam permutacionem, quæ plures alij sequuntur: Ac contra, quod permutatio potius sit quam venditio communiter, & receptor est sententia, ut constat ex Tiraque. ubi supra, n. 13. cum pluribus sequent. & id affirmat Matien. ubi supra, n. 8. post Pinel. etiam ubi supra, n. 5.

Quæ equalitas & pretij in puncto esse non debet: officio namque quod differentia non sit notabilis, vel considerabilis, ut censo, argumento l. in modis. ff. de contrah. emptio. 7. & prædicta receptor sententia necellario intelligenda est, ex mente scripturam, quando partes non expriment certam nomen contractus: alias enim iudicaretur conventio, iuxta specialem nominationem contrahentium, tunc namque non dicitur res esse in dubio, nisi res, pro qua datur alia & pretium simul existit venialis, quia tunc contractus censetur emptiois, non vero permutacionis, vel nisi pecunia detur nomine pretij, quia censetur emptio, ut ex aliis probat Pinel. ubi supra, n. 6.

Retenta igitur in præd. receptione sententia, debetur duplex gabella in hac specie, ut ex permutacione.

Verior tamen contra communem videtur aliorum multorum opinio in hac specie, de qua supra n. 9. ut duplex censetur contractus, vna emptiois & venditionis pro media parte, alter inmodum permutacionis pro altera dimidia parte, cum æquales sint utriusque pecies, & pecunia, arguente l. Larius ff. de præscript. verb. l. si sponsum. 3. circa. cum hie status sponsum. ff. de don. inter virum & uxorem. Aristo. ff. de donat. ita Alciat. in l. 2. in prin. numero 30. ff. si certi. per. & in aliis locis reclaris & Tiraque. dicit. §. 30. gloss. 1. n. 18. qui n. 40. & 41. eam comprobat & videtur sequens: sed & Alciat. in hoc probauerunt D. Conarr. lib. varior. resolut. cap. 3. n. 9. verus tamen est, ubi alios citat, & Arias Pinel. (responsum argumentis contractus Louerij) in 2. par. Rubric. C. de rescip. vendi. c. 2. n. 8. & 9. ubi quod hæc opinio præcipue procedit, quando ex huiusmodi contractu potest ius deferri tertio, prout est notabiliter casus gabelle: & Matien. ubi supra, n. 8. ad fin. necnon & Lassari. d. c. 17. n. 21. ad fin. quæ sententia in puncto iuris verissima & tenenda videtur, nec non & in præd. cum sit etiam recepta, & magis veritati consonet, & tanquam diuisiogens inter alias diuersas, nec non & quia in dubio contra gabellam indicandum est, ut resolutissimus supra q. 9. n. 10.

Imo fit et ea recentia, quatenus & ex qua parte venditio est, vna duntaxat gabella debeat: a

venditore soluenda, ut in l. 1. tit. 17. lib. 9. ex parte vero, qua permutatio est, duplex gabella lona debeat ab utroque, scilicet, contrahente ex lig. 2. eundem tituli, & libri.

Nec contra hanc veniorem sententiam facit, 15. quod cum vnum tantum negotium actum sit, non videtur posse dici quos esse contractus, ut in simili dicitur in l. 2. §. 1. ff. locat. cum similibus congestis per Tiraque. ubi supra, n. 19. neque t. vna, & eadem res debet diuerso iure censeri, ita, qui ad h. ff. de usu. cap. cum aliis congestis a Tiraque. ubi supra, n. 15. & 39. & iterum §. 1. §. 1. n. 11. & latius in l. si unquam, verb. dominice largitus n. 12. in vers. tertia ratio. C. de vend. donat.

Ad primum namque respondemus, dicitur hic contractus in hac conventionem veniunt, nempe emptiois, & venditionis, atque permutacionis: Quare non minus separandum est, quod ius ipsum censetur separatum nempe partem rei venditæ a parte permutatæ, & in aliis casibus mixtis, idem Pomponius h. ff. si plumbum, & ibi gloss. de rei vendit. & in casu d. ff. sponsum, generaliter, & ibi gloss. de donat. inter virum & uxorem. & L. 1. tit. 17. lib. 9. quid ergo, ff. de usufruc.

Ad secundum, quod regula communis sumpta, ex ad. cum qui adit, cum similib. nempe vnam ea idemque rem non debere diuerso iure censeri, procedat, quando nulla differentis ratio adest: sed si diuersa ratio in parte eiusdem rei considerari possit, quam in altera parte: itaque diuersis respectibus, diuerso iure censeri potest vna eademque res, ut in simili §. pro parte ff. de legat. 2. & in l. hinc quæritur. §. 1. ff. de pecul. Abb. in cap. cum in via ad fruem, de decim. & multis aliis iuris locis probat Tiraque. dicit. §. 1. n. 21. cum seq. & Pinel. plures allegans, ubi supra, n. 9.

Merito igitur, quod sententiam Alciat. & ab aliis receptam probauerunt: & quia nulla victio sit a parte, ut in l. 1. tit. 17. lib. 9. de usu. n. 7. Denique, quia in materia equalitatis nulla maior ratio considerari potest, ut vnum plures habeatur, quam alterum, argumento text. in l. generaliter, verus h. ff. de fideiussor. i. cum dua sine eiusdem potestatis, non potest reperiri, quam altera potius altera consuetudine.

Hæc præcedens casum distinctio, atque resolutio, quo ad gabellæ debitum & solutionem, iure communis attentis, recte procedit, vt potest deducta a communibus, & veris iuris traditionibus, quoad diuisionem contractuum emptiois & permutacionis, quibus standum est, quo ad cognoscendum, quæ contractus censeri debeat celebratus in specie huius questionis principis.

Ceterum, quoad debitum & solutionem gabelle, hæc correctæ videtur præfata distinctio, ac probe inde iustitiam tenent, ita attendita nostra l. 2. tit. 17. lib. 9. cuiusque generalitate, ut quosque eamque res aliqua pro alia res datur, siue pecunia non sit, siue ipsa interueniat quomodocumque principaliter, aut accessorie, ut vt iuxta eiusdem regulas permutacionis, adhuc contractus maneat, aut propter pecunie interuentum in venditionis contractu transeat: conventio, ex venditione gabella debeat, iuxta iudicalem estimationem, ut generaliter decidit dicit. 1. ibi. Quæ interuenit in ello diuerso modo: quibus verbis supra habemus disputationem & distinctionem voluit penitus dirimere, atque destrucere, ut si iudicium meum dederit tibi pro mille autis, & vno seruo, vel fundo centum aureorum, pro vobis dicitur huius quod quamuis eo casu ex præd. Doctorum resolutio, non

permutatio, sed vera emptio & venditio à parte contrahentium. et quod pretium sine pecunia rei simul dare præponderet, duplex adhuc gabella solvenda. si nempe ex utraque re, iuxta iudiciale estimationem: & ita fiet, quod nedium venditor decimam, sive est gabellam solnet nulle aureorum, quos recepit, & estimationis quoque fundi, seu servi simul cum ea pecunia recepit: sed & emptor quoque pendere debet gabellam fundi, seu servi quem dat, quasi in ea parte permutare potius, quam emere censetur, iuxta d. l. 2. que sic indistincte debet intelligi & praticari, secundum Lassar. d. cap. 17. num. 13. qui non solum hanc opinionem tenet, & nu. 24. explicat qualiter in hoc casu ab uno quoque contrahentium Regalis hæc decima solvenda sit eadem opinione novam Lassar. sequitur Molin. ubi supra col. 500.

Ego vero nihilominus etiam attentæ nostræ præd. l. Regiæ adhuc præbo, præfatam distinctionem calum, etiam quoad debitum & solutionem gabellæ, cum videlicet præfata nostra l. 2. simpliciter loquatur, nec aliquid exprimat nuncupatione de æqualitate rei & pretii simul datorum, pro altera re, nec an pecunia principaliter interveniat, aut accessorie, sed tantum disponat & præcipiat: *Que de todas las cosas que se hicieren de otras cosas a otras, semejantes, y semejantes, que intervenga en ello dinero no que de todo sepague el alcaval, &c. siendo cada una cosa tal y para lo que vale.*

Hæc namque lex intelligi, & interpretari debet iuxta ius commune, nempe, quando etiam si interveniat pecunia, nihilominus est contractus permutationis, ut patet ex ipsa lege, ubi, dum loquitur *De todas las cosas que se hicieren de otras cosas a otras, &c.* Ergo, quando iuxta iuris communis dispositionem, & doctrinas communis Doctorum non fuerit contractus permutacionis, sed emptio & venditio, nec lex loquitur, nec eius dispositio locum habet, quia ubi non habet, non operatur, & non infertur. *in l. 1. de iur. iur.*

Quando igitur pecunia accessorie venit in huiusmodi contractu ad rem, non egreditur formam permutacionis, & debet sequi rem, tanquam suam principale, ac ideo erit contractus permutacionis, si in emptio, in princip. ff. de contrahen. emptio. Si autem pecunia esset principalis, abundum foret dicere, quod sequeretur rem vilem, aut minoris valoris: quæ accessoria quod enim pretiosius, attendi debet. Ridiculum namque esset tantæ summe accedere, ut inquit iustitiam consultus in l. 1. in fine in princip. ff. de adist. edict. et sicque corrigere, si fundi partem ff. de contrahen. emptio. quod iudicat partem pretii venditionis esse pactum accessorie illi coherentem cum præfata pretii: quod inquit est dicendum, sed imo potius in dubio evitanda est correctio, cap. cum expedit, de electione lib. 6.

Lex ergo nostra Regia secunda, de qua agitur tit. 17. hoc lib. 9. intelligi non debet de contractu composito duarum rerum eiusdem potestatis & valoris, ubi non potest repetiri, cui una potius, quam alia consummatur, ut in generali ter, vers. si veque enim, ff. de fideiuss. & multo minus, quando pretium præstat speciei datæ: sed tantum quando species data præstat pecunie etiam datæ, & sic quando pecunia ipsa est accessoria, res autem principale, à qua denominatur contractus, nempe permutacionis.

Non etiam obest l. 3. del quadero de las al.

canalar, que hodie est, l. 3. tit. 18. lib. 9. disponens, quod de pecunia numerata non solvatur gabella, quia procedit, & loquitur atque intelligi debet, quatenus pecunia numerata consideratur, ut vendita ex parte dantis: sed vero quatenus pecunia fungitur vice pretii ex parte eam recipientis insolutum rei sue, & ideo eam recipientem, ut pretium verum in pecunia numerata, solnet gabellam tanquam venditor: Observanda igitur erit adhuc attentæ nostræ l. Regiæ præfata distinctio casuum, quo ad debitum & solutionem gabellæ, ut prædicimus, & scienda opinio contraria Lassar. atque intellectus ab eo assignatus ad d. l. 2. & tenendus ut verissimus, quem modo eidem l. 2. assignavimus, per quem vitatur iuris communis correctio, saluo saniori iudicio alicuius rectius sententis.

SUMMARI A.

1. *Quæstio an debeatur ex contractu dari aliquid in specie pro pecunia?* & no. legq. affirmative resolutur, & indistincte num. 1.
2. *Emptio & venditio contractus est, cum pecunia datur pro recipiendo sermo: sed si partes utantur verbis dare, quia tunc erit contractus innominatus, scilicet, contrahentes expresse cum venditionem appellant, quia tunc quod est in nomine, præsumitur esse in re, ut in n. 4.*
3. *Venditio ex sui natura non obligat necessario ad transferendum dominium.*
4. *Translatio domini, licet non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate.*
5. *Vendens seruum debet seruum tradendum, non dandum, quia species est in obligatione, non factum.*
6. *Obligatus actione ex emptio non dicitur obligatus ad præsum factum, sed ad mixtum, ubi, quomodo hoc intelligatur.*
7. *Pretii appellatione in dubio præsumitur contractus emptio & venditio, ibid.*
8. *Quando illud, quod pecunia datur, est quid genericum, consistens in pondere, numero, vel mensura, verbum dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem.*
9. *Destinatio rei venalis operatur, ut contractus eius sequens censetur factus iuxta destinationem præcedentem.*
10. *Verbum dare in nostra lingua Hispana est commune, & indistinctum ad dationem & traditionem, eoque promiscue utitur, & quid de iure communi, nu. 13.*
11. *Venditio est, quando pecunia datur pro specie, non ut pretium contra Bald. distinguendum in hoc.*

QVÆSTIO XXXI.

An ex contractu, & obligatione dandi rem aliquam in specie pro pecunia, debeatur gabella?

Quæro deinceps: An ex contractu, in quo quis obligatur ad dandam rem aliquam in specie, ut alter det illi pecuniam pro ea debetur gabella? Dubium facit, quia licet, quando pecunia

pecunia datur pro recipiendo seruo, sit contractus emptio & venditio, ut in l. 1. de iur. iur. & si quidem ff. de prescrip. verb. hoc tamen verum esse intelligunt interpretes nostri, præterquam si partes utantur verb. dare, ut in nostra quæstione: Tunc enim dicitur esse contractum innominatum non vero esse emptio aut venditio, l. 1. ff. de cordis. caus. d. 1. 2. & ceteris rei talis est: quia enim vendendo obligatur, solum tenetur, tradere rem venditam, licet eius dominium non transferat in emptorem, l. exemptio, ff. de action. empt. Sed, qui obligatur ad dandum, tenetur dominium transferre, alioquin non implet promissionem suam, & ideo, quia obligatur ad ipsam tradere, contractum innominatum efficere videtur, non vero nominatum emptio & venditionis, ut per Doctores in d. l. 1. ff. de cordis. caus. d. 1. 2. ff. si certi. petatur.

Nihilominus tamen ex huiusmodi contractu gabellam deberi, atque soluendam esse censo: sine sit contractus emptio & venditionis, sive innominatus do ut des, quia de utroque gabella debetur, ut in l. 1. ff. de iur. iur. 17. hoc lib. 9. Nova Collectio Regiæ, iunctis iis, qui supra resoluimus, quæstion. 29. ubi probavimus, ex dict. leg. secunda, ex contractu generali, do ut des, deberi gabellam: nam de speciali contractu permutacionis nulli dubium est, ipsam deberi, sicut ex venditione.

Sed pro intelligentia rationis dubitandi supra posite obvietandum erit præmissum contractum procedubio esse emptio & venditionis in quatuor casib. infra proximis.

Primus est, quando contrahentes, expresse eum contractum venditionis appellant, vel venditionis meminerant, ut probavimus supra eum communi, q. 30. m. 3.

In dubio enim, quod est in nomine præsumitur esse in re: lingua namque est nuntia cordis, iuxta late dicta pro Bal. in quæstione schismatici. ff. si quis alig. re. in. prohib. & in hoc nomine venditionis fundatur Bart. in l. coram ferro. ff. qui maximo, vers. quinto quæra. numero 11. ff. de publ. & vchigal. dum dicit, standum esse verbis, ut si dico, em, sit emptio, & induceretur secundum naturam emptio: ubi dico loco, sit locatio: necnon, & Pinell. in rubrica. Cod. de rescinden. vendit. in 2. par. cap. 3. numero vigesimo tertio, & vigesimo quinto. dicens, hoc esse de mente Doctorum, scilicet, quod dict. leg. fin. dum probat, quod cum datur pecunia, ut Strichus dicit, non esse contractum emptio & venditionis, procedat in casu dubio, quando alias non intelligitur, quod contractus sit venditio ex nomine, vel alia ratione: sed ubi contingeretur contrahentes agere de emptio, vel ubi verbum emendi, seu vendendi ab eis prolatum fuisset quia tunc vera emptio resultat, & quod ita Doctores committere intelligunt, dict. leg. fin. ff. de cordis. caus. d. 1.

Licet enim venditio ex sui natura necessario non obliget ad transferendum dominium, l. si ea distrahatur, ff. de contrahen. empt. non tamen contradicit naturæ venditionis.

Quinimo licet translatio domini non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate, secundum Rip. in dict. leg. 2. numero trigesimo. Decius in l. certi conditio numero 12. Digest. si certi. petat. & tradit latus Pinell. in rubrica Cod. de rescinden. vendit. 1. par. cap. 3. numero 15. 16. & 17. † Vnde ex hoc inquit Bald. in leg.

unic. numero 61. Cod. de senten. qua pro eo, quod interest præsumitur, quod si vendidi seruum, deberet seruos tradendus, non dandus, quia species est in obligatione, & non factum, † & obligatus actione ex empto non dicitur obligatus ad præsum factum, sed ad mixtum, gloss. & Bar. in dict. leg. certi conditio, vers. sic hoc expostio, quæro, ut cum ex omni. numero. 17. cum seqq. tametsi communiter DD. reproberent eam glossam, ut proficitur ibidem Bartol. num. 20. qui eam saluat num. 21. in eo, qui non est dominus, qui licet possidendo rem teneatur eam tradere, & si est dominus dominium transferre in emptorem: sed si non est dominus, leg. exemptio in principio, ff. de action. empt.

Secundus casus est, quando quantitas pecunie datur sub nomine pretij, quia appellatione pretij in dubio præsumitur contractus emptio & venditio, ut probatur in leg. fin. Cod. de de præd. Decur. libro 10. & ibi gloss. verb. intelligi, Axias Pinell. in 2. p. rubric. cap. 3. Cod. de rescinden. vendit. numero 25. ubi numero 26. quomodo hoc intelligendum sit, & Padill. in l. voluntas, num. 10. & 11. C. de fideicommiss. sed indistincte id probat Alciat. in l. 2. in prin. n. 23. ff. si certi. petatur.

Tertius casus est, quando illud, quod pecunia datur est quid genericum consistens in pondere, numero, vel mensura: in his namque dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem, Bart. & Doctores in l. 2. in princip. ff. si certi. petatur. gloss. in l. si dominus, ff. de evictio, ff. de legat. 1. Quod non tam de natura contractus contingit, quam natura obligationis generis, secundum Paul. de Castr. in dict. leg. fin. n. 5. de condit. cau. dat.

Quartus casus est, quando obligor ad dandam rem quæ alias erat venalis domini destinatione, ut quia eam expostam habebat venditioni: tunc enim contractus sequens censetur factus iuxta destinationem præcedentem, ut probatur ex traditis per Andream Rabecca, de pactis, num. 517. & Bald. in d. l. fin. in 1. oppos. & Pinell. ubi supra n. 23. & Tiracuell. de retract. lignag. §. 1. gl. 24. n. 22. & 24.

Sed quamvis hos casus enumeravimus, nihilominus tamen in specie quæstionis propositæ censo, indistincte deberi gabellam, ut præmissimus, utpote ex contractu emptio & venditionis, cuius naturam alterare non debet adiectio verbi dare in prædicatum recti, hoc est sibi vel gabellarum: Ductum enim esset, quod ex mutatione vobis verbi contrahentes eadem solutionem gabellæ, ita ut præfata l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. verbis, & non rebus esset imposita contra l. 2. in fin. Cod. commun. de legat. & in cap. quanto de privileg. & in cap. commissa de elect. in sexto, fraudibus namque est obviandum leg. cum bi. paragrafo si cum lii. Digest. de transactio. l. fin. §. fin. ff. de suspens. tut.

Denique in nostra lingua Hispana verbum, dare, est commune, & indistinctum ad dationem, & traditionem, eoque promiscue utitur, & probatur in l. 3. tit. 1. par. 4. & communis vobis loquendi est attendendus, ut in l. Labeo cum simul. ff. de suspens. legat.

Præterea præfata distinctio, & differentia inter verbum, dare, & verbum, tradere, ut scrupulosa & magis verbis, quam rebus consistens, per aliquos

aliquos Doctores reiecta est, inter quos sunt Alciat. in dicit leg. in princip. numero 26. ff. si corr. petat. & maxime Hicory. Burgig. ibidem numero 43. Decius in fin. 1. lictor. verji. non dicit. & Cozar. lib. 2. miscell. cap. 9. numero. 5. & Pinel. ubi supra numero 22. tandem dicit verisimile videri, vt decisio dicitur procedat in terminis stictis, & subtilitatibus de apibus inris portus, quam secundum consuetudinem vsum loquendi Superfligitur, vt dicit leg. 1. titul. 17. hoc lib. 9. que loquitur in venditionibus, intelligi etiam debeat in his, in quibus idem effectus reuoluet, quoniam alias fraus esset inenitabilis, vt diximus supra g. 30. num. 6. abique eo, quod alia probatione indigamus in re sic euidenti.

Idem erit probandum, quando pecunia datur pro specie, non vt pretium, sed quia illa res danda est: licet enim Bald. in l. i. colum. 1. num. 1. C. de alio. & obligatio. distinguit in hoc casu, dicens, quod si pecunia datur tanquam pretium, erit emptio & venditio: si vero datur pecunia tanquam causa, erit contractus innominatus: nihilominus tamē in utroque casu erit contractus emptiois, & venditionis eisdem rationibus prædictis præcipue respectu terij, qui est silcus, vel gabellarum conductor.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex pretio libertatis seruo data: & numeris sequens per totam questionem resoluitur affirmatiue.
- 2 Datio libertatis pro pretio non est emptio, & venditio, sed contractus innominatus facio, vt dei. vel. de. et. facias.
- 3 Libertatis est factum.
- 4 Dominium, quod dominus habet in seruo in eundem seruum vt potest, bene tamen in ipsum seruare, & extinguere potest, non tamen eade, nec transmitti potest in num. 3.
- 6 Inter traditam, & recipientem debet esse differentia.
- 7 Libertas domino la. 10. ff. pro emp. intelligitur.

QVÆSTIO XXXII.

An ex pretio libertatis seruo data debeat gabella?

Varo etiam: An dominus serui debet gabellam soluere ex pretio sibi dato ab eodem seruo pro sua libertate? Et videtur ex hoc contractu gabellam debere: quia in effectu, & rei veritate dominus vendere videtur in hac specie seruum (hoc est dominium & seruitutem quam in illo habet pro illo pretio, ac si illum venderet alij, & hic emptor libertatem donaret eidem seruo. Beil. in hoc casu dominus de pretio serui sui venditi proculdubio teneretur soluere gabellam, quia vera venditio tui rei est. Ergo, & in casu questionis. Secundo ex Libertate domino la. 10. ff. pro emp. ubi parus ancille subreptæ, datur domino à seruo pro sua libertate, præscribitur ab ipso domino, titul. pro emptore: quia quodammodo venditio inter seruum, & dominum contracta est: ergo ex ea venditio debetur gabella: Accedat & tertio, quia si aliud diceremus facile fraus committi posset in præiudicium filij, & gabellarij: ergo fraudibus est abutendum, & in terminis

nis ita tenet Girond. de gabell. g. 9. s. 1. num. 1. cum seq. quem refert & loquitur Azeued. in l. 2. num. 3. tit. 17. hoc lib. 9.

Nihilominus tamen in specie nostre questionis præmissa contractum videtur esse dicendum, imo, quod non debella: quoniam contractus hic inter dominum, & seruum non est emptiois venditionis, sed contractus innominatus facio, vt des, vel do vt facias, de quo non debetur gabella, vt supra quæst. 29. num. 18. reuoluimus, & Libertatio enim est factum, text. in 3. sed & tal. & in 5. si quis debitori in l. i. de legat. fact. l. si mandato meo. & quoties 3. mandato tibi faciendi causa scilicet, vt liberet. & voluit Alexan. in l. iuris gentium in princip. non 3. ff. de pact. Secundo, quia, scilicet, dominum, quod dominus habet in seruo, sit vendibile, & transferebile in alium eundem in seruum transferri non potest: non enim possunt in vno eodemque subiecto concurrere dominium, & seruitus sicut nec actio & passio, vt notatur in l. si ex. ma. C. de bon. auct. in p. post. & Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 3. §. 1. num. 56. & bene in huiusmodi dominium, quod dominus habet in ipsum erit refutabile, & extinguibile, non tamen inextinguibile, nec transferebile: & inter rem traditam namque, & recipientem debet esse differentia, vnumque idem, vtromque esse non potest, l. seruis communis, & ibi Bart. ff. de stipul. sermor. Hocque patet fit, quia si in præd. specie soluto pretio à seruo pro sua libertate dominus teneretur ex sua parte adimplere, seruus non deberet petere traditione sui ipsius sed potius libertationem & libertatem, quod est factum, vt probauimus: Atque hic fit contractus facio vt des, vel do vt facias, probatur ex l. iuris gentium in prin. verfi. sed & si in alium ff. de pact. & in l. de d. s. 1. ff. de condi. cau. dat. eum siml.

Ad primum & tertium in contractum adiecta fundamenta, iam patet responsum ex supra dictis: Ad secundum nempe d. l. seruis domino respondemus primo, ibi diuersum factum esse à nostro: Signidem in casu d. lignatur de prescribendo partui, & ancilla surreptiua pro libertate à seruo d. m. nio data, que ibi loco rei vendite habetur, & factum libertatis serui manumissi lingunt vice rei vendite. At quod idem tibi venditius censetur, & seruis sit sui ipsius, est incompatibile postus, atque impossibile: Itaque quod dominus facit in nostra specie, est resolute dominum ex causa pretij sibi dati, non tamen vendere, nec illum in alium transfere. Secundo, quod in casu d. l. seruis, non est venditio, vt constat ex ea ibi, quodammodo: quod denotat impropriam, l. ex autem. 1. tit. 17. hoc lib. 9. loquens de venditione intelligenda est: non vero de impropria, vt reuoluimus supra g. altera.

Nihilominus tamen prior opinio affirmatiua, nempe, vt dominus serui in præmissa specie teneretur soluere gabellam ex pretio sibi dato à seruo suo pro libertate & manumissione sua à domino concessa, tenenda est in iudicando & consulendo ex fundamentis Girond. ubi sup. & precipue ex l. i. in prin. ff. de manum. cuius verba sunt hæc: l. i. qui. suis nuntis emittit, epistula dinorum futrua ab Vrbium Maximam in eam conditionibus redigitur, vt libertatem adpiciatur. Et primo quidem nuntis suis non proprio videtur emptor dici, cum suos nuntios seruis habere non possit. Seruum conuenientibus oculis credendum est sui nuntis cum redemptum, cum non nuntis eius, qui cum redemptis comparatur.

Proinde

Proinde sine expeculo, quo ad venditorem pertinet, siue ex ademptio lucro, siue etiam amici beneficio, vel libertate, vel prorogante eo, vel re-promittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum redemptus succedendum est, suis nuntis eum redemptum: satis est enim, quod is qui emptiois suum nomen accommodauerit, nihil de suo impendit.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex pretio horrei publici distributo inter vicinos à Republica pretio certo quodam constituto, & de usu negatiue testatur Parla. sed non est solida eius opinio, vt in numero. 2.
- 2 De los privilegios concedidos a los postos tambien gozan las que por bien vniuersal de los vezinos del pueblo fueron instituydos, aunque sea por personas particulares y sin autoridad Real, teniendo los tales postos, caudal, arca, y mayordano y ordenanzas, pero no el trigo de las tierras, y rentas de los conuejos o la harina de los molinos en que consisten su propio que no esta destinando para a la provision de los pueblos, sino que lo venden para gastos.
- 4 Gabella non debetur ex pretio horrei publici distributo à Republica inter vicinos pretio, quo constituitur cum expensis.
- 5 Reiores ciuitatis, vel ville sunt administratores eiusdem Reipublice, ipsique & Reipublica idem sunt.
- 6 Tutores & curatores minorum gabellam non debent ex frumento, quod emunt pro alenda minorum familia, licet postea in redditione rationum exigant pretium frumenti cum expensis.
- 7 Frumentum horrei publici, quod perit, vel putrescit absque culpa administratorum, periculo vicinorum perit.
- 8 Maritus emens fundum, vt patet dotali satisfactio non censetur emere nomine suo, nec pro se, sed vxoris & datus assignanda causa, nec aliqua iura ex hoc debentur, vt in n. 10. secus si fundum suum proprium maritus in dotem assignauerit.
- 9 Vbi vnum propter aliud, utrobique est vnum tantum.
- 11 Gabella debetur ex frumento publici horrei venditio exteris, pro quibus comparatum non fuit, vel vicinis cuiusquam constituit.
- 12 Las panaderas que venden pan cozido del trigo que reciben del posteo por precio, y sin el de lo que le dan particulares à amasillar para que se lo bueluan en pan cozido tantos panes por hanega si ellas o el señor del trigo denen alcauala, o no? & num. 13.
- 14 Casus in praxi contingens circa prædicta de casu.

QVÆSTIO XXXIII.

An gabella debeatur ex tritico horrei publici distributo à Republica inter vicinos pretio ab ea constituto.

Varo vterius, concilium ciuitatis, vel ville emittit frumentum para la provision del pueblo, y posteo del albondiga: postea id frumentum, vel aliquam eius quantiam ex causa inter vicinos

partitur, & distribuitur certo quodam pretio ab eadem Republica constituto pro quilibet fanega, an in hac specie, ex hoc pretio debeatur gabella necne?

Et in hoc Parla. lib. 1. ver. quæ. cap. 3. §. 2. num. 53. inquit, quod hoc iure vitium, vt ab eis, scilicet, horreis publicis vectigal non exigatur, quasi rei suæ emptio non detur, l. cum res. C. de contrah. empt. & quia, que in vsum publicos comparata sunt maximo semper iuris fanore, & prærogatiua effecta sunt, l. fin. C. de condi. & public. borr. l. 3. vt nemini liceat se exensare. l. 1. C. de conditione ex l. Ac proinde si exteris frumentum videtur vectigal deberi dicendum esset. Hæc Parla. ubi supra.

Sed quo ad primum assertum Parladorij, nempe, vt non debeatur gabella ex frumento venditio vicinis ex publicis horreis magis id probat vlti, quam iure, præter quam, quid nimis generaliter loquitur: non enim videtur omnino absolutam, quod vicini habeant dominium tritici horrei publici, sed tantum eius vsum pecuniis sibi computandum: quod si prius essent veri domini ipsius frumenti, pretio id non emerent, sed ad libitum possent, vt de re propria disponent, vel id consumerent.

Quare videtur dominium immediatum ipsius frumenti penes Rempublicam eiusque administratores, hoc est concilium ciuitatis, vel ville existere: At quod de vlti affirmat Parla. non semper erit vniuersalis vbique locorum, sed diuersi mores in hoc introducti erunt. Hic Ciuitatem, non soluitur præd. gabella de frumento horrei publici venditio, alibi forsam soluetur. Quare opinio præfata Parlador. non erit solida, nec perpetua in omnibus partibus: Ad iuris igitur fundamenta deuenientium est, vt hæc questio conuenienter decidatur, & pro cuius rei plena cognitione obseruandum erit. Que general mente de los privilegios concedidos à los postos tambien gozan las que para bien vniuersal de los vezinos del pueblo fueron instituydos, aunque sea por personas particulares y sin autoridad Real, pues si endo el beneficio comun, et incho que se amplien en su favor los dichos privilegios, teniendo los dichos privilegios, teniendo los tales postos, caudal, arca, mayordano y ordenanzas de posteo, como lo prouea y tien e Castilla de Bouen su Polu. de Correg. lib. 3. cap. 3. n. 57. adonde anada, que el trigo de las tierras, y rentas de los conuejos, o la harina de sus molinos, en que consisten su propios, que no esta destinada para la provision del pueblo, sino que lo venden para los gastos publicos, edificos, y pleytes, y otras cosas, no se puede ll. anar trigo del posteo, ni se ha de regular segun la disposicion, y penas de la prematia, y privilegio de los postos, porque esto es hacienda distinta, y de otra calidad, y destinada para otras cosas.

Hoc supposito in præfata questione principaliters casus sunt distinguendi. Primus est, quando concilium vel Reipublica nihil amplius exigit pro pretio huius frumenti à vicinis, quam id, quo computatum fuit, & insuper expensas, per cada hanega a campo saliere de los portes, y de los personas que lo fueron a comprar, y lo traxeron, & siml aora valga mas, o menos al tiempo que se repatte: & tunc quidem non debetur gabella in præmissa specie, duobus copulatiue concurrentibus. Lo primero, que se comprasse al principio para el posteo, y vezinos del tal lugar. Lo 2. que no se lleue mas por ello lo que cofos, y sale de costa y gastos: y a qui tambien podrá entrar los redoros de los censos, si la albondiga a los tiempos, y tiene

ene sobre si con facultad Real para comprar el pan. Et hoc ea ratione fundatur, quia distributione hac facta frumenti, dominum non mutat, sed remanet penes eoldem vicinos, pro quibus fuit emptum à principio: Neque solutio pretij cum expensis efficit nouum contractum emptionis & venditionis, sed tantum operatur solutionem Republicæ factam pretij ab ea soluti administratorio nomine eorundem vicinorum pro eodem frumento emendo in vilitatem eorum, & pro ipsis, que puto por ellos la Republica, y al bondiga de su caudal, para cobrarlo despues dello, para quando lo han de pagar sin ganar nada en ello.

5 Rectores enim ciuitatis, vel villæ sunt administratores eiusdem Republicæ ipsique, & Republica idem sunt, ac veluti, tutores & curatores ipsius, vt constat ex dictis per Ioan. de Platæa, in l. 2. Cod. de administrat. Republicæ lib. 11. Bart. & DD. in l. 1. de iur. iur. ff. de cert. pet. ad eosque expectat cura, & promissio victualium. l. ex factis, ff. de negot. gest. ibi ad diligenciam emendam. Distribucio igitur frumenti inter vicinos suo potius nomine emptum pretio, quo constitit cum expensis, est dare vicinique, quod suum est, non vero nouam venditionem efficere. Sic contingit in curatoribus, & tutoribus minorum ementibus frumentum pro alenda eorum familia: hi enim administratores, & similes nullam gabellam debent soluere exemptione frumenti ad alendam familiam suorum minorum, licet postea in redditione rationem exigant pretium frumenti cum expensis: Alias enim officium suum esset sibi damnosum. Accedat, quod in specie nostre questionis frumentum casu peccat, vel purecat abique culpa administratorum, periculo vicinorum perit. Sic etiam quando maritus emit frumentum à tertio, vt pacto dotali satisfacta, non censetur emere nomine suo, nec pro se, sed nomine vxoris, vel dotis assignandæ causa, & non sunt duo actus per se, sed vnus, vel duo subordinati, quorum posterior est executio prioris. & vbi vnus propter alterum, vtrobique est vnus tantum, cum feruus, & ibi Paul. de Cast. & Ioan. de Imol. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. quiunque, col. 1. C. de seru. fugi. & in c. ex tenore, de rescriptis, & in rubric. de post. præl. glo. in c. lutores, verbab. officio, de cler. excom. ministr. l. in repetitione l. quominus, q. notabili, ff. de summo. Et ita in hac specie vltima ex præd. assignatione in dotem vxoris facta, nihil debetur, quia iste secundus actus non est emptio & venditio, sed implementum pacti dotalis. Secus si maritus non emit à tertio, sed fundum suum proprium in dotem vxoris assignauerit, quia tunc iura debentur ex venditione, vt probat Carol. Molin. in consuetudin. Paris. titul. 2. §. 55. glo. 1. numero 110. Cuius distinctio in primo membro multum conuenit in proposito, & ideo eam adduxi pro decisione huius primi casus cum limitatione modo præmissa eiusdem Molini.

11 Secundus casus principalis est, quando hoc frumentum venditur à Republica ex tertis personis, hoc est extraneis, quibus comparatum non est, vel etiam vicinis, maiori tamen pretio, quam constitisset, computatis expensis, vt res propria concilij, & non à dominis frumenti, vel si frumentum esset ex redditibus, & propriis concilij, non vero, del posito, o de la alhondiga, vel si fuisset comparatum alio fine, non vero pro vicinorum sustentatione, & in his omnibus casibus erit vera venditio, ex eaque gabella debetur, iux. l. 1. tit. 17. hoc

lib. 9. vt ex eius decisione patet, & ex supra modo dicti.

Tertius casus est in pistrinibus, hoc est, las panaderas, ex annona publica recipientibus triticum, pro quo certos numos redderent pro qualibet faneca, & ex ea panes coctos ab ipsis confectos venderent publice in platea publica, vt suos. Et in hoc casu secundum Azuec. statim citandum, an tritici, & annonæ deberet gabellam, ex tritici venditione, quia vere tunc venditio est, cum pistrices ipsæ sic euentes, siue à priuato, siue ab horreis publicis, suum efficiant triticum pretio emptum, ipsæ tamen pistrices nullam debebunt gabellam ex pane cocto. Sed si ipsæ pistrices pretio non emerent præ frumentum, sed singulas fanecas recipient, vt tantum redderent domino tritici sustentatione sua, & suæ familie, vel annonæ publicæ, vt pro ipsa annona per eius administratorem venderent pro publica sustentatione, tunc nulla vique debetur gabella à domino, vel annonæ, etiam si conuentum esset, vt tot panes mihi ex faneca tritici mei redderent. Ita distinguit Azuec. in l. 34. numer. 5. b. & 7. titulo hoc libro 9. dicens, quod hæc est vera solutio, & distinctio, secundum quam ipsæ, & alij consulerunt: cuius distinctionis secundum membrum desumpsit Azuec. ex Lallar. cap. 20. numer. 12. & Bobadilla vbi supra n. 5. 8.

Primum tamen membrum huius tertij casus intelligo verum, præter quam in specie primi casus supra positi, nempe quando frumentum positorum pistrinibus, pretio, quod constitit cum expensis, & non plus, quia tunc non debetur gabella ex ibi dictis. Pero si las panaderos diessen pan cozido por trigo seña permitida, y rruco, y deuenia alcuala el que da el trigo, y el que da el pan cozido, non ita tenet Lallar. vbi supra nu. 12. & Bobadilla. di. numer. 8.

Et casum nostre questionis principalis iam habui in paxi decidendum in quodam posito. Quo in particular fundo de sui bienes para que se distribuyesse en cada un año el trigo del entre sus dueños, y no otras, parte dello que se les diese para sembrar por san Miguel de cada año, por el precio que entonces valiesse a pagar a la cosecha siguiente, y beneficiarlo en trigo al precio que valiesse entonces: y otra parte del trigo se les diese en trigo para comer en cierto tiempo, dado de gracia y de limosna, y otro en pan cozido. Dudo, si se denia alcuala de la venta del dicho trigo, y de lo demas y asiéndose causado gran pleyto sobre esto, y prouado la costumbre antiquissima de aquel pueblo de reparir alcuala al pan del posito general, que tambien auia en el, que se vendia, declarar, que se pudiesse reparir, y se pagasse del trigo se diese para sembrar por precio a los parientes del fundador particular de aquel posito, pues se pagaua por el trigo del general que era para todos los vezinos del pueblo, por auer en ello venta, y compra, y de ordinario con ganancia, y darse solamente a los parientes que tuuiesen posibilidad para pagarlo: que del trigo que se daua de limosna, ansi en grano, como en pan cozido a los parientes del fundador, no se pagasse, ni repartiesse alcuala alguna, porque tantos menos se dexaria de dar y no se daria de limosna a los pobres, si se buuiera de pagar alcuala dello, y ser obra pia, iuxta resoluta, infra, q. 74.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur de alimentis pistrinis certo salario, vel pretio pro eis constituto? como lo hazen los Bachilleres de pupilos, o otras personas, & si seq. resoluitur negatiue, & ampliatur, n. 4.
- 2 Nauta, caupona & stabularij gabellam debent ex victualibus a se venditis vtatorib. & n. 4.
- 3 Los obligados de la Republica, deuen, alcuala de lo que venden en sus obligaciones.

Q V Æ S T I O XXXIV.

An gabella debeatur de alimentis pistrinis certo salario, vel pretio pro eis constituto?

Q Væro etiam: quid dicendum sit de alimentis pistrinis pro eis constituto? como lo hazen los Bachilleres de pupilos, o por otra persona que dan de comer, y alimentan de lo necesario otros por vn tanto en dinero que dan por cada persona, an teneantur ad gabellam, del precio que les dan por lo sobredicho, o no?

Et quidem pars negatiua in hac questione videtur tenenda: huiusmodi enim conventiones non sunt emptiones & venditiones, sed contractus innominatus do vt facias, scilicet, doyre tanta cada dia, o por cada año, porque me alimentes: vel contractus locationis, & conductionis, scilicet, porque tengas cargo, y cuydado de comprarne de comer, y que lar melo, y darme lo, y lo demas, se doy, por tu trabajo, enyada, y ministerio, tenetur enim ad factam huiusmodi personam.

2 Dixerunt criti censendum in caupone, & stabulario, qui pretio sustentibus, & hospitibus res suas certas vendunt, nempe, tantos celemines de cenada, y tanta paja, y tantas acumbres de vino y tantas gallinas, y otras cosas venales, certo quodam pretio pro singulis rebus constituto: hæc enim vera venditio est, ex qua gabella debetur, & soluetur est.

Ceterum in specie nostre questionis principalis, persona que ad alios alimentandos obligatur, ad factum tenetur, & ideo est contractus do vt facias, vel locationis & conductionis respectiue, vt prædicimus. Quia si res, quibus alimentandi essent, in contractu venissent, essent certæ in substantia, qualitate & quantitate. Sed quia ipsæ res in contractu non veniunt, sed factum alimentandi, non est venditio, quia pretium certum pro singulis non constituitur, nec pro omnibus sed pro ipso proprio facto alimentandi, cui accedit, & assimilatur, quod ab aliis comparatur, vt obligationem suam alimentandi alios adimpleat, argumento text. in l. plenum, §. fin. incip. operatus ff. de vsu, & habit. Vbi probatur, quod licet vicarius serui non possit operas ipsius serui locare, poterit tamen eis vt in fundo conducto, nihil enim interest, in quam rem opera eius vtatur. Præter igitur personæ, qui alios alendos certo pretio suscipiunt, comparando ab aliis res pro illorum alimentis, magis dicuntur in rem propriam constituere, & expendere, quam nouam venditionem efficere. Probantur etiam superiora, in litem si pretio in princip. ff. locat. ibi, quousi autem faciendum aliquid datur, locatio est: ex quo text. inquit Bar. in l. 1. ff. locat. quod quando factum est principale pro vt in casu nostro es omnis aliment-

tandi) licet secundario a dist. traditio rerum, que sunt necessaræ ad factum, nihilominus est contractus locationis. Idem Bart. in decisione quædam sue questionis principalis, incip. publicanus. Et licet quando res insolutum datur, que absque voluntate partium dari non poterat, nec recipi, nouus contractus venditionis reseruet, & ex hac solutione gabella debeatur, vt resoluimus supra q. 23. n. 1. cum sequentibus. Ceterum quando eadem res debita dator atque soluitur (vt sunt alimenta in nostra questione) hoc potius est solutio, & distractus, quam nouus contractus, ac proinde ex eo gabella non debetur.

3 Dixerunt criti obseruandum in obligatis Reipublicæ ad victualia, vt in obligationibus publicis ipsis, nempe, del abasto, sustentaciones de las carnicerías, tabernas, azeytes y del pescado, y otras bastaciones. Hi enim, cum obligentur principaliter, & ex proposito ad vendendum certis quibusdam pretis constitutis à Republica, pro singulis victualibus & mercibus, consequens est, vt ex eisdem venditionibus gabellam soluere teneantur, iuxta pretia constituta in pacto, lege, vel privilegio del Rey asentado en sus libros de lo salado, si immunes, & exempti à solutione gabellæ pro parte, vel in totum reperiantur.

4 Limitanda tamen videtur resolutio principalis supra facta circa eam questionem, de los que se obligan a alimentar a otros por cierto precio, y tiempo, quando illi res proprias in eam obligationem expendunt tunc enim cum vera harum rerum venditio efficiatur, videtur de eorundem iusto pretio gabellam soluendam esse, nisi adhuc maius potius attendendum esse videatur factum ipsum alimentandi, quod est principale, ex quo non debetur gabella, quam traditio rei propriæ, que secundario, & minus principaliter accedit huic negotio, inesse ipsi facto iuxta doctrinam Bart. vbi supra sicque limitatio præd. non procedat, nec tenenda, videtur, vel saltem intelligenda, iuxta ea que infra in questione sequenti latius differemus.

Secus est in caupone, & stabulario, in quibus separatim venit venditio rerum factum à facto hospitandi, & ita pro singulis horum diuersorum pretium soluitur, & constituitur, quando se hinc la cuenta con ellos, para pagarles lo que se le deuie: merces enim pro hospitio, ex qua non debetur gabella: pretia vero pro victualibus venalibus, ex quibus gabella debetur, & soluenda est, proculdubio.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur de locatione & conductione & si seq. resoluitur negatiue, n. 4.
- 2 Locatio & conductio in pluribus venditioni assimilatur.
- 3 Atreces in pecunia numerata de substantia requiratur in locatione, nec aliter locatio dici potest sicut venditio sine pretio.
- 5 Pretij mentio proprium & peculiarem contractum emptionis & venditionis demonstrat.
- 6 Venditionis contractus non solum nomine, sed etiam re ab aliis contractibus distinguitur, vt hic.
- 7 Verbum emptionis & venditionis apud nos ex communi usu loquendi in his Regibus intelligitur tantum de emptione & venditione proprie, non de ceteris contractibus.
- 8 Gabella debetur ex contractu celebrato, qui reuera est

est emptiois & venditionis, licet partes sint locutionis & conductionis appellentur.

- 9 Empio & venditio, item locatio, & conductionis familiaritatem in quibusdam habent, sicut videtur, quia eorum contractus sit, ut patet in specie l. 1. de locat. & §. adeo. in l. 1. eodem tit. cui contradicere videtur. Item si pretio, §. 1. eodem ex qua iuris antinomia vera non videtur distinctio Parladori hic relata, in num. 10. sed concordia, & distinctio ad cognoscendum, quia contractus celebrari intelligitur in praemissa specie, ponitur. n. 1. cum leg.
- 16 Dominium aliquod an transferatur ab aurifice in eum, qui deus sibi aurum, ut ex eo illi faceret annulos, mercede propria constituit, ut in specie l. 1. §. adeo. in 2. rel. ponit. locat. n. 16. cum leg.
- 17 L. 2. §. adeo. ff. de locat. cum similit. dispositio procedit nomen in annulis aureis, vel argenteis de quibus loquitur, aut alius speciebus, que ad antiquam, & rudem materiam reverti queant, sed & alius quoque, veluti lignis, aut marmoreis, que ad pristinam formam reduci non possunt, idemque probandum est in specie, l. item si pretio, §. 1. ff. locat.
- 19 L. in namem Salsari, versio. aut eiusdem. Digest. locat. in l. 1. ff. locat.
- Autem, vel argentum dupliciter aurifici dari potest ad considerandum ex eo opus aliquod ipsi dari, & tunc distinguitur, ut hic circa dominii translationem in auctem, eodem num. 19.
- 20 Gabella an debeat a fabro quocunque opus facienti certo quodam pretio ad futuram alterius.
- 21 Aurifices quam gabellam solvant ex operibus a se confectis & venditis? & n. 22.
- 23 L. 18. tit. 17. libro 9. Nova Collect. Reg. distinctio inter aurum alienum, & aurum aurificis est faciendum in argento, & alio quocumque metallo, quantum attinet ad inspicendam materiam contractus, & vim legis gabellarum: secum autem qua ad privilegium taxata quantitate, que solvi debet, ut hic.
- 24 Omnia dicta de auro & argento circa materiam gabellarum intelligenda sunt generaliter in quocunque alia materia, veluti ferro, vestigio, vel plumbo, panno, lana, sericeo, corio, vel lignis, & marmoribus, & quocunque alia re, in qua mechanice artes exerceri solent, & in l. bordadores, ut hic, & in sigillis, ut in num. 23. non vero in infellere hoc est, en il tintorero, que esse non no deus alcalala; ut in n. 26.
- 25 Bordadores, aleros, y tintoreros, si deuen alcalala? n. 25, & 26.
- 27 Los texeros, y los que hazen ladrillos, deuen alcalala de todo ello indistintamente.
- 28 Los pescadores, cazadores, y beruolarios, si deuen alcalala de lo que venden. n. 29, & 30.
- 31 Los aguadores an debeat gabellam ex aqua venali, quam vendunt? & n. leg.
- 33 Gabella an debeat ex aqua venali in specie mellis, §. fin. ff. de aliment. & cibari. locat.
- 34 Gabella an debeat ex melle vendita, & n. 35.

QVÆSTIO XXXV.

An de locacione, & conductione debeatur gabella?

Quarto insuper: An de contractu locacionis & conductionis gabella debeat, & solvenda sit, necne. Et pars affirmativa ex eo probari videtur, quod licet l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. nova Collect. Reg. de venditione tantum loquatur, & l. 1. eundem tituli, & libri de permutatione, ut supra late diximus nihilominus tamen locacionem, & conductionem comprehendere videtur. Namque sicut permutatio indicatur pro eadem re, quod venditio, & ideo de permutatione præcipitur, dist. leg. 2. quod solvatur gabella, sicut venditione, & ita etiam locatio, & conductione in pluribus venditioni similatur. Etiam illa solo consensu perficitur, & rem, ac pretium, hoc est, mercedem requirit necessario, iuxta communem glossam & Doctorum sententiam, ut probat text. in l. 2. §. 1. Digest. locat. & conductionem in princip. & in §. adeo in l. 1. eodem titulo, & ibi glossam l. naturalis, §. at cum do, versio. res Digest. de præscripti. verb. glossa in l. si olei. Cod. locat. & in princip. in l. eodem titulo, & in l. 1. §. si quis seruum per tex. ibi, Digest. de positi. & in l. 2. verb. mercede, Digest. locat. bar. & communiter DD. in præd. locat. & alibi, & ut resoluunt Anton. Gomez in 2. tom. var. res. cap. 1. n. 3. & qui omnes tenent, mercedem in pecunia numerata de substantia locacionis requiri, nec alter locacionem dici posse, sicut nec venditionem sine pretio numerato, l. 1. in princip. ff. de contrahen. empt. Et ab hac receptissima sententia nemo discrepat, præter Ioan. Corral. lib. 2. miscella cap. 11. quem sequitur Atlas Pinell in rubr. Cod. de rescind. vendi. §. par. c. 3. ex n. 29. cum seq. ut inquit Lollar. de decim. vendi. c. 1. n. 24. qui numeris sequentibus, communem, probat, & defendit ab impugnatione Corral. & Pinell. latini faciendo, text. in dist. leg. si olei. & l. exceptio. Cod. locat. qui magis recepte sententia obstat videbatur. Ergo de locacione solvenda quoque erit gabella.

Secundo eadem pars concludenda videtur ex ratione, qua ex permutatione diximus, solvendam esse gabellam, nempe, ut obvietur fraudibus, que eidenter contingere possent, si aliud diceremus, quia consulto contractantes prope lem per hoc potius contractu videntur, nempe locacionis, & conductionis, quam emptiois, & venditionis, hincque in illum simulate conacterent in prædictum sisci & gabellarum, ut gabellam fraudarent. Igitur, ut obvietur fraudibus proventus fieri debet, dicamus ex contractu locacionis & conductionis gabellam deberi, & solvendam esse.

Nihilominus tamen in questione principali supradicta contrarium respondemus, & resolvimus, nempe ex contractu locacionis, & conductionis regulariter gabellam non deberi, nec solvendam esse, & quidem primum.

Quia II. nostra gabellarum tantum præcipiunt, eam solvendam esse ex venditionibus, & permutationibus, non vero ex aliis contractibus. Ergo cum sumus in materia odiosa, & contractus ius commune, iuxta ea que de gabellarum statutis inquit Abb. consilio 87. numero 2. libro 2. imo contra ius gentium, ut sic Bald. in l. contra. ff. n. 2. C. de fid. instrum. & diximus supra question.

question. 6. numero 2. minime extendenda sunt, ex regula odii, de regul. iur. in l. ex eo. proinde dist. leg. 1. tit. 17. hoc lib. 9. de propria, ac vera venditione intelligenda est, non vero de alio contractu, ut alibi probavimus, præsertim cum eadem l. 1. pretij mentionem faciat, ibi: De eodem el precio porque venderen, quod quidem sic in sola vera, & propria venditione reperitur, ut mentio pretij propriam, & peculiarem, & venditionis contractum demonstrat, ex sententia glossæ communiter receptæ, in l. eundem. Cod. de iur. dat. probata in leg. fin. Com. de præd. Decret. libro. 10. & diximus supra quaest. 31. num. 8.

At in locacionis & conductionis contractu non pretium pecunia appellatur, sed merces, in quo primum distinguitur hic contractus.

Secundo, quia contractus venditionis re, non solum nomine à ceteris contractibus distinguitur, & sicut elegantem nomine appellatur, iuxta notata in l. iurigenium, in princip. ff. de pactis, sic eius non vna, diuersa, ac separata natura est à quocunque alio contractu, alias frustra diversis nominibus nuncuparetur, lex hæc iure. ff. de iust. & iur. & in §. ius autem gentium, in §. de iur. nat. & gent. & civil. quos vna, ac eadem vis, & potestas locasset, ut alias inquit text. in l. si idem. C. de codicill. denique in venditione transfertur dominium in emptorem, vel saltem viciandi conditio, l. cum mansura ff. de contrahen. empt. cum similit. in condictionem vero minime, sed remanet penes locatorem, l. non solet. ff. locat. l. fin. C. de acquire. poss. ff. saltem principaliter, ut infra dicemus, & quamvis antiquitus, hoc verb. emere facile in locacionibus veteres videbantur, ut ex Felso Caplepio in Dictionario, verb. redemptor. n. 3. & probat Lollar. de decim. vendi. cap. 1. num. 31. apud nos tamen ex communi usu loquendi in his Regnis Castellæ, & Legionis, verbum emptiois & venditionis, intelligitur tamen de emptione & venditione propria, non de ceteris contractibus, ut bene notat gloss. peregrina, verb. usque circa princip. Parladori, rerum quotid. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 21. & Lollar. de c. 1. n. 4. & vbi n. 40. quod hoc iure videtur, & communis usus loquendi attendi debet etiam contra propriam significationem verborum, l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. & l. Labro, ff. de suppellect. legat. prout ex aliis in simili proposito considerat Titiaquel. de retr. & lignag. §. 1. glof. 2. num. 3. Consequitur igitur ex locacionis, & conductionis contractibus, gabellam non deberi, sed tantum ex contractu venditionis & permutationis, ut in terminis ultra supradicta probat Lollar. de c. 1. n. 23. cum seq. Girond. de gabellis §. in princip. num. 8. vbi, quod hæc sententia in praxi recepta est, nec de hoc unquam videtur dubitari.

Non obstat primum fundamentum contrarium, quoniam multum distat contractus emptiois, & venditionis à contractu locacionis & conductionis, ut probavimus supra in fundamentis nostra sententia, & communis.

Secundum etiam fundamentum non obstat, quoniam si vera contractus, qui geritur sit emptiois & venditionis, non vero locacionis & conductionis, ut apparet, & constare potest ex multis, & debeturi gabella, quamvis partes dixerint contractum locacionis & celebrare, quia plus valet, quod agitur, quam, quod simulate concipitur, & quando constat de substantia, & natura contractus, non statim nominationi contrariæ partium vel late ostendimus supra, quaest. 30.

n. 4. & tunc proprie procedit secundum fundamentum contrarium evitande fraudis: Ceterum quando re vera contractus locacionis, & conductionis sit, qui facile dignoscitur, nulla proculdubio gabella debetur, nec tunc aliqua fraus fieri dicitur, cum vnusquisque contractus de se pateat, & aliter ab altero distinguitur.

Hæc quamvis ita se recte habeant, veteraque sint, & in praxi procedant, sunt tamen permulti casus, qui vtriusque contractus venditionis, & locacionis faciem habere videantur, & nonnulli veram mixturam habent, in quibus dubitari merito contingit, an & quando debeat ex eis gabella, qui in praxi necessario sunt sciendi, ut inde facile iudex partibus ius dicere possit: Ideoque oportet, ut de eis nunc agamus. Et ita quarto, quid dicendum sit in casu, l. 2. adeo. ff. locat. & in §. adeo in l. 1. eodem tit. inquit enim ibidem Caius Iurisconsultus,

Alco autem familiaritatem aliquam habere videntur emptio & venditio, item locatio, & conductionis: ut in quibusdam quæris solent, vtrum emptio, & venditio sint an locatio, & conductionis, ut ecce, sicum aurifice mihi conaueris, ut ex auro suo annulos mihi faceret certi ponderis, certaque forma: & acceperis (verbi gratia) trecenta, vtrum emptio & venditio sit, an locatio & conductionis? Sed placet vnum esse negotium, & magis emptiois & venditionem esse: quod si ego aurum dederò, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio & conductionis sit: Idem probat text. in §. item quæritur in §. de locacione, & conductione. & tradit Carrot. locat. & conductionis. par. de similitud. locat. §. 1. fol. 43. column. 4.

In contrarium autem facere videtur l. item si pretio, §. 1. ff. eodem titulo, locat. & conductionis, vbi sic dicitur, cum in iuriam adificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transferri, & tamen locatio est: locat enim artifex opera suam, id est faciendi necessitat.

Ex qua iuris antinomia vera non videtur generaliter distinctio Ioan. Parladori, rerum quotidianarum, l. 1. c. 3. §. 1. n. 24. dicentis, quod quando artifex dat operam & materiam, tunc emptio & venditio est: at quoties is cui opus fit, præstat materiam, ex qua opus fiat, opifex vero tantum dat operam locatio quidem est, non emptio & venditio, ut tradit Fabian. de Monte in tractatu de emptio & venditio, quaestio. 2. n. 2. Licet enim hæc doctrina in specie dist. l. 1. §. adeo. ff. locat. & conductionis, & in dist. §. item quæritur, in §. de locat. & conductionis, vera quidem proculdubio sit, prout est tamen, quod in hac vna specie posita ad multas possit transferri, ut ibi inquit Parladori, falsa est, vbi in solo meo ex materia tua adificas pro pecunia, est enim locatio, ut in dist. l. 1. §. item si pretio, §. 1. vel cum per fermentationem partem aliquam rei meæ adiangit artifex, qui tunc locatio est secundum Lollar. de decim. vendi. cap. 2. n. 17. iunctis prius ab eo resolutis eod. num. 13.

Quare pro resolutione, & intellectu huius materie dictæque antinomiarum, & pro decisione nostre questionis principalis hæc est constituta regula generalis, atque distinctio, scilicet, quod si aut in contractu venit sola traditio rei pro pecunia, & est venditio, ut in l. conueni. ff. de contrahen. emptio. & in l. naturalis. §. 1. siquidem, ff. de præscriptio. verb. aut in contractu venit aliquid factum, ex quo non sequitur dominium alicuius rei, & tunc si certa merces constituitur, locatio est, l. qui operat. ff. locat. l. cum mansura. §. fin. ff. de contrahen. emptio. vel cum fundus aliquis, aut domus

1 a fruenda

13 fructu conceditur pro certa pecunia, si merces, si qui suum ff. locat.

Quod si in contractu veniat utrumque, nempe factum & alicuius rei traditio, vel datio, atque ideo dubium sit, quis contractus celebretur, ita distinguendum est (& non ad rem) quod aut principaliter venit traditio, secundario vero factum, & tunc emptio, & venditio sit, inspecto eo, quod principaliter est, ut in *dicit. l. 2. gudeo in 1. resp. ff. locat. & in dicit. §. item queritur*, veluti cum do pecuniam artificis, vt annulos mihi faciat ex suo auro, aut principaliter venit factum, traditio autem, vel datio alicuius rei secundario, & tunc locatio & conductio est, vt in *dicit. l. 2. gudeo in 1. resp. ff. locat. & in dicit. §. item queritur*, veluti cum do aurum artificis, vt ex eo annulos mihi faciat, mercede propria constituta, vel etiam cum pecuniam do, vt in solo meo edifices tui impensis, vt in *dicit. §. item si pretio. §. 1.* qui in hac specie loquitur, & procedit ad idem *dicit. Sabini. & l. plenius §. 1. ff. de usufructu* ita distinguit Lassar. *d. cap. 2. numero 1. cum sequentibus*, sequitur Molin. *Theolog. 2. tom. de iust. & iur. disp. 336. col. 501. in versio. vi. item discernere nescias*.

Ceterum si contingit dubitari, utrum factum, an rei datio magis principaliter in contractu veniat, vt in contractu superficialio, de quo *in l. 1. ff. de superfic. §. pretium*, aut mercedis quantitas eo casu emptioem a locatione discernit: ita, vt si vnicuique pretium datur, venditio sit, si autem aliquod annuum pendatur, locatio sit, iuxta doctrinam glossæ in *d. l. 1. §. 1. verb. agendo. ff. de superfic. §. ita Bart. ad idem, & in locoten. ferro. §. qui maximus. ff. de publi. & vectig. & in §. 4. incip. publicanus*, cum quo omnes Do. communitur transiunt in *pred. locat. & in l. 1. C. de iur. emp. h. prout late, septem casus distinguendo, resoluit Menoch. de r. i. vend. pass. §. emend. 4. ex n. 7. & agnoscit Lassar. *d. c. 2. n. 1. & 3.* vbi quod est Bar. & communis Doctorum distinctio, & regula vetustissima omnibus iuris principis fuit.*

Et iuxta eam resoluendum erit, deberi gabellam extra speciem auri quoties venditionem celebratam esse iudicauerimus: & non deberi, quoties locatio, & conductio contra censetur.

Attamen dum Bart. vbi supra voluit, imo aperte ait, quod quando do tibi aurum, vt ex eo mihi facias annulos, certa mercede propria constituta, vt in *d. l. 1. §. adeo in 2. resp. ff. locat.* aliquid dominium in me transferatur ab auctore, licet secundario: similiter, & dum idem probat in specie *d. l. item si pretio. §. 1. ff. locat.* & expresse tradit cum aliis Menoch. vbi supra. n. 17. falsum hoc esse in vtraque specie probat Lassar. vbi supra. n. 3. cum seqq. quia solum factum veniunt in eo contractu principaliter, & omni modo in specie, *d. §. adeo in 2. resp. ff. locat.* non vero illa rei datio, ac traditio, ac ideo nullum dubium fuisse apud veteres, quin locatio & conductio esset: vt inquit in *consultus in dicit. §. adeo in 2. resp. ff. locat.* cuius l. decilio, ne dum procedit in annulis aureis vel argenteis, de quibus loquitur, aut aliis speciebus, que ad antiquam, & rudem materiam reuerti queunt: sed, & in aliis quoque veluti lignis, aut marmoreis, que ad pristinam formam reduci non possunt, Idemque probandum est in specie præmissa, *d. l. item si pretio. §. 1. ff. locat.* quia id solum requiritur, vt facias & edifices, non vt factum edificium des mihi: quia eo ipso, quod in meo edificas, naturali ratione meum sit, cum sit edificium, non quidem ex contractu locationis, sed ex regula tex.

in §. cum in suo versio. ex diverso. *instit. de rerum diuis. §. l. adeo §. ex diverso §. ff. de acquir. rerum dom. cum similit.* Igitur in ea locatione solum factum est principaliter, & omni modo, non vero aliqua rei traditio, vel datio contra Bart. vbi supra, sed cum eodem in *redemptores §. de venditio. idque constat ex dicit. l. item si pretium §. 1. ibi locat. enim artifex operam suam, hoc est, faciendi necessitatem.*

Potest tamen præmissa sententia Bart. à Lassari. improbatu saluati secundum ipsum n. 8. respectu remanentis, quibus, vt instrumentis edificium factum est: ad hoc namque materiam dominus proprietatem, & dominium eius retinetur, nisi voluntate sua intelligeretur alienata: secus vero de toto edificio, quia hoc est factum, ad quod principaliter respicit conductor in specie, *d. §. item pretium §. 1.* nempe, quod fieret edificium, & quod sibi illud remanere naturali ratione, hoc vitium absque alienatione locatoris, sed eo etiam inuito ex iuribus prædictis, atque ita solum factum & necessitas edificandi principaliter ex parte locatoris præstare, veram ac propriam locationem contrahi, concludit in eo text. Iuri consilium, nec carui de particulari instrumentorum dominio, quia licet id in conductorem transeat, id quidem accessorium est, & secundarium, vt constat ex *l. eum, qui ad. ff. de usufructu*.

Omnia tamen prædicta conturbare videtur text. in *l. in nauem Saufes in versio. aut eiusdem. ff. locat.* vbi argentum datum artificis, vt vasa vel annulos faciat in ipsius dominium transeat, & sic cessare videtur rationes supra adductæ, vt locationem contractam fuisse diceremus; nihilominus tamen pro solutione huius difficultatis obseruandum erit dupliciter aurum, vel argentum a tibi dari posse.

Primo, vt ex eodemmet auro, vel argento annulos, vel vasa conficiat, & tunc dominium materię datur in ipso conductore manet, & tunc procedit aperte decisio text. in *d. l. §. adeo in 2. resp. ff. locat.*

Secundo, quando aurum, vel argentum datur potius, vt ex eodem, aut simili materie genera annuli, vel vasa postolata conficiantur, iuxta speciem text. in *d. l. in nauem Saufes, versio. aut eiusdem*: & tunc dominium auri, vel argenti datur in artifice, nec transeat in se faciendum certo pretio erit quidem emptio, & ex ea gabella debetur: sed locatio & conductio, excedens notissimos locationis terminos, vt contingit in pecunia deposita, ex eadem l. ibidem iuris esse in deposito, & *l. 2. §. tit. 3. par. 5. & Doctores quos refert & sequitur hoc bene declarans, & rationem reddens Lassari. *d. cap. 2. n. 19.* vbi a. 19. late agit de tertio modo, quo artificis dari potest, nempe, vt non ex eo auro, sed ex preste ex alio annuli fiant, quid tunc dicendum sit?*

Ex superioribus in summa obseruandum est, quod si faber lignarius, vel ferrarius, vel quicumque alius faber ex suo ferro, ligno, vel alia materia suscipiat in se faciendum certo pretio erit quidem emptio, & ex ea gabella debetur: si vero ex mea materia sua tenent opera id faciendum accipiat, erit quidem locatio & conductio, ex qua gabella non debetur: quod si faber, vel architectus in meo solo, vel pomo opus edificandum suis impensis suscipiat certo quodam pretio, vel ad taxationem peritorum, quod vulgo dicitur, *à desiaio por cierto precio, & iustation*, erit quidem locatio & conductio quia principaliter venit factum, secundario vero datio, vel traditio materie & instrumentorum, quibus adifi

edificium sit, ac proinde ex hoc contractu gabella non debetur: per *supradicta*, sequitur Molin. *Theolog. vbi supra dicit. col. 501. in versio. vbi refert præterea, & à fortiori quando opus sit, per *normales no se deuea alcuala*.*

21 In artificibus autem certa forma soluendi gabellam tradita est *l. 18. tit. 17. hoc libro 9. Noua Collectionis Regiæ, vbi cauetur: Que e platero, o cobrador, o mercader, que compra plata de qualquiera persona que sea, pague cinco maravedis por marco de alcuala, y no mar, y que no sea obligado a manifestar al arrendador el comprador, ni cayga en pena alguna por ello: pero que este platero cobrador, o mercader si vendiere peca de plata de un marco, o dende arriba que pague otros cinco maravedis por marco, y no mar, y si fuere de ay ab ato de cosas menudas, que solamente pague el alcuala de lo que ganare en aquella plaza quitada la cosa: y que otras personas algunas no paguen alcuala de la plata que vendieren, y que estos plateros cambiadores, y mercaderes sean creydos por su instrumento ansi en la venta, como en la compra, sin otra prouença alguna.*


22 Ten quanto a las cosas de oro manda, que del oro agra que labrare qualquiera platero, no pague alcuala de la labor, pero del oro que labrare, o fiziere labrar para vender y de lo que vendiere en qualquier manera pague el alcuala a razon de a dos maravedis por onza, solamente de lo que ganare en el oro, sacada el precio que le cueste, y no mas, quã simpliciter recolat Girona de gabell. 7. par. §. 2. n. 10. & 11. & par. legit eam in proprio loco Azco. Sed circa versio. eiusdem l. de auro loquentem, obseruandum est, quod distinctio in eo posita inter aurum alienum, & aurum artificis, faciendã quoque est in argento, & quocunque alio metallo, & materia, quantum ad insipientium naturam contractus attinet, & vim legis gabellarie, que venditiones onerat non locationes, vt prædiximus: Transferit enim ea l. Regia decisionem text. in *d. §. adeo*, que generalis est in quacunque materia: Secus autem quo ad privilegium taxatã quantitatis, que solui debet: Minor enim gabella soluitur ex auro vendito, quam ex argento, & aliis metallis, vt ibi ita cenlet notandum Lassar. *d. cap. 2. n. 22.* sequitur Azco. in *d. l. 18.* Omnia igitur dicta de auro, & argento generaliter intelligenda sunt, secundum ipsum Lassar. vbi supra. n. 21. In quacunque materia, veluti in ferro, aere, stagno, vel plumbo, panna, lanis, sericis, coriis, vel lignis, & matmoribus, & quacunque alia re, in qua mechanicæ artes exerceri solent: imo. *Procedo tambien en bordadores, que toman a su cargo hazer alguna bordadura, o otra obra, poniendo ellos los materiales en una capa de vestido, o en algun ornamento, porque enya contrato de alquila, y no de venta, y assi no se deuea alcuala*: Doctrina enim tradita in *d. l. 2. §. adeo. ff. locat.* ad omnem artem, & omnem opificem, seu artificem generalis est (quorum artificum generare censet, *l. 1. C. de excusat. artis. lib. 10. & sigillatim explicat Cassan. Catalog. gloria mundi. 11. part. considerat. 34.*) & probatur etiam in *l. conuenit. 65. ff. de contrahend. emp. vbi deciditur, quod si conuenit inter me, & te, quod ex meo fundo regulas tibi factas darem, est venditio, & conductio: Toties enim conductio alicuius rei est, quoties materia, in qua aliquid præstat, in eodem statu eiusdem manet: quoties vero, & immutatur & alienatur, emptio magis, quam locatio intelligi debet.*

Vendicare optimo sigili, qui ij opifices, sunt qui vasa faciunt ex terra in figuris, vt inquit gloss. in *l. 1. C. de excusat. artis. lib. 10.* semper ad gabellam obligantur. Vt plurimum enim ex terra iam sua, sibi que acquisita operantur, quam ad id minimum emunt, unde siue ex præcedenti conuentione vasa aliqua certa forma, & lege postolata efficiant, siue iam arbitrio suo facta vendant aliis pretio, gabellam debent, quia venditores sunt ex decisione *dicit. l. conuenit*, vt in terminis recte probauit Lassar. *d. dicit. cap. 2. n. 25. & Girona de gabell. 7. par. §. 2. num. 14.* vbi inquit, Regia executoria compulsio fuisse præd. sigulos soluere gabellam, & *num. 15.* dubitat, quid in inspectore (hoc est) en el tintorero, & tandem probat, eum gabellam non debere, & quod sit executoria Regia, vnde decidit: vt tuncque refert & sequitur Azco. in *d. l. 18. num. 1. ad fin. & numero 2.* etque pro hac parte, *l. 7. tit. 7. hoc lib. 9. ibi: T cosas de pellicerias y barro.*

Quod si casu dicit. l. conuenit, nempe, præcedente conuentione, de faciendis regulis certo quodam pretio, terra de loco publico, & equa tegula fiant, extrahatur, magis terra extracta videtur conductori, quam extrahenti, & ideo cum solum factum vectatur ex parte extrahentis eam, non vero alicuius rei alienatio, videtur esse contractus locationis & conductionis, ex quo non soluitur gabella, non vero emptio & venditionis: secus si prius terra extracta, & præparata postea sequatur conuentione, quia tunc est venditio, ac si ex fundo proprio tegula factæ fuissent, iuxta *d. l. conuenit*, secundum Lassar. *d. dicit. cap. 2. num. 25.* sed verius est indistincte præd. regulas, & laterum artifices venditores esse, & generaliter gabellam debere quomodocumque regulas, vel lateres faciant, & alicui dederint pro pecunia, conuentione, scilicet, præcedente, vel non, vt postea melius existimauit Lassar. *num. 25.* Quod probat, siue tetram ad regulas, & lateres efficiendos emerint, siue è publico, vel alibi extraxerint: que omnia probantur etiam ex *l. Sabini. de off. de contrab. emp.* vbi quod Sabini respondit, vt si quam rem nobis fieri velimus (veluti statum, vel vasa aliqua, seu vestem) vt nihil aliud, quam pecuniam daremus, emptio videtur nec posse vllam locationem esse, vbi corpus ipsum non datur ab eo, cui id fieret, aliter atque si artem darem, vbi insulam edificaret, quia tunc à me substantia proficiscetur.

Ex prædictis etiam inferunt ad venditiones extrarum terram, que publicis iuris sunt, & occupantis fiant, veluti ferarum, bestiarum, volucrum & piscium cuniculorum, aut herbarum odoriferarum, elui, vel medicinæ vitium in locis publicis, vel lignorum, qua sane, & occupantium sunt, cum eorum terram vltus publicus sit. *l. penult. §. fin. ff. de acqu. rerum dom. vt scilicet, si inter te, & me prius conuenit, vt in publicum vadat, vt certam mihi quã petiero, herbarum, aut lignorum quantitatem portes, venatione, aut piscatione illo die studeas nomine meo, certa mercede pro labore constituta, locationi evidens sit, iuxta *l. 2. versio. sed si quis operari ff. de postulat. ac proinde gabella non debeatur ex eo facto: Scens autem si prius collegis, & postea, conuentione sequuta, dederis mihi pro pecunia, quia tunc rei tuæ, quam occupaueris, alienatio sit, ac proinde vera venditio contrahitur, gabellaque debetur, ita Lassar. *d. c. 2. n. 26.***

Idem cenleo dicendum in priori specie, 29 quando conuentione præcessit, non tamen certa



merces pro labore constituta fuit, sed pretium certum pro singulis rebus ex luptabilis tradendis...

Hic cum duo contractus diuersi inter se videtur, vnus locationis operatum, si nihil capitur...

Quinto si quod caprum fuerit, certo quodam precio venditum fuerit, & si spes ipsa gabella huius precii debetur...

Deducitur & tertio ex precedentibus, tunc deum aquatores tenent soluere gabellam de aqua...

Verum contrarium indistincte in aquatoribus ex publico decernitur, & asportantibus, aquam probat...

effusum, aut perditum sunt, sed vt laboris potius, ac opere suae mercedem consequantur, totum illius...

Limitem tamen haec sententia in aqua privata venali, quibus est illa, cuius meminit l. Atella...

Quod si asportantes nitem, de publico eam ducant, quia eam reconditam minime habeant...

SVMARIA

- 1 Gabella an debeat ex locatione minarum...
2 Frangit legi gabellaria non sit locando...
3 Peto non facit, qui iure communi videtur...

Merces, aut illius ex co solo, quod praecipit proloquens de mino, quia emptor non...

Lapidaria, & ceterorum fodina sunt res locabiles, licet fructus earum non renascantur...

Abstrahunt possessores in Hispania, qui ganisti sunt fructibus minarum non tenentur eos restituere...

Diuisio, si sit in fundo, ff. solut. maritim. l. uelletur, & num. seq. praecipue, num. 21, 22, & 23.

Lapidaria an sint fructus, ita, vt ad maritima pertinent, necne? l. 27. ff. de iur. iur. l. 1. §. 1. §. 2.

QUESTIO XXXVI.

An gabella debeat ex locatione minarum?

Varo, an ex locatione lapidariae res fodinae, quae fodinae, argenti fodinae, seu alia venae...

Tota vis huius quaest. consistit in cognitione huiusmodi contractus, an locationis & conductio...

Haec caute agerit si in ea specie, & similibus locatis potius, quam vendamus. Primum enim motus...

dic. l. qui saxum, quia cum reque possimus vendere, vel locare, quicumque contractus electus fuerit...

Est tamen, & altera difficultas circa inquitentiam rationem & modum qualiter locatio sit in specie...

His namque verbis Iuris consulti ubi aperte significat, non ipsum opus fodientis, aut praedium ipsum...

Haec licet recte ita se habeant, veteraque sententia filomnis tamen adhuc non plenam, nec plenam rei cognitionem praestant...

6 In primis videtur, quod licet contrahentes exprimat locationem lapidicinz, & similibus facere, & quibusvis verbis vtantur, nihilominus tamen in rei veritate locatio esse non possit, quia lapis non renascitur in Hispania, nec alibi maior ex parte, & ideo pretium datur pro substantia, & dominio rei, non veto pro vltimo eius remanente domino proprietate. *l. si ex lapidicinz ff. de iur. dot.* Quod si esset locatio, non transferretur dominium rei. *l. conueniens ff. de contrahen. empt.* Cum ergo ad conductorem fructus rei locata pertineret debent, non vero ipsa res locata, & cum lapis non renascitur non sit fructus, vt in *l. diuortio ff. de iur. dot.* si vir in fundo ff. solut. matrim. necessario dicendum esse videtur, quod nullo modo in premissa specie sit locatio, sed venditio: quod ex eo etiam conuincitur, quia conductor recipit rem locatam, vt usufructuarius, qui ea vi debet, salua reum substantia, vt in *preterea, & in §. pro usu, in §. de locat. Ar. in nostra specie, cum eadem met res consumatur, non remanet salua eius substantia. Ergo non est locatio: quibus rationibus iam adiunximus in Regali Cancellaria Granaten. in simili specie pronuntiatum fuisse a notariis esse venditionem, & inde gabellam deberi.*

His tamen non obstantibus pro vera intelligentia, & cognitione huius materia, & notitia questionis aliquos casus distinguendos esse censo.

7 Primus est, quando proprietates lapidicinz, & similibus, hoc est, ius eximendi lapides venit in contractu, pretio conuenito: & tunc clarum est, venditionem contrahi, non veto locationem: datur namque ipsa res, & eius substantia, non veto vfus, nec commoditas annuus, vel annua huius iuris eximendi. Idem est, quoties aliqua quantitas lapidis exempti, & euulsi pretio datur non veto, vt vfus commoditas lapidicinz, vt probatur in *dict. l. si ex lapidicinz*, que loquitur in lapide iam exempto & euulso, secundum Paul. de Castr. & *l. si in l. si fundus, num. ff. solut. matrim.* & ideo quia iudicatur principaliter, & per se, non veto accessorie, vt fructus, ut in *l. fundus, §. si rita & causa ff. de alion. empt. si voluntate mulieris vendatur, num. ex. ca. venditione recepti sunt dotis. Similiter est contractus emptiois & venditionis, quando pretio conceditur, vt eximatur lapidicinz quidam numerus plantarum: tunc namque ipsius lapis principaliter, & per se, tanquam euulsi venit in contractu, & vt talis ratione numeri fuit consideratus, non veto vfus lapidicinz, argumento *l. qui pendentes ff. de alion. empt.* quibus casibus cum emptio & venditio proprie contracta esse intelligatur, ex ea debetur gabella: Idemque probandum est in ceteris fodinis & venis, quoties ad pondus, numerum, vel mensuram aliquid ex eis pretio venit, seu conceditur.*

10 Secundus casus est, quando vfus lapidicinz, & ceterarum fodinarum locatur, videlicet, ius eximendi, extrahendi, euellendi lapides, &c. in tot annos: tunc namque dictum ius principaliter venit in contractu, & commoditas, atque vfus lapidis, & similibus, qui eximitur in consequentiam, & ideo etiam contractus locationis, & conductiois, non veto venditionis, & emptiois, quia domino remanet saluum ius illud eximendi, & euellendi: quod loco proprietatis habent, vt in *l. si usufructum ff. de iur. dot. lapidicinz, & cetera, que euelluntur pro usu, & obventione iuris illius locati, & conducti, vt in usufructuario probatur in *l. dotis fructus, & in dict. l. si usufructuarius**

ff. de iur. dot. Competit enim etiam usufructuatio usufructus lapidicinarum, & ceterarum fodinarum, vt in *l. item si fundus ff. de usufructu*. vbi si nisi usufructus sit locatus alicui, quicquid in fundo nascitur, quicquid inde percipi potest ipsius usufructuarius est, & ideo si lapidicinz habeat, & lapides euellere velit, vel cetera fodinas habeat, vel arenas, omnibus his vi debet, text. etiam optimus in *l. acquiritur ff. sed si inter duos ff. de eodem titulo de usufructu*. ibi. *proinde venas quoque lapidicinarum, & metallorum huiusmodi poterit inquirere: ergo, & aurum, & argentum, & sulphuris, & ætis, & ferri, & ceterorum fodinas, vel quis pater famul. instituit exerceat poterit, et ego hic lapidicinarum, & similibus vfus est locabilis, arguente §. fundus in princip. in versu. nec ulli, in §. de v. n. & habit. & locatur ad instar usufructuarij haberet, Decius consil. col. 2. num. 2. Rip. de privileg. conuall. caus. p. 1. in versu. sexus casus, n. 4. vbi pluribus leg.*

Nec iure debitari potest lapidicinz, & ceterarum fodinas esse rem lo. alitem, licet fructus in eis non renascantur, vt patet ex *dict. l. qui sacrum ff. de donation. & in l. celar ff. de publican. & regulabil.* vbi lapidicinz cotate Cretenses locata fuerunt, & in *l. sed & huiusmodi* sub nomine publicanorum comprehenduntur conductores minarum argenti, pumblis, cetera, &c. que non renascuntur: & quotidie in praxi habemus locationes Regis harum minarum in annos, quibus elapsis, Regie Maiestati remanent loco proprietatis minarum ipsarum, que ius in corpora eximendi metalla, & conductiois competit quod ex ipsis minis eximitur, & non renascitur. Idemque videmus in ceteris dominis particulatibus, que tamen mineros de alumbre, & similibus. Et ita se habet generalis consuetudo horum Regnorum Hispanie, que potest id locale efficere quamuis iure non esset huiusmodi, vt in *l. si quis donaturus ff. de usufructu*. quoniam videtur licet exemplum locationis venarum ferri penes Corneum consil. 152. p. 1. & volum. 4.

13 Quod si aliud diceremus, sequeretur inde maximum absurdum, nempe, quod maioratum possessorum in Hispania, qui gausi sunt huiusmodi fructibus minarum, que non renascantur, tenerentur namque ad eorum restitutionem facientiam successoribus proprietatis: quod minime est dicendum, nisi tantum eo casu, quo ex venis lapides, que renasci non solet, inuentione, fundus maioratus deterior reddatur, iuxta late probata, & resoluta per D. Ludouic. Molin. libro primo, de Hispan. primogen. cap. 25. n. 8. cum sequent. consil. 1. 2. 3. & 4.

In hoc igitur secundo casu principia gabella non debetur, nec soluenda erit, cum locatio & conductio, non veto emptio & venditio.

15 Nec supra dictis obstat text. in *l. diuortio. §. si vir in fundo ff. solut. matrim.* ibi: *quia neque in fructu est marmor, nisi talis sit, vt lapis ibi re. idcirco, quales in Gallia sunt, & in Asia: ergo vbi lapis ex lapidicinz non renascitur, quod est regulare non est in fructu; si non est in fructu, locari non dicitur, sed prius vendi.*

Qui text. communiter per DD. ibi, demptis Paulo de Castr. & Fulgocio, intelligitur in prima sui parte, vt loquitur in ea lapidicinz, que se mel excelsa ex fundo dotali, renasci solet, & ideo merito ad maritum pertinet, nec est impensa prestatore: non autem in ea, que non renascitur, quamuis ex eius inuentione dotalis fundus fructuosior efficiatur:

efficiatur: Lapis namque excelsus, qui non renascitur non dicitur esse in fructu, ideoque ad maritum non pertinet, etiam si ex eius inuentione fundus vtilior reddatur, vt probatur ex text. in *l. diuortio. §. si fundus, & ex d. l. si ex lapidicinz ff. de iur. dot. & ibi per Scribent. & tenuit gloss. d. l. si vir in fundo quam ibi sequuntur Bart. ante num. 1. Bald. colum. 1. Alexand. num. 1. Iaf. num. 1. communiter DD. secundum Molin. vbi supra. num. 8. in versu. sed intellectus iste: quoniam probari videtur in *l. 27. tit. 11. part. 4. in illis verb. Cast. lapidicinz fuisse de natura, que non crescit de fructu que taxat se de ella, que dicitur de la muger, & no del marido.**

Non inquam obest d. §. si vir in fundo, iuncto illo communi prædicto: quoniam verior est ad illum textum intellectus, quem ei assignat in proprio loco Paul. de Castr. num. 1. & Fulgoc. ibidem, nempe, vt procedat non solum, quando maritus reddit fundum dotalem vtiliorem ex inuentione lapidis, qui excelsus renasci solet, sed etiam quando renasci non solet, sed ex alia causa fundus vtilior redditur, vtroque enim casu lapides cresci sunt mariti, quem intellectum probatur etiam Duran. ibidem verbo fructuosorem fecerit. vbi optime respondet ad text. in *l. fin. ff. de fund. dotali*. qui pro communi opinione citari solet, & D. Molin. vbi supra n. 9.

Et insuper non obstat ille text. in *dict. §. si vir in fundo*, dum probat, quod quando lapis non renascitur, in fructu non est: nam quamuis verum sit proprie, atque stricte loquendo, lapides seu cetera metalla, que non renascuntur, in fructu non esse, vt ibidem deciditur, habentur tamen nihilominus loco fructuum, obventionum, atque commoditatum, ideoque is, qui fructibus sui debet, commoditatis etiam, atque prouentibus rei fructu, quamuis proprie loquendo, fructus non sint, vt probatur ex *l. usufructu legat. ff. de usufructu leg. & præcitata l. item si fundus ff. de usufructu*. quod adnotatur Paul. de Castr. in *d. §. si vir in fundo, num. 3. & ibi Duran. in princip.* quos sequitur D. Molin. d. num. 9. vers. non obstat, vbi inquit, hoc apertius probari in illo text. dum decidit, impensa non esse marito præstandam ex eo, quod lapis non renascitur: Ergo illo casu maritus lapidibus excelsis sui debet alias enim text. non diceret, quod non est impensa sibi præstanda: Ex est pro hoc optimus text. in *l. si fundus. §. ff. solut. matrim.* vbi deciditur, quod si fundus in dotem datus sit, in quo lapis dicitur, lapidicinarum commodum ad maritum pertinet, quia palam sit eo animo de hisse mulierem fundum, vt iste fructus ad maritum pertineat: Ecce vbi commodum lapidicinarum appellatur fructus, non tamen simpliciter, sed cum relatione ad commodum lapidicinarum, hoc est, iste fructus.

17 Duobus igitur modis in proposito fructus consideratur, videlicet, diuersis modo, respectu lapidis cæsi, qui impropre dicitur fructus, nihilominus tamen habetur loco fructus, in quantum est commoditas, & vfus lapidicinz, & sic ad maritum pertinet, tanquam fructus, & commoditas fundi dotalis, & constante matrimonio habitus, vel habitus. Secundo modo respectu proprietatis: & tunc si lapis renascitur erit fructus proprietatis, quia per apertionem huiusmodi lapidicinz fructuosior effectus est fundus: & ideo in hac specie impensa est præstanda viro non solum vtilis, sed etiam necessaria, vt decidit expresse *l. final. ff. de fundo dotali*. contra opinionem Labeo.

18 Si vero lapis non sit eius nature, vt renascatur, non est in fructu quo ad proprietatem, & ideo impensa facta à marito in apertio huiusmodi lapidicinz, est in soluida ab vxore, quia per eam proprietates fundi dotalis non est effectus fructuosior, sed maritus fructus, lapidibus cæsis, tanquam commoditatibus eiusdem lapidicinz, que non renascitur, vt in *dict. §. si vir in fundo*, quod etiam probatur in *d. l. fin. partim expresse, nempe id, quod diximus de lapidibus cæsis à marito, quod sint eiusdem partim tacite, nempe, quod in hac specie, nempe quando lapidicinz aperta à marito in fundo dotali, non est de iis, que renascuntur, impensa non sit soluida ab vxore viro, cum tantum decidat textus ille, esse soluendam impensam viro, quando talis sit lapidicinz in qua lapis crescere possit.*

Non etiam obest *dict. l. 27. tit. 11. part. 4. in verbis præarratis*, que videtur communem intellectum probare: quia ipsa non loquitur in casu, quo maritus fundum dotalem, in quo lapidicinz inuenta est alius fructuosior fecerit, prout text. in *dict. §. si vir in fundo loquitur*: Vnde quando fundus dotalis aliter fructuosior effectus fuerit, dicendum erit, prout in *dict. §. si vir in fundo*, decidit, quia lex noua secundum distinctionem l. antique accipienda, & intelligenda est, argumento *l. sciendam, in prin. & ibi glossa & Doctores ff. qui satis dar. cogant. & in l. Decurionib. C. de sentent. lib. 1. 2. qui intellectus verior & probabilior, videtur Molin. vbi supra, num. 10. reiecta communi illius interpretatione, que non potest, absque pluribus erroribus, atque diuinationibus sustineri, & sequitur Barbol. in *d. §. si vir in fundo, numero 11. & Ioannes Gali. de expens. & melior. cap. 22. num. 4. ad fin.**

Cum igitur lapides, & cetera metalla, que non renascuntur loco fructuum, obventionum, atque commoditatum, (vt dicebamus) habeantur, licet proprie in fructu non sint, locari possunt, vt probatur in iugibus præallegatis: & non solum vfus rei sine fructu, veluti equi, serui, vel domus comprehenditur sub nomine fructus, sed etiam interitus, quod ex re sequitur, licet re vera fructus non sit *l. hoc corpus. §. 1. ff. si seruit. vendit. & l. si quid, & ibi Bald. ff. de seruit.*

Non etiam obest, quod conductor, sicut usufructuarius vti debet re conducta, salua rerum substantia, quia iam diximus, lapidicinarum ipsam, aliaque metalla, insigne ab ipsis euellendi lapides, &c. remanere dominis salua loco proprietatis, & lapides cæsi, tanquam commoditates lapidicinz pertinent ad conductorem.

19 Quæ omnia, non solum in vena lapidea, sed in quacunque alia, siue aurea, argentea, metallica vel salinaria, aut simili pari ratione dicenda erunt, vt supra quoque nos diximus in probantes ex *l. item si fundus ff. de usufructu*. vbi de lapidibus, & aliis venis indistincte, idem disponitur, quod sic resoluti glossa in *dict. §. si vir in fundo, verbo habentur, & in l. si ex lapidicinz verbo, fructus ff. de iure dot. & probat Alber. in *d. §. si vir in fundo*, & Bart. ibi in sumario, expressius Angel. & Imol. ibidem. quos refert & sequitur D. Molin. lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 25. num. 10. vers. quæ omnia.*

Nec huic verissimæ & receptæ sententiæ obstat text. in *d. §. si vir in fundo, versu. sed si dum videtur loqui discretiue de lapidicinz & aliis venis, distinguens in eis, vt prædiximus, quare melioramenta indistincta disponit viro cedere debere.*

vt patet in eodem tex. ibi sed si certa fundina, vel arri, vel cuiusvis alterius materia, sint vel arena vitige in fructu habentur. Ex quibus verbis videtur, iurisconsultum aperte voluisse, differentiam constituit inter lapidicinas, & alias venas: quia secundum Molin. vbi supra, Iurisconsultus hæc non diuisit, vt in eis diuersa iris ratio constituta esset, sed solum gratia clarioris intelligentiæ, id in vena lapidea dixisse, vt in aliis venis generice in fine id text. statueret, quod gloss. & communiter Scribentes sic intellexerunt: quamuis alias natura illius dictionis, sed, repugnare videatur: Sed hoc argumentum tollitur aliis illi quibus de lapidicinis, & aliis venis indifferenter, atque vniuersimode disponitur.

21 Vel potest dici, & verius meo iudicio, ne impropietatem verum sensum, & naturam dictionis, sed vt quod d. h. si vir in fundo, negat esse in fructu, in matore, quoad vtilitatem perpetuam proprietatis, id ipsum affirmat in fructu haberi in creta fodinis, vel argenti, vel cuiusvis alterius materie sint, vel arena, quia hæc vtiq; in fructu habebuntur, vt inquit litera illius text. Itaque sensus illius text. sit, quod in omnibus prædictis tam lapideis, quam in cæteris, idem indistincte disponat, iuxta communem illius textus intellectum: Differentia tamen est in hoc, quod lapides casti ex lapidicina, non sint proprie fructus quando lapsi non renascuntur, quomodo eorum commoditas ad matum spectet, & ideo ei non sit præstanda impena ab vxore: At vero, quod casum fuerit in cæteris fodinis aliarum materiarum, in fructu habebitur, quamuis minus renascantur, & nihilominus efficitur maritus, quæ impena non soluitur ab vxore, sicut in lapideis excisis, idem statuit Iurisconsultus in priori parte illius text. Aduersatio igitur tantum adest, & verificatur in eo, an excisum sit in fructu, acene, cæterum in vtriusque idem ius disponitur, quoad acquisitionem mariti, & non solutio. nem impena ipsi faciendam, & sic conformis est hæc decisio, iecioni textum d. litem si fundi.

22 Quare autem magis casum ex cæteris metallis habeatur in fructu, quam ex lapidicina excisum, ea esse potest, nempe propter maiorem æstimationem, & pretiositatem cæterarum minarum, quam lapideæ, ideo illarum apertio fructuosior rem reddat fundum in proprietate, quam huius, scilicet lapideæ: & nihilominus adhuc improprie in fructu esse id, quod exciditur ex cæteris minis insinuat text. ille, quandoquidem inquit, vterque in fructu habebuntur. Quod igitur non esse in fructu in lapidicina, inquit text. hoc loco fructus haberi in cæteris minis, affirmat Iurisconsultus ibidem.

S Y M M A R I A.

- 1 Gabella an debeat ex venditione, vel locatione fructuum, vnius, vel plurium annorum: cum seqq.
- 2 Fructus fundi, & vendi, & locari potest.
- 3 Alienatio fructus fundi facta pro vnica pecunia quantitate semel soluenda, est mera venditio, seu si fiat pro pensione in plures annos, vel mensibus distributa, quia erit locatio: præcipue si fiat per verbum vendendo, vt in n. 4. vel loco vt in n. 5. Secus si per verbum concedo, quia erit venditio, vt in n. 6. si fiat vnico pretio, nam si sit diuisio in singulos annos erit locatio, vt ibidem quod si proximè oritur partes verbo loco & vendendo, attenditur effectus de vnica, vel multipli-

ci solutione, vt in n. 7. sed aliter distinguit in hoc Menoch. vt in n. 8. & aliter Ioan. de Imola, vt in n. 9. aliter Carrot. vt in num. 10. & 11. aliter Lassar. vt in n. 12. & 13. vbi quæst. n. 17. exclusiue, quo numero, & aliis sequentibus breuiter, & expeditius auctor resoluti articulum hunc, & in n. 20. docet quoad gabella solutionem standum esse in hac specie consuetudine, & in num. 21. & 23.

21 Consuetudo iuris gabellarum derogatoria & contra, etiam immemorialis excluditur, ex l. 1. tit. 18. lib. 9. non collecta. Reg. secus consuetudo interpretatiua, & declaratoria.

14 Condicio 26. de los apuntamientos de las alcavalas, intelligenda est, iuxta consuetudinem solvenda, vel non solvenda gabellam existentem in loco, de quo agitur.

25 Los Comendadores de las Ordenes militares de Santiago, Alcántara, Calatrava pagan alcavala de las ventas de sus Encomiendas, adonde ay costumbre de pagarla: y adonde no la pagan.

Consuetudo interpretatiua legum sufficit decem annorum, licet alias ad præscribendum requiratur tempus immemorabile.

Q V Æ S T I O XXXVII.

An ex venditione, vel locatione fructuum vnius, vel plurium annorum gabella debeat?

Quæro modo in proposito de questione admodum difficili, sed in praxi quotidiana, an ex venditione, seu locatione fructuum vnius, vel plurium annorum debeat, & solvenda sit gabella, necne?

Punctus huius difficultatis consistit, in eo, an quando fructus fundi pretio conceditur sit locatio, vel venditio: In quibus enim casibus locatio erit, proculdubio gabella non debebitur, quod si venditio fuerit, debetur gabella.

Sed difficile nimis est agnoscere, atque discernere in hac specie locationem à venditione. Fructus namque fundi & vendi, & locari potest, vt patet ex l. in venditionem §. 1. vbi vendere vel locare debet, & l. aut. Prator. §. in eum ibi qui neque locatæ fructuum prædij nec vendidit. ff. de bon. aucto. iudic. passid. l. si usus fructus ibi, vel locat, vel vendat. ff. de iur. dot. l. arboribus, §. usus fructuarium ibi vel locare, vel vendere potest ff. de usufructu. tex. in specie in clement. 2. de reb. Ecclie. non alienant. ibi ad locationes, vel reddituum, vel fructuum venditiones: Quando autem alterutrum horum fiat, aut fieri dignoscatur in dictis iuribus non exprimitur, hinc est, vt DD. maxime variant in huius rei disquisitione, & agnitione.

In primis enim Carr. in q. 4. incip. Publicanus n. 3. 11. & in l. cotemferro §. qui maximus n. 3. ff. de public. & vbi docet, quod aut alienatio fructus fundi meicit pro vnica pecunia quantitate semel soluenda, & est vera venditio: aut alienatio pro pensione in plures solutiones, & annos, vel menses distributa, & erit locatio, iuxta doctrinam glossæ in l. 1. verb. agendo ff. de superficibus. nec curandum, an contraheutes vbi sint verbo, locationis, vel venditionis, & ita intelligendam esse alterutram iurium prædictorum: quam A. d. d. inam Bart. latè prosequitur, & probat cum aliis, quos refert Philip.

Philip. Cornets consilio 38. per totum vol. 2. & consil. 11. per totum, vol. 4. & plures citans Tiraq. de retrat. ligat. §. 2. glof. 14. n. 26. & est communis secundum Lassar. de decim. vendit. cap. 2. n. 47. cum sequentibus. communis vt plures allegans testatur Cortotius locat. & condit. 1. parte de qual. 4. vnica solut. folio 44. n. 1. cum sequent. vbi n. 5. cum seq. distinguit quatuor casus.

4 Primus est verbum concedo, quod generale est, & hoc casus est locatio si sit diuisio pretij in singulos annos, iuxta glo. in l. 2. C. de tur. emphyt. & communem opinionem, de qua per Ripam de priuileg. contra pestem n. 5. 4. Secundus casus est per verb. loco, & est locatio, sine pretium sit singulis annis, sine pro vno anno secundum Paul. Casti. in d. d. §. qui maximus, & in l. 2. C. de adoe. ff. locat. 7. Tertius casus est, in verbo vendendo & erit venditio si vnicum est pretium, locus si fiat diuisio, in singulos annos, quo casus erit locatio, iuxta doctrinam Bart. & communem vbi supra, vt per Corrot. qui supra n. 7. vbi & ampliat, vt sit locatio, quando ab initio vnica est constituta solutio, sed diuisa præstatio in temporarium modo præstatio sit vniuersalis, secundum Corrotum & Rip. quos ibi refert declarando mentem Bart. 4. Quartus casus est si promiscue utatur verbo, loco, & vendendo, & tunc attenditur effectus de vnica vel multiplici solutione, vt distinetur est ita cum aliis Carrot. n. 8.

7 Promiscue utatur verbo, loco, & vendendo, & tunc attenditur effectus de vnica vel multiplici solutione, vt distinetur est ita cum aliis Carrot. n. 8.

8 Iacobus Menoch. de retinend. posses. remedio 4. n. 18. cum sequent. admittit præd. Bart. & aliorum distinctionem cum in dubiis versamur, quia ignotatur, an principaliter veniat factam, vel dano: vt tunc, si pretium, quod semel tantum præstatur, conuenit æstimationi redemptio dicatur: si vero pretium, quod præstatur, non semel præstatur sed annuatim, tunc sit locatio.

9 Rursus Ioan. de Imol. in d. d. §. qui maximus à præd. Bart. & communi distinctioni discendens, eamque improbandam, censet contra Bart. verba contrahendum attenda essentia vt dixerint vendendo & emendo sit sit, si vero loco & conduco locatio, potio contracta esse videatur, in dubio autem quod seruetur præd. distinctio Bart. & communis veluti si ita dixerit: Concedo tibi fructus fundi mei in decem annos proximos pro mille aureis venditio sit. Si autem dixerit concedo fructus in decem annos pro centum aureis annuis locatio sit. 4. Sed Carrot. vbi supra n. 5. inquit dicant igitur contrahentes quicquid volum attenditur effectus, vt ibi late inter probat dicens, hanc esse communem opinionem, plures allegans, & inserius folio 50. q. 6. de venditione in verba inquit quod si vendidit Remprono fructus calis fundi vt vulgo dicitur in herba licet ex facie verborum videbatur venditio, item ex conuentione certi quodammodo pretij contrarium est verius & sic sit locatio vel eius naturam mutet, secundum Battol. in d. d. l. cotemferro §. fin. numero 11. ff. de public. & vbi Baldo in l. 1. Cod. de contrahenda emptione & alios quos ibi citat.

10 Rursus Ioan. de Imol. in d. d. §. qui maximus à præd. Bart. & communi distinctioni discendens, eamque improbandam, censet contra Bart. verba contrahendum attenda essentia vt dixerint vendendo & emendo sit sit, si vero loco & conduco locatio, potio contracta esse videatur, in dubio autem quod seruetur præd. distinctio Bart. & communis veluti si ita dixerit: Concedo tibi fructus fundi mei in decem annos proximos pro mille aureis venditio sit. Si autem dixerit concedo fructus in decem annos pro centum aureis annuis locatio sit. 4. Sed Carrot. vbi supra n. 5. inquit dicant igitur contrahentes quicquid volum attenditur effectus, vt ibi late inter probat dicens, hanc esse communem opinionem, plures allegans, & inserius folio 50. q. 6. de venditione in verba inquit quod si vendidit Remprono fructus calis fundi vt vulgo dicitur in herba licet ex facie verborum videbatur venditio, item ex conuentione certi quodammodo pretij contrarium est verius & sic sit locatio vel eius naturam mutet, secundum Battol. in d. d. l. cotemferro §. fin. numero 11. ff. de public. & vbi Baldo in l. 1. Cod. de contrahenda emptione & alios quos ibi citat.

Que opinio vltra supradictos in transacione super actione personali comprobatur hoc radicali fundamento: quoniam transactio simplex ex se, sed aliud non interueniat, quod eius naturam alteret, & in aliam speciem contractus digredi faciat, est contractus innominatus, quilibet est factio principali partium refutat: si enim vtraque pars dederit, erit contractus innominatus do vt des: si vero vna pars, det, altera vero pars det altera vero faciat, erit, contractus innominatus do vt facias, vel e contra factio vt des: si vero ambe partes faciunt, erit, factio vt facias, l. a d. in d. sine apud alia, col. vlt. final. Paul. de Casti. cons. 279. primo videndum est, volum. 1. At vero licet, ex contractu innominato, do vt des, debeatur gabella ex ceteris vero contractibus innominatis ptenartatis, in quo factum ex vna, vel vtraque parte interuenit, minime gabella debetur vt supra resoluimus, quæst. 29. contractus innominatus do vt des, esse non potest in transacione, nisi tunc demum, cum in lite agitur rei vendicione, & ex causa transacionis res, que venditur, apud eum pretio dimittatur: sed vero, quando res petitur actione personali, etiam si ea actio competat ad rem dandam, vt tradendam, quia tunc, & si actor pretio liberet rem ab actione personali non ex hoc potest dici, eidem dare, sed liberationem facere, vt sibi aliquid detur. Est igitur contractus factio, vt des, non vero do vt des, §. non enim actio personalis est cessibilis, aut vendibilis in debitore, licet in certum cedi, aut vendi possit, quia actio, & passio non possunt cadere in vnu, & idem subiectum. l. si ianus, fideius non simplicibus: ergo actio que in debitore inest, si sine non potest simul in eo ad alium permanere, contra eum Bald. in l. emptor numero 2. C. de hered. vel alien. vendi. §. Hinc est quod actio ad alium creditoris successione debitoris statim perit, extinguitur, & confunditur, inuentio non facta, l. fin. §. in computatione in vers. ff. vero, & ibi communiter

communiter DD. C. de iur. de lib. Quod igitur actor reo dare potest, non est ipsamet actio personalis actus, sed refutatio, liberatio, & extinctio obligationis passiuæ debitoris, quod est contractus innominatus factio, vt des, non vero do, vt des.

12. Quia, vt inquit Bald. in l. si item si fundi, quæst. 5. columnæ 3. ubi quia in personali, quod soluitur, &c. ff. de usufruct. restitatio litis in actione reali est vt pretium rei: sed in personali est vt inter: de. Ergo ex transacione super actione personali gabella non debetur.

Quod eodem procedit in transacione super actione personali, sed etiam si transactio simpliciter fiat super actione reali rei vendicionis: transactio namque vera ex sui natura non sit super re ipsa petita, sed super lite secundum Bald. in l. 1. §. 1. sed nonquit, C. de bon. mater. §. Non enim tunc actor creditur transmitti in eum dominium rei petite, sed solum lite discedit, faciendo pactum de non petendo, quod est certa quodam refutatio sui iuris iuxta glossa. in l. de fidei commissio, C. de transacione & ibi DD. non vero per eam intendit dominium transferre, nec reo titulum dare rei petite, ex quo dimissio hanc loco actionis haberetur, sed non est ita, nec res traditur, sed relaxatur, vt traditur Bartol. Alexand. & alij DD. in l. stipulatio ista §. 1. numero 7. ff. de verborum obligatione addit Cassin. in consuetud. Burg. titulo de retract. rubr. 10. numero 15. vbi quod dimissio rei existentis in lite ex causa transacionis non est alienatio ex d. l. si profundo, & ibi DD. præcipue Iason. numero 9. Alexand. consilio 41. numero 1. & 2. volum. 6. & Anton. Gomez libro 2. var. resolut. capitulo 2. num. 28. vbi alios allegat, est communis, vt plures referens,

14. testatur Padill. in d. l. si profundo numero 10. §. vbi, quod omnes tenent per illum textum in hac specie actorem deficientem a lite non teneri de cui-

15. ctione. §. Quod adeo verum est, nempe ex vi propria transacionis rem ipsam non dari, aut cedi, nec titulum ad eam, vt quamvis actor dicat, quod retentur litis, & causæ, & ab eis discedit: nihilominus reus ex hoc ius nouum, nec titulum rei à se possessio recipere dicatur sed in pace remanere cum iure sibi antea competente, & ideo dimittens, non tenetur de emptione, vt post alios tenet, & probat Alexander in d. l. si profundo numero 5. vbi alios allegat.

16. Actor itaque cum simplicitate transigit cum reo super actione reali rei vendicionis intentate ab eodem actore, si eidem rem petitam vel titulum ad eam non dederit nec ius suum cesserit, quamvis aliquid à reo recipiat, vt à lite discedat, & liti, & causæ cedat, non ideo dicit potest contractum innominatum do vt des, facere, sed potius factio, vt des, vel do vt facias, ex quo gabella non debetur.

17. Quod autem maiorem dubitationem habet in proposito est: an ex transacione in qua actor cedit omne ius suum, quod in re litigiosa habet pro pecunia à possessore soluta, vel soluenda, aut e contrario tunc ex huiusmodi transacione debeatur gabella nec ne.

18. Et in hoc distinguendi sunt duo casus. Primum est clarus, nempe quando transactio fit super ipsamet re petita non vero solum super lite ita vt reus conueniens det actori pecuniam expresse, vel acqui-pollentur pro ipsa rei: & actor pro ea recipere constituitur, atque ideo reo cedit dominium reale, quod in ea habetur: tunc namque negati non potest hanc esse venditionem, atque proinde gabellam pro-

culdalis ex ea debetur: Item namque est dominere rem possidentem pro pretio vel eam vendere quando talis dimissio fit in finem transferendi dominium, vel titulum præbendi l. cum rei ff. de rei vendicatione Iason. in d. l. si profundo numero 9. Vnde secundum ibi pulchre inquit Baldus in l. si inter vos C. commun. vers. inque videt, quod d. l. si profundo in fin. procedit quando contractus celebratur super instantia litis, secus quando concernit rem ipsam quam sequitur Alexander in dict. l. si profundo numero quadragesimo primo in fin. & Bertrandus consilio 2. quæstionum vol. 3. Rubens consilio 152. col. 2. §. Et quemadmodum nomen venditionis non excludit transacionem l. cum ea que C. de transacione ita nomen transacionis non excludit, quod ex se est venditio.

Secundus casus est quando transactio, & cello fit totius iuris, & actionis realis, quod actor habet in re litigiosa pro pecunia, & tunc quidem etiam contrahitur aperta venditio vt nuncupatum tradit Bartol. in l. 1. numero 2. ff. pro emptione quod Paulus de Castro ibi etiam numero 1. verum esse explicat si modo consistit ius aliquod in ea recedentem habuisse, habebitque locum dictum Baldus in l. per diuersus C. mandata affirmantis, statutum disponens, quod de emptione, & venditione soluat gabella habere locum in transacione, & quietatione pro vt eum refert Amodeus à Ponte in questione laudem 32. in principio. Alterc enim si de iure recedentis non constat, quamvis ab eo sui iuris cello fiat nulla venditio erit, sed sola transactio quia deficit res, que veniat vt in l. nec emptio ff. de contrab. emp. ideoque nec gabella debetur.

Hinc est, quod siue actor rem litigiosam relinquat reo pro pecunia siue reus eam retineat actori, pecunia accepta gabellatim non ex hoc habet suam intentionem fundatam pro exigenda gabella, si sola transactio attendatur, quia hæc regulariter est contractus innominatus, do vt facias, ex quo gabella non debetur, vt prædiximus: Gabellaria igitur, vt obtineat, probare debet eam, qui rem relinquit, & ius suum cedere actori, siue rem tunc fuisse verum dominum, vel litem fictam ad occultandam veram permutacionem, vel venditionem iuxta textum in l. cum hi §. sed cum l. ff. de transacione vt resoluunt in similibus terminis, nempe iuris debiti partono ex venditione rei feudalis, Carolus Molinus in consuetudine Paris. titulo 1. §. 22. quæstion. 2. num. 67. quem refert & sequitur applicans ad gabellam Lassar. de decim. venditione d. capitulo 17. sub num. 5. in vers. ex quo illud, sequitur cum Girondo quem citat Azcoed. in d. l. num. 20. tit. 17. hoc lib. 9.

Quorum opinio non parum coadiunatur ex resolutione Tiraquell. de retract. l. i. §. 1. glo. 1. 4. num. 94. vbi probat, quod cum res manet apud ipsum possessorem, dato aliquo pretio habet locum retractus non quidem ipsius rei sed iuris, siue actionis transigentis, qui à se rem omnino abdicauit: Et ita est tenendum in nostris terminis gabellæ iuxta præcedentem resolutionem: tamen si non dicit qui contractum tentare voluerit, gabellam, licet in præd. specie, & secundo casu simpliciter, & indistincte deberi ex præd. cessione, contendens non obitare dicta Carol. Molin. ubi supra, quia ea locum habent in materia laudemij, in qua si cedens dominium non transfert, nec illud habet ad transferendum, non dicitur alienare rem feudalem, ac proinde laudemium non debet, quod alias ex alienatione debetur: sed in materia gabellaria

tradit in expositione textu. in. vbi. ubi. propter pactionem perfonarum, contra quas inquirunt de heret. lib. 6. & in terminis ita existimat in proposito Lassar. de decim vendit. l. 1. n. 10.

6 Venditor autem, qui tenetur gabellam solvere, it intelligitur, qui nomine proprio, vel simpliciter rem tanquam suam veni. vel permutatur: sed si nomine alterius sub commemoratione sui officij procuratoris vendiderit vel permutaverit, nunc enim dominus, cuius nomine res vendita fuit, tenetur gabellam solvere, non vero venditor. Ita exiur in l. 8. tit. 17. hoc lib. 9. vbi limitatur:

En los taberneros y otros hombres, y mugeres que vendieren vino, de qualquiera persona, que dena alcavalas por que ellos son obligados a retener en si el alcavala que mentare el tal vino que assi vendieren y asi de con ella al arrendador, o fiel, o cogedor, assi como si fuisse suya el vino. Et. xviii. dicit. lege latus cauetur. Ex qua hanc notitiam declarationem, intellectam, & interpretationem ad dict. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. in terminis probavit Lassar. dicit. cap. 15. n. 4. cum seq. amplians n. 7. quod predictum de venditione procuratorio nomine facta, ut procedat etiam; quando non expresse predictis modis, sed expresse tanquam alienam, & ut rem illius domini vendidisset, quia semper videtur alieno nomine facere; quo casu mandatum habuit venditio, valebit decimaque debbitur ab ipso domino, tunc ex dict. l. 8. si autem mandatum non habuerit, nec a domino venditio fuerit satisfacta, huiusmodi venditio erit nulla, ex eaque gabella non debbitur ex communi resolutione, quia habet quod ex venditione nulla gabella non debetur, & iuxta hanc veram, & communem distinctionem intelligi debet dictum pauli de Cast. in l. 1. §. executorum ff. de exercit. secundum Laur. Silvan. consil. 3. lib. 1. & Lassar. ubi supra d. 17. ad fin. quod si venditio a domino fit erit satisfacta, quando, & cum gabellam debeat gabella, agemus infra suo loco.

8 Neque obstat, quod venditio rei alienæ valet, & tenet ex eaque debetur gabella, ut decimus supra 9. n. 2. & 3. quia id verum est, & recte procedit, quando ea, ut propria, vel simpliciter: sed si aliena talis domini, quia tunc nomine illius domini videtur, vendi, & procedit prafata communiti distinctio.

9 Et quibus inferre Lassar. ubi supra num. 8. quod si talis procurator, qui tunc nomine domini in hoc loco contraxit, & sic vicinus, & incola, istius loci, non tenetur emptor de animam ex pretio retinere, licet rei domus Pataneus, esset, quia vere non hic dominus forensis, sed vicinus ille venditus est, & ad gabellam tenetur, ut praediximus: & sic in hac specie cessat dispositio d. l. 3. tit. 17. hoc lib. 9. Si vero ille procurator vendiderit expresse nomine domini rei, qui sit foraneus, vel tanquam alienam, & propriam illius domini, habebit locum dispositio d. l. 3. tit. 17. quia tunc dominus rei est verus venditor, & sic ille decimam debebit, quod iam semel litigatum, & iudicatum se vidisse affirmat Lassar.

10 Quia quidem vera sunt, & in praxi tenenda, tamen si Giron. de gabell. §. p. 8. in 2. cum seq. contrariam aduersus Lassar. probet, nempe; ut quamvis venditio facta sit nomine alieno, vel procuratorio nomine, venditor ipse tenetur ad gabellam eius namque fundamenta ad hoc tenent, sed nisi l. probant: improprie namque l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. non precepit generaliter quod ipse Giron. dicit, nempe, venditio res nomine alieno,

vel rerum alienarum teneri solvere gabellam, quæ tunc in casu particulari, de taberneros, y otros hombres, y mugeres, que vendieren vino agena: Vnde per locum ab speciali regula generalis deducitur in contrarium deinde ipsam l. 8. in principio hoc expresse decidit ibi: no el que la vende scilicet que el que vende la cosa de otro, no deus el alcavala, sine el dueño, vendiendose en su nombre, quamvis Giron. inaduetter contrarium dicat, nempe, fallam hoc non asserere. Non etiam est aliud fundamentum eiusdem Giron. nempe iure constitutum esse competere gabellariis ius hypothecarium aduersus res venditas quocumque vadant, ex reg. l. imperatores cum similib. de public. & velligal. sicut etiam pro laudemio solvendo competit exactori ius hypothecarium, iuxta doctrinam Caroli Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. p. 1. n. 139. & Callan. in consuet. Burgund. rubr. l. 1. in tit. de cens. n. 9.

11 Quoniam respondemus, tunc temporis, si dominus cuius nomine res vendita est, foraneus sit, tenebitur quidem emptor retinere in se gabellam debitam, iuxta d. l. 3. tit. 17. hoc lib. 9. & deinde tenetur idem emptor denunciare venditionem gabellario intra triiduum, ad quod etiam tenetur venditor intra quantum diem sub pena contenta in l. 3. tit. 17. hoc lib. 9. & hoc modo erit conultum gabellario, licet dominus, cuius nomine venditio sit esset foraneus, & ita non compelleretur dominus rem venditam in longinquum querere: tandem Giron. loquitur contra literam, & declarationem expressam d. l. 8. in principio. & ideo merito contra cum Lassar. vbi supra tenet Azeved. in l. 1. n. 76. tit. 17. hoc lib. 9.

12 Quod si procurator laicus vendat rem, non quidem expresse nomine domini, sed simpliciter vel suo nomine proprio, contemplatione tamen sui domini, cum vere rei ipsa, & effectum venditionis inspecto, non operabile rem suam, sed alienam, nempe negotium domini sui qui tamen clericus sit, vel alias privilegatus, & immunitus a solutione gabellæ, non erit solvenda gabellæ ex hac venditione, quia clericus per alium exercens talenam non admittit privilegium clericale, secundum Albertum in l. humilem. C. de incest. nupt. quem refert & sequitur Mexia in prag. taxa panis conclus. §. n. 29. & est tex. in l. 1. o. ibi: Ellos o otros por ellos, tit. 18. hoc lib. 9. & contra si dominus esset laicus privilegatus, quamvis procurator vendens suo nomine clericus sit, aut alias exemptus gabella debbitur, secundum Syuester, in summa, verbo gabella 3. numero 10. quem refert & sequitur Otalora de nobilit. 2. par. cap. 1. n. 11. & Mexia ubi supra n. 3. Azeved. in d. l. 1. n. 78. & vtrumque probat Lassar. dicit. cap. 15. n. 9. & vbi 16 e iam quod clericus vendens nomine suo tenet loci, ut gabellam fraudet, male facit, & in suam conscientiam peccat, ut tradit Didac. Perez. in rub. tit. 2. lib. 8. ordinam. pa. 34. col. 2. ad medium, & de ergo iam ad restitutionem gabellæ gabellario teneri, ratione fraudis ab eo admittæ, & quia per eam iniuste abstatit gabellatio qui sibi iuste debebat, & non admittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

13 Non vero reg. tex. in d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. quæ habet, qui venditores solvant gabellam, limitatur in omnibus casibus.

14 In primo, en el arçete de Sevilla paga la mitad de la alcavala el vendedor, y la otra mitad el comprador, ut cauetur in l. 1. dicit. tit. 17. hoc lib. 9.

18 El 2.º caso de la, l. 18. tit. 17. hoc lib. 9. que dispone que el platero, o cambiador, o mercador que comprare plata de qualquier persona que sea, pague cinco maravedis por marca, y no mas: y si este platero, o cambiador, o mercador vendiere pieza de plata o de oro arriba que pague a otros cinco maravedis por marca, y no mas: y si fuere la venta de ay abajo de un marco de cosas menudas, solamente pague el alcavala de lo que ganare en aquella plata, quitada la costa: y que estas plateros y cambiadores, y mercadores sean cogidos, y asi en la venta, como en la compra, por su juramento, sin que se haga contra ellos otra provanca alguna.

19 El 3.º en los ganados, y carnes del Arçobispado de Sevilla, y Obispado de Cadix, que aunque el vendedor deya alcavala, conrado esto los carniceros, que compran los ganados, son obligados a retener la en si quando pagari el precio, y se les puede pedir: y estan obligados a pagar la por consumo antigua de los dichos Arçobispado de Sevilla, y Obispado de Cadix, y en su villa y lugares, como lo refiere, y manda la, l. 7. tit. 17. hoc lib. 9.

20 El 4.º es, en qualquier carnicero que corta, y vende carne muerta, por si, o por otro, que este tal, aunque ministro, y no vendedor, ni comprador, está obligado a pagar el alcavala de ella, ut cauetur, in l. 16. tit. 17. hoc lib. 9.

21 El 5.º es, quando el vendedor, o comprador no es del lugar donde se haze la venta, o trueque, o fuere hombre poderoso a oficial del Rey del tal lugar donde se haze la venta, o trueque: porque en estos casos, o qualquier de ellos el comprador es obligado a retener en si en alcavala, hasta que el vendedor, o vocador le trayga carta de pago de ella del arrendador, o fiel, o cogedor, sepna de pagarla con mas la mitad, y generaliter in omnibus rebus venditis, vel permutatis cauetur, in l. 32. tit. 19. hoc lib. 9. praterquam, in el vino que se vendiere por menudo, y en la carne, y pescado, otros miente nimientos, que se venden por menudo, que se ha de pagar el alcavala de estas cosas, como se contiene en el quando no de las alcavalas, ut in d. l. 32. in fin. cauetur.

22 El 6.º es, en los taberneros que vendieren vino de otras personas: porque estos, aunque son solo ministros, estan obligados a retener en si el alcavala, para acudir con ello a quien la quiere de aver, vel latus habetur, in l. 8. tit. 17. hoc lib. 9.

23 El 7.º el caso de la l. 31. tit. 19. lib. 9. quando el comprador no manifestta dentro de tres dias la venta al alcavallero, aut de primero el tal alcavallero pregunte al pueblo por dos dias su recudimiento, y donde paja. Pero si el vendedor se lo notifico, no esta obligado a ello el comprador, ut ibidem cauetur. Ceterum si minor negligens fuerit in hoc, advertus suam hanc negligentiam restitui iure poterit, a g. tex. in l. 1. §. consil. §. si in commissum ff. de minor. vbi secus esse dicitur, si dolus interveniat, probatur etiam l. 6. tit. 7. §. 5. vbi cauetur: quel menor de 14 años, que anda descominado por encubrir, o hurtar los portaxos que deus de la cosa que lleva no caeria en la pena de perder todas las cosas que lleva de aquella manera, como las pierden los mayores de edad: y lo mismo dispone la dicha l. scilicet, que no pierda las dichas cosas el mayor de 14 años, y menor de veinte y cinco años, queriendo pagar el portaxo, fueras en de si le fuisse pronunciado, que lo hacia a sabiendas manifestamente, nec oportet restitutione in præd. minoribus, ut voluit, l. 1.

Regia, ita recto observavit tibi Greg. Lopez in glo. menor de 25 años in fi. Ergo idem videtur dicendum in specie nostra minoris, qui vendidit, vel emit rem aliquam, & venditionem gabellario non manifestavit intra terminos d. l. 31. quod etiam comprobatur ex decisione textu. l. denique. §. & si heret. ff. de minor.

26 El 8.º caso es de los compradores, o personas, que sacan mercaderias de algun lugar preguntandoles el arrendador, fiel, o cogedor de aque lugar, de quien las compraron, si no lo dicen, y declaran con juramento, para que puedan cobrar el alcavala de los vendedores, diciendo, no lo pronunciado antes que las saquen y lleven a otras partes, son obligados a pagar el alcavala de ello con el doble ita cauetur in l. 3. tit. 19. lib. 9. nua coll. Reg.

27 El 9.º es la ley 34. del mismo titulo, y libro: del mercader, o vecino, que traxere al lugar donde viene bestias de albarda o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde viene, pudiendole el arrendador del lugar donde viene, a quien perteneciere al alcavala de lo subditicho, y requiriendole por ante eforinano que le diga, y declare, do donde truxo aquellas cosas, y que le noneste testimonio, como se pago al alcavala de ello en el lugar donde le saco, si la bestia fuere de quatro mil maravedis endas arriba, se a obligada de lo mostrar testimonio signado de eforinano publico de ello dentro de tres dias del requerimiento, con juramento, que el tal testimonio es verdadero, y que en esto no hizo cautela. T no lo haciendo assi, está obligado a pagarle el alcavala de ello, exceptio, si la cosa fuere de menor valor de quatro mil maravedis, que en tal caso no ha lugar lo subditicho.

28 El 10.º es de los que fueren a vender, o comprar qualquier mercaderias, y otras cosas a qualquier feria, y mercados francos, los quales estan obligados a pagar el alcavala adonde son vecinos, exceptio si las franquetas estubieren ajustadas en los libros de su Magestad, ita latus cauetur in l. 4. tit. 20. hoc lib. 9.

29 El undecimo es, todas las orzes, que por culpa del comprador las leyes le obligan por pena a que la pague.

30 El duodecimo, en los trueques, y cambios, en los quales, como ambos contrayentes se digan, vendiendose, cada qual deus, y ha de pagar alcavala de la estimacion, y a precio de la cosa que da por la otra que le dan, iuxta l. secundam cum materia, de qua supra tit. 17. lib. 9.

SVMARIA.

- Gabella an debeat ex promissione de vendendo, restitui negatiue n. 5. cum seq. & communitate, ut in n. 9. amplius n. 11. & 12. declaratur n. 13. & n. 15. cum seq.
- Alio ratione vivandi circuitus competit alias sine cessio.
- Promittenti se obligaturum ad dandum mihi decem intra certum diem potest statim, cedente die, sine alia actione conveniri ad illa decem: contrarium n. 18.
- Patium formale de vendendo expresse certo pretio, & conditionibus pro vera venditione, census debet, si pactum sit in forme: nihilominus in vtroque casu gabella non debetur, ut in n. 5.
- Aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo, n. 7.

- 7 Publicani si statuto habeant arbitrium super venditionibus, ad nec habebunt super pacto de vendendo.
- 8 Landemia non debentur de promissione de vendendo.
- 9 Promissio de vendendo, etsi producat actionem, non tamen transfert dominium.
- 10 Permittente aliquo se ratam habiturum, quod futurum erit de futuro, an sit necessaria ratio habitio, vel statim conceatur facta?
- 11 Circuitus quando sit vitandus, & quando non?
- 12 Gabella cui gabellario debeatur ex promissione de vendendo respõse a tradita?

QVÆSTIO XLVII.

An ex promissione de vendendo debeatur gabella?

- 1 DE promissione de vendendo gabellam debent, videtur prima facie dicendum ratione vitandi circuitus. ¶ Hac neque ratione competit alias actio sine cessione, l. eum fundus. §. seruum tantum impotens. ff. de rei. pet. l. dominus testamento. ff. de cond. ind. clement. auditor de referip. cum concordantibus allegatis. per gl. virobique.
- 2 Hinc est, si quis promiserit intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decem, potest statim, cedente die, sine alia actione conveniri ad illa decem. Ita tenent Alber. Gal. & post eum Ioan. Andriam addit. ad Specul. in rubric. de oblig. & solu. col. 1. & sequuntur plures quos congerit Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. 9. §. n. 26. ex quo numeris se quem desomi possunt alie plurimæ doctrinæ pro hac parte affirmatiue, cuius ea coordinari potest, & in terminis nostre questionis principalis quæ ex promissione de vendendo debeat solui gabella non tamen de venditione postea sequita, siante statuto, quod ex quolibet contractu, ex quo vis oritur soluat gabella, tenent Bart. & Angel. in l. si pupillus in pass. ad l. fidei. quos & alios refert, & sequitur Bertrach. de gabell. in 3. memb. §. p. prim. q. 13. n. 25. vol. 11. tract. diuers. Doct. in antiquis: sed de iure nostro Regio ex quocunque pacto modo oritur actio efficax ad agendum l. 1. tit. 16. li. 5. col. Reg. Ergo &c.
- 3 Denique hæc sententia saltem tenenda videt, quoties pactum venditionis est formale, expressio pretio, & aliis conditionibus, quibus res vendend. erit, nempe promitte ribi vendere talem domum his & his finibus designatam mille aureis ita soluendis & his conditionibus, & pactis, & in idem placitum consentias, licet que te cepturum, & empturum eandem rem dicto pretio, & illis pactis facturum que ita promittas mihi tunc namque vera, & propria venditio celebrata videtur, vel saltem gratia vitandi circuitum pro tali censuri debet iuxta opinionem similem Lassart. in pacto formali de permutando c. 17. n. 36. cum seq. secus si pactum fuisse informe, veluti de vendendo, & emendo re illa, non autem contentum de pretio, quia hoc casu solum pactum de vendendo est: non vero venditio.
- 4 Nihilominus tamen in nostra q. de pacto de vendendo contractum indistincte probant DD. committere, scilicet quia gabella non debeatur de pacto de vendendo etiam formali expressio pretio, & conditionibus, siquidem nostra l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. & statutum simile de venditione ipsa præcipiat

gabellam solui, non vero de promissione de vendendo, & materia gabellaria sic odiosa, & sic strictè intelligenda de propria, nisi frans interueniat, ut resoluimus, & non temel diximus, non enim verba l. statuti verificatur in promissione de vendendo, Ergo ipsius dispositio locum non habet, l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto, cum simi.

Aliud namque est vendere, aliud vero facere pactum de vendendo, ut notatur in l. 1. bona fidei. ff. de eo. quod cert. loc. ¶ vbi docent Alber. Paul. de 7. Castro Fulgos. & Isf. quod si statuto caueatur, quod publicani habeant arbitrium super venditionibus, si aliquis promiserit vendere, non perinet ad eorum arbitrium, quia aliud est vendere, vel locare, aliud est promittere de vendendo, vel locando, quos refert, & sequitur Carol. Molin. in consuetudine Paris. tit. 2. §. 5. gloss. 1. n. 78. vbi n. 80. quod similiter aliud est donare, aliud promittere de donando, ¶ ex quibus ibi dist. n. 8. cum seq. decidit quod de promissione de vendendo, non debentur landemia, sicut nec retractus locum habet, ut per Tiraquel. de retr. lign. §. 1. glof. 2. numero 34. conducut alie plures doctrinæ in proposito, congerit per Tiraquel. in prior. loco supra citatum, nempe de retractu conventionali ad fin. tit. 9. §. n. 4. cum sequent. ¶ Non enim contractus venditionis in præd. specie perfectus est, cum non sit venditio, sed promissio de vendendo, quæ dominium non transfert, & si producat actionem, ut promissor ille cogatur, vel ad vendendum, vel al. interesse, ut respondetur l. 1. col. 2. §. lib. 11. C. in l. i. n. 6. & alios refert Menochium consil. 946. n. 1. vol. 10. fol. mihi 157.

Tandem in nostris terminis, quod si ex statuto debeat solui gabella de contractu venditionis, non soluat de contractu promissionis de vendendo, Baldus & Angel. post Iacobum Butrium in l. 1. C. de pact. pigorum Boët. decis. 48. n. 9. Tiraquel. de retr. lign. §. 1. glof. 14. num. 124. cum seq. & sequuntur plures consilii per Carol. Molin. vbi supra num. 81. quos nolui hic transcribere, & ibidem num. 86. cum aliis, quos refert, tenet contra Bart. in dist. l. si pupillus in princip. ff. de l. fidei. & sequaces post Tiraquel. vbi supra, quod quamuis venditio subsequatur ex causa prioris conventionis de vendendo, nihilominus debentur iura, & gabellæ de venditione ipsa, nisi de promissione fuisse soluta, quia tunc de venditione, quæ venit in executionem non debent iterum solui gabellæ: Hanc eandem sententiam in terminis nostræ l. Regis refertens suprascriptos Auctores, ex communis, sequitur Lassart. de decem. vend. cap. 17. n. 41. loquens etiam in pacto formali de vendendo, interim enim, quod venditio ipsa non celebratur, etiam præcedente pacto de vendendo periculum rei, de qua vendenda pactum præcedit, est domini, non vero eius, qui est emptio, cuius contractum iter, si vero emisset ex toto sit. ff. de periculo & commod. rei vendit. & que tradit Aiton. Gomez secundo tom. variarum resol. cap. 2. numero 32. & prosequitur in specie Lassart. dist. numero 41. cum sententiam principalem eum suprascriptis, tenet etiam Gironda de gabell. §. parte in princip. n. 24. & iterum in noua parte in princip. §. cum sequentiibus, & Rolandus de Valle consil. 69. n. 20. 136. cum sequent. l. n. 18. & 19. tit. 17. hoc lib. 9.

Ampliat hæc vera, & communis sententia, 10 ut procedat, etiam in promissione de vendendo ad retractum, quod venditio facta, intelligitur facta

facta ex nunc, pro tunc, quia in præiudicium gabellari futuri, hoc est, tempore venditionis vera, & realis extitit, non habet locum fictio translata, arguendo stipulatio de dot. ff. de iur. dos. non igitur debetur gabella, ex prædict. pacto de vendendo sed ex ipsa venditione, postea re ipsa sequuta gabellario existenti tempore venditionis, ut infra dicemus.

Limitatio tamen erit prædict. communis sententia, nisi is, qui ita promisit vendere postea rem ipsam est, cui promissio facta est, tradiderit, & vicissim ab eo pretium acceperit, id namque facientes, videtur venditionem ipsam perfectibile, & in actu venditionis consummata deduxisse, ut à Socino, cum ea specie, ex facto contigit, scienter responsum est, consilio 176. in præiudicium consultatio libro secundo ab eodem repetitur in l. si ante ff. solutum matrimonium quam sententiam probauit Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tit. in §. q. n. 63. cum sequentibus idem resolutum Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 4. n. 8. vers. 18. & in terminis nostris ex suprascriptis ita limitat, & recte communem præcedentem sententiam Lassartus. d. cap. 17. n. 41. id verum intelligens, siue rei traditio, aut pretii solutio sequuta sit ex promissione, quantumvis noua verba de vendendo non intercesserint, quia & tunc purificata, & contracta venditio videtur ex tacito consensu, secundum Couartum, vbi supra eandem limitationem tenet etiam Azonedus, in d. l. n. 18. & 19. cum enim promissio pura facta est de vendendo, & pretium certum, vel pars eius numeratum, vel numerata est, & certum etiam est, res vendi promissa, iam amplius non est promissio de vendendo, sed iam venditio: sique contractus perfectus, & propterea fructus sunt eius, cui facta est promissio, hoc est emptoris, gl. magn. ad finem in l. venditio, C. contrab. emp. & alios plures auctores, quos refert, & Menoch. dist. consil. 946. n. 12.

Secus tamen erit, quando promissio pura facta de vendendo, apud venditorem reperitur pretium incertum tamen, et res vendenda est certa, quia hoc casu non dicitur perfectus contractus, cum pretium non sit certum, ut respondit Paul. l. iulio in l. necessaria in principio ff. de periculo, & commod. rei vendit. ibi, pretium, sicut de re certa paulo supra dixerat: non enim dicitur pretium, nisi certum sit. l. pretium, vbi glof. & DD. committit in l. de emp. & vendit. alibi, si plissime, ita in terminis tenet & probat Menoch. vbi supra n. 1. cum seq. at per consequens in hac specie non debetur gabella.

Nec similiter debetur, quando facta est promissio de vendendo, in certa re, & pretio sub conditione ea ab arbitrio declaranda, hoc enim casu clarum est contractum esse perfectum, ex quo conditionalis est l. velim. C. de contrab. emp. & de locationem idem caueatur in l. si merces in principio ff. locat. & cum aliis ita docet Menochius vbi supra n. 19. & 17. vbi n. 18. quod venditio facta ad mensuram dicitur conditionalis, & sic imperfectum, vbi in l. si in venditione, §. vbi vero ff. de periculo & commod. rei vendit. & in l. Iulianus §. Titius, ff. de actione emp. & de contr. emp. & alij quos refert Menochius d. n. 18. & Socin. consil. 26. col. fin. vol. 1. Rolandus consil. 7. n. 14. vol. mine 3. Addition. Martini de Assis. decis. Neap. 63. & Azonedus n. dist. l. 1. n. 14. in qua specie non debetur gabella, nec peri potest, quia non est perfecta venditio, quod usque facta sit mensura pon-

da, vel numerus, & tunc debetur primo gabellario, non vero existenti tempore mensuræ, pondentis, vel numerationis, ut supra resoluimus alia quaestione.

Secundo limitat prædict. communem sententiam Carol. Molin. dist. §. 5. glof. 1. n. 82. ut ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conventionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partio, & verbalis dispositio transferantur ad actum de futuro: scilicet si, & verba obligatiua, & mens referantur ad actum præsentem, & omnia ad substantiam actus requisitam præsto sint: quia tunc licet inferantur verba sonantia in futurum, ut promitto talem rem tanti vendere, tradere, & infra tot dies instrumentum authenticum sub tali sigillo pnta Parisiens. conficere, nihilominus celebratur contractus de presenti, attenda intentione, partium dispositione, & capacitate materie subiectæ, ut in primo casu, inquit consuluisse Anton. Rub. Alexand. consil. 29. & notate Foran. Garf. in l. iuris gentium in principio n. 32. in fine ff. de pact. & allegat pro hoc tex. quem dicit retinendum in fortioribus terminis in l. si procurator ab absentem ff. de procurator. ¶ vbi si quis promittit, se ratam habiturum, quod actum erit, scilicet, etiam in futurum hoc indicit ratificationem de presenti, ut nulla alia deinceps opus sit: quia procurator erat certus, & iudicium certum, & sic omnia concurrerant ad ratificationem de presenti: etiam si negotium omnium esset consummatum, ut etiam inquit tenent Aretin. consilii 90. & consilio 100. v. 2. cum seqq.

Hæc tamen limitatio Carol. Molin. quamuis in eius specie, & exemplo procedere possit promissionis ratificationis futuræ erit, quod per suum procuratorem actum erit, quod negat Tiraq. de retract. lign. glof. 10. q. 14. n. 89. censet enim cum communi, quod etiam pure promittens habere ratum, non tamen ratificat, & respondit ad dist. l. si procuratorem ab absentem, quod ibi præcedebat mandatum, & sic sequens promissio de ratum habendo operatur ratificationem de presenti, sine alia ratificatione, quod si non præcessit mandatum, et ceteris, non satis esse, quem promittere, se ratum habiturum. Neque obstat esse iam ratificationem, nisi re vera hoc est de presenti ratum habuerit, quod congruit literæ dist. l. si procuratorem, vbi non agebatur de constituendo notio procuratore, sed de iam constituto, releuando à ratificatione, tamen verum non esse contendit Molinæ vbi supra n. 84.

Quidquid tamen de hoc sit, in quo potius adhaereo opinioni Tiraquel. quam Molinæ: Aliud est enim ratificare, aliud promittere de ratificando, ideoque non sufficit promittere ratum habere intra tempus, quo actus fieri potuit, nisi, & intra ipsum tempus ratum habuerit, secundum Paul. de Castro consil. 33. in causa ista quinque principaliter col. pen. vers. præterea aliquid in 1. par. consil. Bertran. consil. 345. viso consultationis ibi n. 2. idem Tiraq. de retractu conuent. ad fin. tit. 49.

Limitatio prædict. Caroli Molinæ ad nostrum propositum de promissione de vendendo subsistere non potest: est enim contra literam, & mentem l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. quæ tantum præcipit de venditionibus debent gabellam, & strictè est interpretanda, & intelligenda nempe, de venditionibus, non vero de promissione de vendendo, quantumcumque formali cum pretio certo, & conditionibus de pactis, quouique

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

NOMINAL DE

ipsa venditio vere fiat de presenti, vel saltem pro tali te vera habeatur per traditionem rei, & pretij et supra dicebamus, & in terminis satis recte probavit Lassarte vbi supra numero 41. cum sequentibus, & etiam Gironda prædictas: aliud enim est emere, & vendere, aliud promittere de vendendo, & emendo, & ideo ex sola promissione de vendendo, & emendo non potest agi ad pretium, secundum Paul. de Cast. consilio 93 in causa, que versitur coram notabili viro, column. 3. versicul. c. n. iendo ad decisionem libr. 2. quem refert, & sequitur, pluribus aliis doctrinis confirmans, Tiraquel. vbi supra dict. num. 49. non enim verba pacti de vendendo nec mens partium referuntur ad actum presentem, sed omnia in futurum conferuntur, ideo predict. limitatio in proposito nullo modo congruit.

Modo non obstant adducta supra pro prima parte affirmativa in principio huius questionis.

17 Et non quidem primò de circuitu curando, quia procedit in casibus expressis à iure, qualis hic nollet non est alius securus: vel etiam habet locum vbi circuitus dicitur mutuis: locus si aliqua inficaci voluntas, ut notat Cardinal. in dicto clementina auditor. 14. questione de re scriptis Decius in dicta l. cum fundus. §. seruum trium imprudens in 1. notabil. Tiraquel. de retractu. consuetud. §. 2. glof. 1. n. 7. et ad finem tituli. sub n. 41. hic autem circuitus est vtilis propter dilacionem ad soluendam gabellam.

18 Non obstat secundum ex doctrina Ioannis Andree & sequacium, que habet, vt ex sola promissione aliqui faciendi agi possit, ac si id iam factum esset: quia Decius vbi supra inquit, illud dictum Ioan. And. semper multum sibi vitium fuisse dubitabile multis rationibus, de quibus ibi per eum, quas refert Tiraquelus dict. num. 41.

19 Ex quibus fit, vt præcedente præd. promissione de vendendo, postea tradita gabella quidem non debeatur publico, qui erat tempore conventionis, & pacti præcedentis, vt debent confiteri Antonius Gomez. in 2. tom. variar. resol. capitulo octauo n. 3. & Parladorus libro primo ver. quosdam. capitulo 3. §. 3. n. 31. sed predicta gabella pertinebit ad eum publicanum, qui tempore traditionis fuit, vt latissime contra præfatos Authores, bene probat, & tenet respondens coram fundamentis Lassarte. dict. capitulo 17. n. 43. cum sequentibus, & postea in suis nouis additionibus ad dictum suum primò locum, sequitur etiam Gironda de gabellis. 9. part. in principio. n. 5. §. 6. folio. 1. de. columna. 2. & diximus supra questione 18. tametsi Parladorus vbi supra in noua impressione facta Sal-mantice anno. 1599. suam priorem sententiam n. 33. cum Antonio Gomez. dicat verissimam, atque eam nitatur defendere ab argumentis Lassarte. vbi supra.

S V M M A R I V M.

- 1. Venditioni consentiens, an, teneatur soluere gabellam? & n. 3.
- Consentiens venditioni, an teneatur soluere gabellam? & n. 3.
- 2. Retractus an habeat locum, quando quis consentit venditioni?

Q V Æ S T I O XLVIII.

An venditioni consentiens teneatur soluere gabellam?

Q Væro etiam: An qui non vendit, sed venditioi consentit teneatur soluere gabellam? Et videtur eam ipsum non debere, aliud enim est consentire, aliud contrahere, Laldan rubric. in fine C. de pacto ex textu in l. si pater. §. si. ff. de maon-missione vendit. Affili. in capitulo 1. §. veltigalia numero 40. qua sunt Regal. Præterea aliud est vendere, aliud venditioni consentire, vt in l. aliud est vendere, & ibi Decius ff. de regulis iur. ideo venditio attribui debet vendenti, non vero consentienti; cap. pastoralis, & ibi collectar. colum. 1. versicul. ista de reualis, de donat. & in princip. ne sine vacat. lib. 6. cum similibus que in a vno loquentia, non habent locum in alio vt in d. h. l. §. vltim. & in l. si minor la prima. ff. de maon-missione vendit. cum similibus que agit Tiraquel. de retractu. lignag. §. 1. glof. 9. n. 101.

Nihilominus tamen in præmissa specie locus erit retractui, ac si consentiens venderet, quia mens consuetudinibus retractus, & iuris nostri Regij id permittentis est quod si res transeat in extraneum titulo venditionis, habet locum retractus, que quidem mens, hic locum habet: quia consentius in proposito venditioni præstitus, vim habet venditionis, quantum ad id, de quo agitur, vt probat in specie retractus Tiraquel. in l. consuetudinibus glof. 2. in 13. questione in verbo contraher. & in repetit. l. si vnquam, verbo, donatio-ne largitus in 12. questione, numero 278. cum sequent. C. de reuoc. donat. & de retractu lignag. §. 1. glof. 2. numero. 16. & glof. 9. numero. 106. cum sequentibus.

Ergo eisdem rationibus consentiens venditioni rei propriæ debet gabellam: & hoc est verius, & tenendum, quando consentiens venditioni, recipit, vel recipere debet pretium, vel partem eius, eius namque partis soluit gabellam, vel totius pretij si totum recipiat, vel recipere debeat, vel si ad euictionem se obligauerit, quia tunc censetur vendere vt in l. an ad id §. quod si ius ff. de donat. vel etiam, si probabilibus conditionibus apparet, consentientem noluisse vendere, sed venditioni consentire in fraudem gabelle, veluti si vendens esset derelictus, vel aliter exemptus: his autem cessantibus consentiens venditioni non tenetur ad gabellam, sed vendens per l. aliud est vendere, & ibi Decius ff. de regul. iur. consensus enim domini pretium non recipientis donationem operatur in fauorem venditoris, itaque in hac specie venditio tribuitur vendenti non vero consentienti, argumento l. 2. §. cum vero si de donat. & in l. id, quod §. si cum primus ff. de donat. caus. mort. & non inspicitur consentiens, sed is, in cuius fauorem consentit, Salicetus in l. si loquetur, in principio, C. de inoff. donat. vbi, quod ille videtur vendere, cuius res est, non is, qui tantum verbo donat.

S V M M A

S V M M A R I A.

- 1. Gabella an statim debeatur de venditione pure celebrata, habita fide pretio: & num. sequent. resoluitur affirmatiue nune. 3. & peritres ad gabellarium, existentem tempore contractus, vt in num. 4.
- 2. Laudemium an statim debeatur ex venditione pure celebrata, fide de pretio?
- 3. Venditor ante diem solutionis pretij non liberatur cedendo gabellario alioquin, si que ad quantitatem gabelle debita contra emptorem.

Q V Æ S T I O XLIX.

Vtrum de venditione pure Celebrata, habita fide de pretio, debeatur statim gabella?

Q Væro vltimus an ex venditione pura, habita fide de pretio debeatur statim gabella, vel expectandus sit lapsus termini solutionis pretij ad hoc, vt gabella peti possit?

Et quidem quo ad solutionem laudemij attinet, quod ante lapsum termini solutionis pretij peti non possit, probat Carolus Molin. in consuetud. Parisien. tit. 2. §. 55. glof. 1. numero. 40. cum sequentibus vbi dupliciter limitat. Primo n. 44. nisi frans fiat, & dilatio ad soluendum pretium simulatur, tunc namque, quod vere actum est obferuabitur.

Secundo limitat Carolus Molinus num. 46. suam præd. sententiam, nisi ex alia causa non respiciente taxationem, & limitationem pretij, sed in compensationem, vel contemplationem alicuius oneris per emptorem vltra pretium, suscepti, & promissi in fauorem venditoris concessari venditor dilacionem pretij: vel si postquam pure venditor tē vendisset certo pretio statim soluendo, fidē de eo haberet emptori, vt gratiam ei faceret: tunc enim statim laudemium domino debetur: Ergo & gabellario: Cum enim pure gabellario obligatio gabelle acquisita sit, eius damnum venditor pacisci non potuit, dilacionem pretij soluendi emptori concedendo, & in terminis statui præcipiens, quod ex contractu soluat gabella, idem probat Alexander de Imolin. l. in lege falsidia non habeatur, numero 2. ff. ad falsid. quem sequitur Soderic. Snar. in titulo de las arras. §. ex quibus numero 9. tametsi Bartol. in dict. l. in l. falsidia, in ea sit sententia, vt licet statim debeat solui veltigal, deducendum tamen sit interuisionum medij temporis, quia minor est illa quantitas, que ad diem est soluenda: Sed opinionem negatnam Alexand. sequitur Parladorus libr. 1. verum quædam inuentionem, capitulo 4. §. 7. numero 15. cum sequentibus, dicens hoc quidem magnam habere rationem, durum enim, & pene iniquum videtur, vt venditor ante pretium receptum veltigal soluere cogatur, cuius opinionis alie rationes assignantur, nempe, quod cum nomine gabelle solui debeat decima pars pretij, quoties venit l. tit. 17. hoc libro 6. non colligim. Reg. ante solutionem pretij non potest dari eius decima que soluitur. Ergo gabella regulanda erit eadem mensura temporis qua in omni pretium, argumento l. hoc semel, si in habita l. si quando. dies legat. ced. Cum igitur gabellarius

petens gabellam se fonder in contractu venditionis, nec poterit eos anticipare, vt alias inquit Carolus Molinus in consuetudin. Parisien. 1. par. tit. 1. §. 23. glof. 2. in fine. Deinde, quoniam liberum est vnicuique rem propriam vendens fidem habere de pretio, hoc est eam vendere ad creditum, nec inde aliqua frans fieri videtur fisco, vel gabellario, quod solutione pretij in tempus differat, cum non debeat esse melioris conditionis in hoc fisco, quam dominus ipsius rei, sed venditor vt sibi consulat, vt plurimum contingit, habet fidem de pretio, ergo & fisco respectu gabelle, eidem conventioni stare tenetur licet enim gabellaria non cogit sic, vel sic vendere.

His nihil fecius non obstantibus, contraria sententia verior est, & receptor in praxi, imo quod in specie nostræ questionis ex venditione rei, habita fide de pretio celebrata, statim debeat gabella, & peti possit: antequam veniatis dies solutionis pretij.

Primo ex l. 31. tit. 19. hoc libro. 9. dum generaliter præcipit, statim post quosque dies, à tempore venditionis contrahe computandos, debent solui gabellam nulla distinctione facta, an venditio pura sit, vel in diem celebrata: ergo nec nos distinguere debemus, vt inibus vulgariis. Vnde minus bene dixisse videtur Parladorus, vbi supra scilicet nisi venditio habita fide de pretio facta sit: hæc neque limitatio ad eam l. nimis licentiosa est, & non secuta, imo falsa, vt ex prædict. patet & affirmat Lassarte de decim. vendit. cap. 6. n. 24.

Secundo ex l. 10. tit. 17. hoc libro 9. ad finem ibi Por us ser acabada de pagar. & c.

Tertio, quia licet decima pretij soluenda sit nomine gabelle, vt in dict. l. 1. non tamen est, nec dici potest omni adiectum ipsi pretio, ita quod ipsius namque, & conditionem sequi debeat, sed potius est onus consequitum contractus venditionis, & permutationis, vt scpe cum Baldo in l. 1. numero. 4. C. de contrahenda emptioe docuimus in hac materia. Etenim propter ipsam venditionem, aut permutationem, & ex ipsa soluitur gabella: atque principio concessa fuit gabella nostris Regibus à populis huius Regni ex venditionibus rerum suarum: quantitas autem gabelle nostra designata est decima pretij, quo res venerit: Aduerte tamen, ipsam l. non dicere: De todo el precio por que vendieren, & se pagare, sed tantum de todo el precio por que vendieren & in principio: Mandamos que los vendidores paguen el alcaval ita que nullibi reperitur facta mencio solutionis pretij, ad hoc vt gabella debeatur, & soluenda sit, sed tantum de venditione pretij ideo autem sit mentio, vt designetur quota eius soluenda pro gabella, hoc est decima: Non ergo gabella soluenda sequitur rationem, aut conditionem pretij: alias enim si pretium ad venditorem nonquam perueniret, gabelle locus non fieret, quod verum non est, quia venditio semel celebrata, quiquid de pretio postea contingat debeat gabella, vt quotidie in praxi videmus, atque ita curadum non est, an res tradita vel pretium solutum ad hoc, vt ille peti possit, vt docuimus supra alia quæst. Tandem quia si aliud diceremus in manu venditoris esse d. h. h. e. gabelle solutionem, pro libito suo, assensu saepe, ac lapsus, sibi pretium non esse solutum, vel dilacionem concedendo per gratiam emptori ad solutionem vere, vel fide, vel exigendo per partes etiam minimas aliasque fraudes

confingendo in præiudicio iurium Regalium, quod esse maximum absurdum.

Et in terminis hanc partem sequitur, & tenet Avendañ. resp. 29. in principio ante numerum primum & in versicul. sicut sed ex proposito late contra eum Palladorum probavit dicens, ita ex facto iudicasse Lassarus dist. capitulo 6. numero. 29. cum sequentibus, & Girondus de gabellis. 4. part. 5. 2. numero 1. cum sequentibus ubi numero 8. quod illam opinionem semper prædicatam vidit: & quod intelligi potest, & habet locum in casibus, in quibus res venditæ tradatur, nec dominium transfertur venditione facta, habita fide de pretio: Eandem sententiam late etiam probat, & tenet Azavedus in dicta. l. 1. numero 82. cum sequentibus titulo. 17. hoc libro 9. ubi refert quinquaginta effectus resolutante, ex hac tenenda sententia: & in praxi sic video receptum, & obentum, prout etiam affirmat Azavedus in dicta. l. numero 95. dicens, sic vidisse Repta sententia in Senatu Regio dominici patrimonij determinatum & declinatum nullo interuallio medij temporis venditori per gabellarium soluto, neque soluendo, ut volebat Bartolus ubi supra citatus: Non obstant rationes contrarie partis, quia tam ex supradictis dilantur, & nuncupatio eius satisfactio Lassarte, & Girondus ubi supra.

Illud autem proculdubio in proposito est, quod sine hanc, quam sequitur, sine priorem opinionem sequatur gabella ista omnino soluenda est iis gabellaris, qui tempore contractus fuerint: non autem illis, qui fuissent, die solutionis adiecto, ut tradit Ioannes de Platen in l. sanctimus. C. de consul. libro 12. quem refert ad hoc Lassart. ubi supra numero 25. & probatur in l. 12. ad finem versicul. y los arrendadores, ibi: T pueñto que las dichas y qualas y pagas se fanan a la salida de los ganados: & tenet Azavedus in dicta. l. numero 86. versicul. quartus, & numero 87. ubi refert Lassarus idem tenentem capitulo. 3. n. 10.

Nec venditor ante diem solutionis pretij rei venditæ liberabitur, cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debite, ut illam exigat ab emptore, adueniente termino solutionis pretij, cum enim venditor statim venditione celebrata, ratione ipsius contractus, teneatur solvere gabellam, ut verissimum, & receptum esse docemus: non ad implebit cedendo actionem, nec potest obligationem suam personalem in emptorem transfundere, initio creditor, qui est gabellarius contra regulam lsi mandato meo s. item si cum tibi notatis s. mandas. Et ita est tenendum, tametsi in simili contrarium velit Carolus Molinus in consuetudine Paris. l. 3. par. titulo. 1. §. 2. ad finem ibi limita, istud notabile: sed illud in nostra materia gabellæ verum non est, nec in praxi recipitur, sed quod prædiximus secundum Lassartum & bene ubi supra, n. 28.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex remissione partis pretij conuenti distinguatur n. 1. ubi quid ex augmento & n. 4.
- 2 Laudemium an debeatur ex diminutione, vel augmento pretij.
- 3 Fraus quomodo probetur in diminutione pretij contra gabellarium.

QVÆSTIO L.

An ex remissione partis pretij conuenti debeatur gabella?

Quæro deinde: An ex remissione partis pretij conuenti facta debeatur gabella; Et videtur quidem ex hoc gabellam non minus, sed ex toto pretio conuenio deberi integram: quia postquam est debita gabella, partes in pretiudicio tertij, hoc est fisci, vel gabellarij, non possunt à contractu discedere, iuxta doctrinam Baldus in l. si constante columna secund. codicis de donatione ante nupt. communiter vbiq; receptam, de qua supra quæst. 10. n. 2. meminimus.

Nihilominus tamen in re hac ita distinguendum videtur: ut siquidem in continenti re integra pretium constituitur, atque conuenium dimittitur, gabella etiam diminuat respectu eius, & ea solum soluitur, quæ conuenit pretio rei venditæ soluto, vel soluendo: Cum liberum sit partibus incontinenti ab emptione discedere, ut in l. ab emptione, cum similibus, de pallio. Si vero ex intervallo hoc fiat, ex causa donationis, gabella non minuitur, sed integra soluitur ex pretio primo conuenio: donatio enim illa quæta, nihil atinet ad venditionem præcedentem semel perfectam in præiudicio tertij: si vero hæc diminutio pretij ex intervallo fiat absque fraude ad reformationem excessus, vel inæqualitatis iusti pretij in illo contractu subsistentis, tunc cum reformatio hæc respiciat ipsam contractum emptiois, & venditionis, dimittat etiam respectu gabellam, quemadmodum per contrarium, & ipsa angebitur, si pretium conuenium augeatur, ut terminis laudemij probauit Carolus Molinus in consuetudine Parisien tit. 2. §. 55. glossa. 1. n. 2. dicens, quod si emptor emit pro mille, sed non soluit, nisi sexcentum, & liberatus fuit, nihilominus tenetur solvere laudemium ad rationem pretij conuenti, non autem soluti, & hoc nisi constaret, rem non valere eicere ultra sexcentum, & quod remissio pretij conuenti facta est, ex ista causa, & per modum reformationis contractus, quæ etiam ex intervallo, re non sequitur, fieri potest, dummodo non simulate, sed ex iusta causa, licet in consequentiam redundet in præiudicium domini: Quemadmodum e dicitur, si eo, quod res plus valebat, reformatum fuerit pretium in augendo, ne dum si per modum reformationis contractus, sed etiam si per modum simplicis supplementi, vel ex libro secundo codicis de rescindenda venditione vel etiam extra compulsionem, dista. l. quia non erat lesio ultra dimidiari, secundum veram proportionem, sed voluntarie bonam fidem agnoscendo supplementi emptor in sum pretium, debent solui laudemia nedum de pretio conuenio, sed etiam de augmento, vel supplemento: Et è contra de pretio bona fide dimittit tanto, nisi hæc sint donandi causa, Et addit numero 3, quod in dubio quando non apparet de causa augmenti, sed constat de pretio soluto, fundatam habere dominus intentionem suam ad ratam pretij veri soluti: nisi essent fortiores præsumptiones prodonatione, quod res non valeret ultra pretium conuenium, & venditor erat plurimum meritis, vel electus ab emptore qui etiam allegaret, se plus soluisse.

soluisse animo donandi. Ergo idem videtur obseruandum in terminis nostræ quæstionis gabellæ soluendæ.

Fraus autem in diminutione pretij contra gabellam fieret, quando ex commensuratione pretij & appretiatu interesse constaret maximum inter hæc differe, hæc namque est coniectura magis iuridica dignoscenda fraus. l. 1. §. 1. ff. de superficib. De cuius cons. 3. co. n. 5. & ibi eius additio. Sed & aliis coniecturis id constare poterit, & ideo indices tenentur inquirere ad petitionem gabellariorum super huiusmodi fraudibus, quibus partes, ut plurimum vtuntur ad fraudandam gabellam, & veritatem, trare: Si fuerint vnos contrarios, de que no se deve alcuala, como son donaciones, por error de que se deve, o si pone menos precio de aquello que reciben, o haçon otras fraudes, por enubrir la dicha alcuala: y si hallaren ser anfi, bande des hazer las fraudes, y hazer acudir al arrendador o receptor de las alcualas, con todo lo que montare el alcuala auido respecto al verdadero precio, con mas el quatro tanto de la dicha alcuala, ita decidit nuncupatum l. 11. tit. 17. hoc lib. 9. nona collect. Reg.

Alias autem, si cessante fraude ex prædictis iustis causis diminuat, vel augeatur pretium conuenium, recte procedere videtur superiora. Nihilominus tamen in nostra materia gabellarum, etiam si reformatio pretij absque fraude fiat, ex causa lesionis intra, vel extra dimidiam contrariam tenendum, & obseruandum erit, quod gabella debeatur, & soluitur respectu totius pretij conuenti, licet excessuum sit vel etiam respectu augmenti suppleti ex rationibus, quibus supra hoc probauimus, & resoluimus quæst. 12. per totam in materia l. 2. C. de rescind. vend. & tenet Azaved. in dicta. l. 1. n. 156. Quod si frans contra gabellam interceperit, à fortiori idem erit dicendum.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex franquitia, hoc est quando se vende per precio franco de alcuala? resolutur affirmatiue n. 2.
- 2 Onera adiecta emptori sunt pars pretij, sicut contra adiecta venditori sunt pars rei.
- 3 Restitutio non conceditur pro minimo, idemque in materia ponalis procedit in qua, qui omisit facere, quod tenebatur, vel indebit fecit, in minimo poenam non incurrit, & potius præsumitur error, quonia culpa: secus quando agitur de iure ordinario cuiusque, tunc enim minimum consideratur.
- 4 Gabellarius potest venditorem conuenire pro gabella, licet ille pro pretio franco a gabella vendiderit: non tamen emptorem, nisi cesset per venditorem actio, ut in n. 7.
- 5 Venditor, quod soluerit nomine gabellæ, recuperabit ab emptore, cui ex pacto incumbit eius solutio.
- 6 Emptor a gabellario conuenitur in premissa specie, si iudum sponte suscipiat, quamuis de iure non teneatur, exceptione tuncsi pallij, si iterum non satisfactus ad venditorem redierit, & videret repellitur.

QVÆSTIO LI.

An ex franquitia (hoc est) de la franquicia que se haze en el precio de alcuala, gabella debeatur?

Quæro præterea, an cum venditio sit franco pretio, nempe mille aureis, ea lege, ut emptor teneatur soluere gabellam ipsa soluenda sit tantum de illo pretio conuenio mille aureorum, vel etiam de quantitate gabellæ?

Et prima quidem facie videtur dicendum, de pretio tantum conuenio, quod peruenit ad venditorem, gabellam esse soluendam, ex l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. nona collect. Reg. ibi: Los vendedores paguen el alcuala de cada diez maravedis uno, de todo el precio por que vendieren: Facit præterea doctrina Carol. Molin. id. consuet. Paris. tit. 2. §. 55. glo. 2. n. 3. ubi in simili specie conuentionis tenet, non deberi duodecimam duodecimæ, quæ est infra centesimam quinquagesimam partem pretij: quia vis est præsumendum pretium pro tantulo augmentatum, nec de hoc habenda est ratio l. scio. ff. de in integr. restit. per Antonium Cortesium tractum de minimis, nisi de maximo pretio ageretur, & verisimile esset ad notabilem aliquam quantitatem ad id pretium propter dictam onus adiectam venditorem.

Nihilominus tamen in contraria sententia in nostra quæst. gabellæ tenenda est imo, quod ipsa debeatur, & soluenda sit non solum de pretio conuenio, quod peruenit ad venditorem, sed etiam de ipsa gabella eiusdem pretij, quæ pacto contractus in emptorem adiecta fuit: hæc enim est pars pretij, quia verisimiliter res minori pretio venditur, & emitur ex eo quod emptor se grauet onere soluendi gabellam, quod alias ad venditorem nostræ l. autoritate expectabat, & sic minor esset gabella, si non solueretur, nisi de pretio conuenio debet enim solui etiam de oneribus adiectis emptori, quæ sunt pars pretij, sicut onera adiecta venditori sunt pars rei, l. fundi partem. ff. de contrah. empt. l. si serilis 6. si ubi ff. de action. empt. Augent enim, vel minuunt contractum: & ideo debent estimari secundum Bald. cons. 164. maritus in s. l. c. Ex quibus hanc opinionem in venditione seuili, hoc pacto celebrata, quod pretium sit francum, & liberum venditori quod debeatur patrono quintum, & sub quintum pretij probauit idem Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 24. n. 1. Ergo idem dicendum est in nostra quæstione.

Secundo eandem verissimam sententiam probatur in præcitata l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ubi: De todo el precio que vendieren: qui enim totum dicit, nihil excludit: sed pactum præd. quod emptor teneatur soluere gabellam est pars pretij, quia ob id res minor pretio venit, ut probauimus, Ergo & de hac gabella sub gabella etiam solui debet, ex quo cessat primum fundamentum partis contrarie: & secundum etiam eiusdem partis fundamentum in proposito locum non habet, quia quod dicitur solet, de minimis non esse curandum, procedit in eum sensum ut pro minimo non concedatur restitutio, & sic remedium extraordinarium, ut in d. l. scio. Idemque in materia ponalis procedit, in qua qui omisit facere quod tenebatur, vel indebit fecit, in minimo poenam non incurrit, & potius præsumitur

presumitur error, quam culpa. quænis, & ibi Bald. ff. de condi. & demonst. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 56. n. 38. & 39. Secus quando agitur de iure ordinario, cuiusque: tunc enim minimum etiam consideratur, si proprietarius, & ibi Bart. ff. de adm. iust. Al. de verb. signific. lib. 1. n. 79. & Titag. in rep. l. si unquam, verb. omnia, vel partem aliquam n. 1. C. de reuocand. donat.

Et ideo in terminis nostræ quæst. hanc secundam partem merito probatur Ioannes Parlat. quæst. lib. 1. capitulo 357. n. 45. secundam priorem impressionem & Lassatus de decim. vendition. cap. 17. nam 19. non sequentibus, ubi quod iure utimur, & licet ut praxi sequitur etiam Girondus de gabellis in pralud. n. 24. tamen eorum opinio non placet Azavedus in d. l. h. n. 31. prius quibusdam rationibus, que potius opinionem supra dictorum comprobant, quam propriam ipsius Azaved.

Illud tamen ad diderim, quod in specie nostræ quæstionis quoties pacto, contrahentium ad emptorem respectu gabellæ solutio, nihilominus gabellarius poterit pro ea venditorem conuenire, non enim in suo pacto facere potuit, ut obligationem suam, inuito creditore, scilicet, aut gabellario, in alium transferret, ut probat text. in l. i. de iur. delictorum ff. de p. l. & in l. si mandata meo, si non si cum ibi notatis. ff. mandat. & in terminis probat Lassatus de cap. 15. n. 11. qui n. 12. recte ex hoc obseruat, nihil speciale tradi in l. 8. tit. 19. lib. 9. noua collect. Reg. dum decidit, quod vendens clericus, vel alia persona privilegiata, atque ad solutionem gabellæ immuni franco pretio, hoc est, herede de alcavala, teneatur soluere gabellam, quia hoc non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita recte conueniri, quæst, quam quod ita de iure est, ex præd. ratione in quocumque emptore, quod quidem manifeste probat nobis lex illa in illis verbis: Que los vendedores ay en de pagar el alcavala, como si los vendiesen a persona legar: iunctis verbis statim sequentibus, ibi: T que esto aya lugar, y se guarde en embargante, que los compradores exceptos compren los bienes herros de alcavala. Probat ergo expresse lex illa: Que vendiendo uno herro de alcavala, ora sea a Clerigo, o a personas legar se puede cobrar de los heredamientos, y otras cosas, que se vendieren: quam intellegit Gironda de gabellis a. par. §. 1. n. 1. & 12. per indicem secularitatem, quia hypotheca, & causa successione tribuit iurisdictionem.

Sed quod venditor in hac specie soluetur nomine gabellæ recuperabit ab emptore actione ex vendito, argumentores. in l. 2. C. de hered. vel actione vendit. l. 2. §. si venditor ff. eod. tit. & in terminis probant Menochium de successione creat. §. 1. com. 25. vers. in summa & Lassatus ubi supra, n. 12. gabellarius autem non poterit conuenire in specie præmissæ quæstionis emptorem, nisi cella per venditorem actione, tanquod si emptor aliam ad gabellario conuenit iudicium sponte suscipiat, quænis de iure non tenetur exceptione taciti pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, vult repellitur, arg. l. 1. C. de pact. quam ad hoc late expendit contra glossam ibi, & omnes Lassatus, ubi supra n. 14. com. 109.

SVMARIA.

- 1 Gabella an deducenda sit ex toto pretio, quo res venit antequam deducatur ex eo expensæ factæ in venditione, vel deductæ præd. expensæ: & n. seq. resolutur affirmatiue.
- 2 Gabella soluenda ex legata, solum deducenda erit ex eo, quod supererit deducto onere legati.
- 4 Decima prædialis Ecclesia debita computatur sine deductione expensarum, quæ fructuum ratione sunt: idem est in tributis quotæ partii fisco debiti.
- 5 Gabella soluenda de pretio venditionis an, sit soluenda deductis expensæ factis in proceuentis, & subhastationibus, & aliis referretur distinctio Bart. communiter approbata.
- 6 Promissum an sit deducendum de pretio rei venditæ, antequam de eo soluantur gabella: & n. seq. resolutur affirmatiue.
- 7 Impensæ venditionis in duplici sunt differentia, vt l. i.
- 9 Promissum non est de natura venditionis, nec de eius substantia, sed datur causam eadem.
- 11 Administratores reddituum Reipublicæ possunt promissa licitatis concedere.
- 12 L. 6. tit. 13. libro 9. noua collect. Reg. intellectum.

QVÆSTIO XLII.

An ex pretio pro quo res venit deducantur expensæ antequam gabella, vel ex toto pretio sit soluenda?

Verò modo circa eandem l. i. tit. 7. hoc lib. 1. noua collect. Reg. an ex toto pretio quo res veniens, quodque ab emptore soluetur sit, gabella deducenda, & solui debeat, an potius de residuo pretij deductis prius impensæ factis, non pro preparanda, applicanda, & perficienda venditione, vt supra sumptibus subhastationibus, si res subhastetur, vel sumptibus chartarum proceuentium, & tabellionum, & huiusmodi, vel etiam quod promissum nomine datur, hoc est, lo que se da de promissio.

Et quidem quod ad priores sumptus extra causam promissæ, de quo pollea in hoc eodem capite agamus: Doctores nostri latis inter se dissident: inquit enim Bald. per text. ibi in l. non amplius ff. de legat. 1. quod si debeat solui gabella ex legato, solum soluenda erit de eo, quod, onere legati deducto, supererit, quem ibi DD. sequuntur, & plura in proposito congerit Segur. in l. si ex legati causa cel. 13. ff. de verb. obligat. & in terminis nostræ quæst. sit in iud. Bertrach. de gabell. §. par. 3. memb. n. 45. vol. 1. tract. siuers. Doct. in antiquis, & plures allegans Tiraquel. de verogue retrahit. 1. §. 13. glo. 1. n. 5. & Campegius de dot. 2. par. 9. 12. & è nostris in indiduo Castell. in l. 70. Tant. in gl. El alcavala, in addition. Mexia in pragmatice taxa penis cond. in. 94. & Baptista Villabos in suo arario communis, in l. i. com. littera E. n. 3.

Clarius tamen sententia in hoc verior est, & tenenda, imo quod gabella soluenda sit ex toto pretio, conuenit, absque deductione præd. expensarum, quia sicut decima prædialis debita Ecclesiæ, quæ soluitur sine deductione expensarum, quæ factæ sunt, ita etiam gabella, quæ soluitur ab emptore, antequam de ea soluantur gabella, vel ex toto pretio sit soluenda?

decim. Rebas. de decim. q. 1. n. 5. & D. Soto de instit. iur. ib. q. 4. art. 2. ita etiam, si quotæ partii ratione tribui fisco debeat, absque vlla expensarum deductione soluenda est, ob vtilitatem publicam, quæ in tributorum solutione consistit, vt inquit Auendann. 2. par. 14. n. 13. Mat. thai de Assid. Auctione Neapoli. 25. n. 7. Titag. ubi supra n. 11. Paul. de Castro n. 1. & ceteri in l. fructus ff. solut. matrim. & quamuis in specie huius fundamenti alij contrahentium teneant re que controuersa valde sit, vt constat ex adductis per Titag. ubi supra n. 12. & 13. & per Adlit. Benar. Dicit de Longo in res. 2. 01. art. 1. limit. & Bart. de decim. tit. 5. 29. n. 12. & Ioan. Gar. de expens. & melior. c. 1. n. 20. & ideo ad decisionem nostræ quæstionis principalis de gabella secuta factis non videatur doctrina Auendann. & ceterorum præcitata.

Nihilominus tamen præfata nostra a principalis sententia de re hæc verissima est, & tenenda in praxi, nempe, quod præd. expensæ non deducantur ex pretio, sed quod gabella soluenda sit ex toto pretio conuenito, præd. expensis minime deductis, eo nempe potissimum fundamento, quod lex nostra non procedat gabellam solui ex pretio, quod ad emptorem perueniret, quo casu ingenuè faterer præd. expensæ deducendas esse, sed potius inquit de toto el pretio porque venditorem: ergo non deducuntur impensæ, quia alias non soluetur gabella de toto pretio quo vendiderint, stante aucta, & communiter recepta doctrina Bart. in l. sed si hoc ff. eundem, num. 1. ff. de condit. & demonstrat. f. quæ habet, quod si lege, vel statuto caueatur, vt ex pretio rei venditæ soluantur gabella sex denariorum pro libra, ea solui debet deductis expensis, quæ in proceuentis, & subhastationibus aliove modo factæ erunt: quia pretium rei dicitur, deductis expensis, & labore: si autem lex, vel statutum illa disponat, vt ex pretio, quo res veniunt, gabella soluantur, vt nostra l. 1. Regia præcipit, atque disponit, tunc absque vlla expensarum deductione ex toto pretio, conuenito, & per contrahentes in venditione deducto, soluenda est rem tanti venditam esse: quæ Bart. doctissimus, & distinctionem sequitur, plures allegans, Carolus Molinus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 24. numero 1. & 3. & Assid. in capitulo. 1. §. vlt. alia numero 146. quæ sint regul. in vrb. feud. etque communiter approbata, secundum Lassatum de decim. vendit. cap. 19. numero 2. cum sequentibus. Ergo cum nostræ l. Regia 1. tit. 17. hoc libro 9. Mandat. quæ se pagat el alcavala de todo el pretio porque venieren, ad huius regalis decime computationem non erunt deducendæ expensæ prædictæ, prout in terminis eiusdem l. & ex præfatis verbis ipsius recte probatur Ioannes Parlatodorus res. quorid. lib. 1. cap. 37. §. 7. n. 46. & sequuntur Lassat. ubi supra n. 3. & Gironda de gabellis in pralud. n. 34. & Azaved. in dict. l. 1. Regia n. 12. & 13. Et ita tenendum & quoties in praxi obseruati videmus quicquid ex id defendi posse dicat Ioannes Oroscan l. cum quedam puellas, quæ n. 4. ff. de re iur. dist. omni. iud. Et licet contrarium probent ceteris supra citatis, & Antonius Gomez in 1. tom. variat. resolut. cap. 12. n. 25. quorum dicta ad terminos dictæ communis distinctionis Bartolus reducenda sunt, & iuxta eam intelligenda, tamen in eius applicatione ad nostram legem Regiam valde errauerunt, secus non Lassat. ubi supra n. 2.

Superest, vt videamus de secundo, nempe de promissio, hoc est, del promissio, si de ello se agne, & ibi Bald. ff. de condi. & demonst. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 2. §. 56. n. 38. & 39. Secus quando agitur de iure ordinario, cuiusque: tunc enim minimum etiam consideratur, si proprietarius, & ibi Bart. ff. de adm. iust. Al. de verb. signific. lib. 1. n. 79. & Titag. in rep. l. si unquam, verb. omnia, vel partem aliquam n. 1. C. de reuocand. donat. Et ideo in terminis nostræ quæst. hanc secundam partem merito probatur Ioannes Parlat. quæst. lib. 1. capitulo 357. n. 45. secundam priorem impressionem & Lassatus de decim. vendition. cap. 17. nam 19. non sequentibus, ubi quod iure utimur, & licet ut praxi sequitur etiam Girondus de gabellis in pralud. n. 24. tamen eorum opinio non placet Azavedus in d. l. h. n. 31. prius quibusdam rationibus, que potius opinionem supra dictorum comprobant, quam propriam ipsius Azaved.

Impensæ enim venditionis in duplici sunt differentia, quædam enim sunt ab extra ipsius contractus venditionis, vt iura portationis rei venditæ, & in proceuentis, præconij, & tabellionibus expensæ & similia, quæ etsi requirunt pro adiuuanda, & preparanda venditione, adhuc tamen non efficiunt, nec confirmant ipsam contractum, aut eius pretium, quia sunt extra rem, & contractum, & de his loquitur distinctio Bartol. communiter approbata, de qua supra, vt patet: Alie vero sunt expensæ ipsum contractum efficientes, atque pericentes, vel saltem dantes causam eadem, & pretio ipsius como el prantido, quo emptores allicuntur ad maiorem pretium pro rebus offerendum, quam alias offerant, si eis non promitteretur, & adeo hæc impensæ coheret contractui, vt si non solueret promissam de iure communi posset rescindi venditio, l. cum re C. de pact. inter emptor. & vendit. l. 1. §. 1. §. par. 5. Et ideo hæc impensæ, del promissio, a principio venditum pretium minuet, quandoquidem apud venditorem non remanent, sed apud adicentes sub præd. promissio, modo ipsi remaneant cum rebus venditis, modo alij, & sic diuersæ videtur hæc expensæ a primis: præcipue, quia hoc genus promissæ, de quo loquitur ipso iure minuit pretium, ita vt reuera pretium rei venditæ hoc promissam non videatur, l. quod dicitur ff. de impens. in rebus dotalibus factis. At impensæ in rerum venditione factæ nunquam ipso iure pretium diminuant, si non forent, si centum ff. de condi. indebit. l. si cognouerit, ff. de pignor. act. Ergo nil mitum si diuersum ius in eis statuat, hoc est, que del promissio, na se pagat alcavala.

Secunda autem pars coadiuuatur, si obseruemus nostram l. titulo 17. hoc libro 9. non imponere onus soluendi gabellam verbis habentibus respectum ad certum, & determinatum pretium, hoc est, recipiendum, vel quo res veniunt, quia potius loquitur verbis respicientibus res ipsas venditas, quod autem pertinet ad pretium remanet indistinctum, inquit enim: El alcavala de todo lo que se vendiere, Nec obstat, quod infra loquitur, scilicet, Dediez uno, quia hoc non pungit, vt vnum pretium potius quam alterum intociatur, n. imo receperim, vel recipiendum, aut conueniam, sed potius designat quoriam partem soluendam, non vero aperit, cuius pretij hæc quota sit soluenda.

Non etiam obest eadem l. 1. dum inquit: Que los vendedores paguen el alcavala enteramente, hoc namque eundem habet sensum, & intellectum, vt venditores integram gabellam soluant, non vero partem, hoc est, pro mediate, vt olim erat in vfu, iuxta l. 17. tit. 18. hoc lib. 9.

Tertio, pro hac eadem parte repugnat iustitia naturalis, Cum enim hoc promissum causam det contractui, & crescere faciat eius pretium in communem vtilitatem Regis, & venditoris, secundum naturam est vt quem sequuntur commoda, sequantur & incommoda, atque admonitio, l. secundum naturam, ff. de regul. iur. c. qui sentit, eodem titulo cum similit. alias enim esset melioris conditionis fiscus, quam dominus rei

rei venditæ, æque inæqualitas magna daretur inter eos, & inuisita, diciturque iure censeretur vni idemque contractus abique diversis respectibus, sine culpa venditoris, quinimo, sua propria industria, diligenter fisco proficua, eidem domino noceret quo ad solutionem gabellæ respectu promissæ: Cum igitur infra l. 1. huius iuris regule præarrata expresse non deroget, iuxta eam intelligenda, atque interpretanda est, ut patet in doto vicio iniquitatis, arguunt. l. in ambigua ff. de legibus.

Quibus sic, ut hanc opinionem in terminis nostris nempe, ut promissum deduci debeat à pretio rei, & ex residuo tantum debeat gabella, probaverit Parladorus lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 7. numero 47. quam etiam scio prius tenuisse, & sequutum fuisse gravissimum Iurisconsultum huius Regni vira iam functum, ut in eius prius scriptis probatum vidimus, & procul dubio tu praxi admittam accepimus, & affirmat Azevedo sequitur Parladorus contra Lassartum in d. l. l. 1. numero 154. dicens male voluisse Lassartum contrarium.

8 Sed quod promissum hoc, seduci non debeat quo ad solutionem gabellæ, sed potius ex toto integro pretio gabella computetur, & solvenda sit, verissimum esse censeat atque late probare nititur Lassartus d. l. l. 1. numero 6. cum sequentibus, tam ex litera dicti l. primo Regiæ dñi generaliter dicit, præcipit, & statuit, ut pro gabella solvatur decima totius pretij, quo res vendita fuerit, quam quod licet centum (verbi gratia) data sit emptori promissæ nomine, ut mille rem emeret, nihilominus res mille vendita est, quia promissum pretium non minuit ipso iure, alia enim licitatio non fieret super promissio, nec si alius plus liceret, primus emptor promissum acciperet, quod est falsum, & præterea necessarium esset in præconio explicari promissum datum hoc autem non est ita, quin potius contrarium servatur in praxi: ergo prior opinio vera non est.

Præterea allegat pro se Lassart. quasi expressam l. 6. tit. 11. hoc lib. 9. ubi: *F. que la dicha quarta parte de pura se emienda ser fecha contando por precio de la renta todo lo que della nos emos de autr. y solvendo, y situando que nra en ella, y los prometiados que en ella se han otorgado: que decimo non ex alio procedit secundum ipsum, quam quod promissum extra pretium rei sit, per illud minuat, alia enim ratione datur, scilicet, ut emptores ad plura licitandum inviterentur, cui l. Regiæ, tantum respondet Parladorus. Illic alia ratione, promissa hæc in pretio computari, scilicet eam rationem non apparuit, & Lassart. nullam invenit nisi quam prædixit: ergo fortis est hæc lex, & expressa contra Palador opinionem.*

Negue secund. Lassart. doctrina Barr. communitate recepta secund. Parlador. ubi supra d. n. 47. & Lassart. d. cap. 16. n. 5. & 14. quam pro se allegat Patricius in l. qniamitas, ff. ad l. 1. Falcid. nocet quoniam potius pro hac secunda opinione facit cum ibi Barr. promissum cum dato proxenitæ, & aliis impensis conferat, atque coniungit: Ergo quod de impensis supra diximus iuxta eundem Barr. alibi communem distinctionem, de promissio quoque dicendum est. Nec etiam inquit Lassart. obstat, l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fall. quia imo ea lex de impensis loquitur, quas certum est, gabellæ non minuat.

9 Similiter pro Lassart. responderi poterit ad pri-

mum fundamentum, quod nos supra pro opinione Parlad. adduximus nempe de duplici defectu expensarum ab extra, scilicet, & ipsum contra etum efficientium. & de promissum, nempe, promissum nihilominus rem separatam esse ab ipso contractu, est enim premium quod dominus offert, ut plus liceret res sua, & sic quid accessorium: non tamen ideo est de substantia, & essentiali contractus, qui sine promissio fieri potest, & sepe accidit, ut quis promissum liceret, & remaneat sine te vendita: est igitur causa induciva contractus, non vero essentialis ipsius, nec de eius natura, ut videte licet in casu l. 48. tit. 6. par. 5. & constat ex glos. in l. cum te. C. de pass. inter empt. & vendit. ubi aliud est contractus venditionis, & aliud, quod causam dat contractui, & ita pro eo quod præcedit contractum eidem causam dante, arguit præscriptis verbis, l. apud Leonem, ff. de præscrip. verb. ex pacto tamen incidenti in ipso contractu iam perfectio agit actione ex empto, tenetur §. si vendidi, ff. de ad. empt. nihilominus tamen aliud est, quod in venditione incidit, aliud vero, quæ causam præbet: Fit igitur ex supra dictis, & promissum non sit de natura contractus, nec de ipsius substantia, sed dans causam eidem tantquam res allicite ad licitandum, maiusque pretium offerendum pro te venali, venditionique exposita: Ergo in pretio connumeratur.

Ad considerationem supra factam nostræ l. primo titulo 17. hoc libro nono prima opinione responderi poterit, potius eam hanc secundam partem probare verbis expressis, quam priorem, cum præcipit gabellam esse solvendam à venditoris, *De todo el precio por que vendieren de diez años, vno sed promissum est pretium, ut in d. l. 6. titulo 13 libro 9.* Ergo Lassartus habet intentum contra Parladorum. Quibus, aliis fundamentis firma manere videtur hæc secunda sententia Lassartus cum quæ ipse refert ad suam illius cap. 16. & numero 31. quia quidam (ut ipse ait) audivit à senioribus quibusdam gabellaris, quos in hac materia sæpe consulit, nunquam se de toto pretio decimam exegisse, nec vidisse ab alio exigi, sed de decimis promissis: nihilominus tamen verius esse resoluti, promissorum, & impensarum vnum, & idem ius esse, cuius veritatis praxis, non derogat, iuxta l. 1. tit. 13 hoc lib. 9.

Quod tenendum: Ergo in expensis, de quibus primo loco egimus, eas non esse decendas ad solutionem gabellæ, prohibent, & hoc iure vitur.

De promissu contrarium resollo, & teneo cum Parladoro & reliquis contra Lassartum scilicet, quod id deducitur prius à pretio rei venditæ, & de residuo tantum solvatur gabella, multum siquidem distet promissum à cæteri impensis: illud namque pro communi utilitate venditoris, fisci conceditur, postquam res venditioni exposita est, non sit de cæteri impensis. Vnde stante prædictione iuris naturalis, de qua fecimus vltimum fundamentum pro opinione Parladori absurdum profecto, & iniquum videtur, ut quod pro communi utilitate gestum esse patet, domino gententi vultur negotium etiam fisci.

Præsertim quia etiam administratores reddituum Reipublicæ possunt allicite conductores pro eis, & promittendo certam quantitatem pecuniarum, vel aliarum rerum ob id, quod conductant in certa quantitate, vel in euentum allicite conditionis,

SVMMARIA.

- 1 Gabella an deduci debeat de pretio rei vendita priusquam alia debeat: & numeris sequentibus, resolutum affirmatiue, etiam si debitorem sit prius legatum & hypothecarium, ut in numero 5.
- 2 Decima executionis solvenda est, soluto prius debito integro creditoris.
- 4 Patrimonij quantitas computanda est, deducto, eo quod explicandarum venditionum causa in proxenitæ, & gabellis impeditur.
- 6 Decima si alium Deo debeat a pro fertur decima gabellæ.

QVÆSTIO LIII.

An de pretio rei venditæ deduci debeat prius gabella, quam alia debeat?

Quæro modo An gabella ex pretio prius solvenda sit, quam debitum ipsum pro quo res venit, quoties pretium non sufficit pro viroque? Et quod cætera priora debita sint prius solvenda, persuadere videtur regula iuris ordinaria, qui prior est tempore potior est in iure non enim lex gabellaria nocere debet prioribus creditoribus, quibus est iam ius quæsitum, cui nec in dubio Princeps non videtur derogare l. 2. §. si quis à Principe consimil. ff. de iur. quæsit. publico.

Secundo quoniam sic etiam verum, quod si debitor non habet tantum in bonis, quod possit integra solutio fieri tam debiti principalis, quam decimæ exequutoris, prius solvendum est creditori integrum suum debitum, quam exequutoris sui decimæ, ut constat ex l. 10. tit. 9. lib. 3. Nonæ Collectionis Regiæ, ibi *Hasta que el duen no de la deuda sea pagador* c. 7. tit. 21. lib. 4. ibi *Salvo si endo primer amente contentos, y pagado el acreedor de su deuda, & l. 1. c. iudicem tunc, ibi: *T. que esto en si endo primeramente pagada la parte principal de su deuda y costas*: Ex quibus legibus hanc opinionem deducit, & tenet Doct. Azevedo in d. l. 10. n. 2. per totum contra Azevedo, lib. 3, cap. 17. præ l. 10. versic. vnum tamen, tenentem in hac specie iuxta id, quod solvatur creditoris, debere exequutorem habere decimam, & iura eundem competentia, quia non dicitur esse in bonis creditoris nisi id quod super est, deductis expensis nihilominus tamen contra ipsum Azevedo in hoc præcludo tenendum est in iudicando, & consulendo, & ita quotidie prædicatur, ut inquit Azevedo ubi supra, quem sequitur Lassart. de decim. vendit. cap. 7. num. 59. Ergo ita, & eodem modo videtur dicendum, ut debitum anterior, pro quo res venit, & substatur, prius solvendum sit, quam gabella, deficientibus bonis debitoris pro integra satisfactione omnium.*

Nihilominus tamen contrarium respectu gabellæ tenendum est, nempe ut prius hæc deducenda sit & ex residua pretij pecunia satisfacienda creditoribus, pro qua parte sufficit ea nempe ratione, quod patrimonij quantitas computanda est, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa in proxenitæ, & ob illis impeditur, l. qniamitas, ubi glo. & DD. ff. ad l. Falcid. & l. quod privilegium, versic. plane si de post, quod vere in hac nostra specie procedit, in qua gabellæ expensæ

conditionis, quod vulgo ipa nos dicitur: *Dar pro medidos, por ser como es esta en favor de la Republica, y de sus rentas, y en acrecentamiento de las, ita tenet, & probat Azevedo cap. 11. in versiculo circa quod est notandum in 2. p. & Azevedo cap. 3. 2. p. tit. 10. versic. mibi, 219. & Girondas de gabellis 9. par. 8. n. 10. & alij communiter, est, quod verissimum, & in praxi receptum: Ergo à fortiori licet, & sine damno, & incommodo suo hoc idem poterit dominus rei, eam vendens facere utilitatem communem sui, & sociorum, hoc est, fisci ratione iuris gabellaris, quod habet in pretio prædicte rei venditæ, & reliquorum habentium communi tamen in illa re. Denique si praxis hanc opinionem recepit, & ita servatur ab antiquo, ut fatetur idem Lassartus, quorsum nititur contrarium probare grauando dominos rerum venditarum in plerisque consuetudo habet, præcipue in odiosis, & quæ non habent evidentiam in contrarium?*

Non obstat d. l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. dum probat: *Que todos pague en, alcavala, y que no se escusen por uso, ni escuñdre aunque sea immemorial, ni por otra razón alguna, & c.* quia praxis nostra iuxta priorem sententiam Parladorus non est derogatoria gabellæ, sed potius interpretatiua iuris gabellaris, hoc est, ut promissa in pretio non computentur, nec habeantur pro pretio, siquidem ipsa minuant res vera pretium, & pro communi negotio venditorum, & fisci promittuntur atque solvantur: at dispositio dicti l. primo titulo 18. ut lepe in hac materia admonimus, loquitur, & procedit in consuetudine derogatoria gabellæ, non vero in consuetudine, de qua nos egimus.

Similiter non obstat dicti l. 6. tit. 13. hoc libro nono quam expressam pro sua opinione reputat Lassart. quia ipsa, ut patet ex eius litera, loquitur tantum quoad materiam, de las penas del quarto en las rentas delle alcavalas, para que el que humero de pagar en el termino de los tres meses que la misma ley y dice, aya de ofrecer, contando pro precio de la renta lo que el Rey ha de auer de ella, y situando, y situando que nra en ella, y los prometidos, y que de otra manera no se ha da poder, admitir la dicha nra del quarto: Præscribit igitur formam ea lex obseruandam in licitatione del quarto, non vero disponit, quod ad solutionem gabellæ solvenda, non deducatur promissum, neque ob id, quod ibi pro pretio habeantur promissa quo ad licitationem quarti faciendam, decidit lex, nec decidere visa fuit, quod ex promissis quoque solvatur gabella, quia hoc verbum nullum in ea lege, nec in alia habetur: illud vero, quod decidit illa l. quo ad licitationem quarti notissimum est, & clarum: porque la puas clarum: porque las puas claro es que han de ser sobre el prometido, & nihilominus necessarium fuit hoc ibi declarare legis latorem, cum præscriberet formam omnino seruandam in licitatione del quarto, ad eundem lites, & hominum vanas contentiones: Ad hoc igitur, ut licitatio fiat, verum est promissa in pretio computari quamuis re vera pretium non sit, quod remanere debeat penes venditorem, quin potius pretium diminuat.

expensa debetur ratione rei, & propter rem, ex qua debiti solutio fit, vt ex pretio venditionis solutio debiti fiat. Merito ergo, vt expensæ factæ in venditione rei veli gabella, expensum in proventus, & præcens prius soluat, quam creditor satisfiat, quod his soluit, soperest dicitur esse in bonis debitoris: At secus est in decima executionis ita decimam extet præd. ill. Regis. Et in terminis hæc secundam sententiam respectu gabelle, vt prius sit solvenda, quam debitum ipsum principale, pro quo res ipsa venit, etiam si eius pretium omnibus non sufficiat, tenet Azcued, vbi supra, num. 2. ad finem cõsuetudinis lare alit. fundamentis comprobatur, & tenet Lallier vbi supra, num. 5. quoniam sequenti, ad verum esse intelligens, quantumque privilegium, & hypothecarium sit debitum illud, pro cuius solutione facta executio est, etiam si fiscalis sit, quia adhuc prius est solvenda decima, quam priori creditori, si sicone satisfiat ex principali debito, & referat casum, in quo contingit consulens idem respondit pro gabellario membri rerum mobilium venditum pro executione solutionis alterius gabelle membri hereditatem prius debite, & que contractæ, & pretium mobilium non sufficiebat utique decimis gabellarum, nempe ex hac iudiciali venditione gabellarum rerum mobilium proina decima esse preferendum in distributione pretij, & Lallier in hoc sequitur simpliciter Giroud. de gabelle 4. parte 5. in 7. vbi n. 8. cum sequentibus bene probat Ioannes Gasius de expens. & melior. 1. numero 18. quem refert quod decima fructuum Deo debita præferatur decima gabelle.

Non obstant fundamenta pro priori parte adducta quia ex prædictis pro secunda diluuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur statim ex constitutione census consignati, de quo in extranea. & 2. de emp. & vendit. & motus proprii Pij P. super forma creandi census & num. legq. resoluatur affirmatiue.
2 Retrahitur sanguinis locum non habet, quando census venditur, vel imponitur super se patrimoniali, idem in retrahitu communitatis, vt hic.
4 Empria vera, & venditio contrahitur ex census constitutione, & impositione iuris percipiendi redditus, vel fructus rei, vel rebus census suppositis, vsque ad quantitatem census quotannis solvendi.
5 L. 10. & 11. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. declarata.
6 Impensa instrumenti obligationis ei incumbit, qui se obligauit.
7 Gabella abhetur statim ex venditione census iam constituti ab antiquo, & est solvenda in loco, vbi bona primitus census supposita sit fuerint, sicut quando à principio constituitur, vt in n. 8.
9 Census constituitur si pro re alia deat, vt permutatio, duplexque gabella ex ea debetur.
10 Gabella non debetur ex redemptione census à principio ex pacto redimibili, nisi clausula redi-

- mendis esse apposta in nouo contractu, ex cogur redimeretur, vt in num. 12. vel nisi redemptio fieret in aliis rebus, quam in pecunia numerata, vt in n. 1. limitatur hoc, vt cum legq.
14 Gabella an debeatur ex cessione, vel datione fundi specialiter censui supposito pro ipso redimendo, fallit si creditor, & domino census, vel extraneo, & numeris sequenti, referet opinio Lallier. in hoc n. 13. resoluatur num. 19. cum legq. & ampliat n. 29.
15 Censu constituto super tribus fundis, si postea vnus eorum vendatur cum onere totius census, sicut vt ceteri liberi remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata soluendo, de quo sit solvenda gabella? & n. legq.
17 Solutio pensioe imposita in suo fundo, & alia ab aliis possessoribus repetere potest à ceteris dominiis pariter eis tangentibus.
18 Quando plures rei vno pretio simul venduntur illud pro singulis distribuitur iuxta suum vniuersumque valorem.
21 Quilibet singularis successor, vel possessor vnus fundi ex pluribus super quibus est census constituitur, potest in solium committi.
24 Rem census subiectam habens, tantum videtur habere, quantum vltra censum rei ipsa valeat.
25 Landemium totius valoris rei insensate, legata, censuata non debetur, sed deducto onere census.
26 Gabella totius pretij fundi hypothecati profecturitate census personalis debetur.
27 Gabella debetur cotine prædy venditis pro pretio quodam certo soluendo in pecunia numerata, & pro alio soluendo creditoribus vendentis, vide etiam n. 30. cum legq.
28 Possidentes censum collectantur pro eo, & tanto minus soluit dominus proprietatis.
31 Gabella no debeatur ex datione bonorum cum pacto, vt ea recipiens alimenta præferat danti, eiusque debita soluat, & n. legq.
34 Gabella an debeatur ex toto pretio rei censuata, vendita tamen pro libera, non facta mentione census? & n. legq.

Q V Æ S T I O L I V.

An ex constitutione census debeatur statim gabella?

Veritas vltimus: An ex constitutione, & impositione census consignatus redimibilis, vel perperui hoc est, qui in re propria consignari, & constituitur super pecuniario pretio in fauorem emptoris, de quo loquitur extranea 1. & 2. de emp. & vendit. & motus proprii Pij P. super forma creandi cens. debeatur statim gabella? Videtur prima facie dicendum, gabellam statim non deberi, quia hæc non est proprie venditio, cum res ipsa, super qua census constituitur, apud ipsum census venditorem in plena proprietate remaneat: is enim est, qui illa venit, & froitur, cuiusque vacuum, & liberam possessionem habetien potest autem minime, sed redditum pecuniarium duntaxat percipit: at res vendita transit, vel transire debet ad emptorem, vt in caso rii. de cany. & emp. & de all. emp. & insit. in tit. de emp. & vend. Ergo ex constitutione, & venditione præd census, vera, & propria venditio non celebra

celebratur, sed l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. nona collectionis Regis loquitur, & procedit in vera, & propria venditione, non vero in impropria, & irregulari. Ergo ex venditione census non debetur gabella.
2 Quo fit, vt contractus sanguinis locum non habeat, quando census venditur, seu imponitur super se patrimoniali, quia res illa non exit à potestate venditoris per constitutionem census, sed apud ipsum manet, vt bene resoluat D. Coar. lib. 3. var. resolu. 11. n. 5. vers. in professo, & D. Castell. in l. 70. Tur. in gl. mag. col. 2. in vers. ex quo vnus singulari inf. 8. ubi enim illa imposita census, & Martiencio l. 7. gl. 1. n. 17. a. l. lib. 1. non. Collect. Reg. & Lallier de decim. vend. l. 10. n. 21. vbi idem resoluat in retrahitu communitatis, nempe, vt habens censum super fundo non dicatur locus ad hoc, vt cum venditus fuerit ille fundus retrahere eum possit ratione communitatis, ex Auen. respons. 12. & 23. id quod latius probauimus lib. 2. Pract. q. 166. per totam.

3 Nihilominus tamen proculdubio in nostra specie gabelle contrarium probandum est: imo, quod ex constitutione, & venditione huius census consignati super rebus, que pones ipsum venditorem remaneant, statim debeatur gabella, redemptione ipsius census minime expectata.
4 Et ita in praxi obseruatur ea solida ratione, quod ex hac census constitutione vera emptio, & venditio contrahitur, vt patet ex text. in auct. vt hi, qui obligant, & c. 5. quoniam, vers. licebit, iuxta gl. ibi, verbo redditus in 2. expositione, & ex extranea. gant. 1. & 2. de captione & vend. quicquid Villalob. in suo arario commun. opin. littera L. n. 132. hoc locatione tribuat, est namque vera venditio, vt resoluat Greg. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. in gloss. A censu, & late Domin. Coar. lib. 3. variorum resolu. c. 7. n. 2. etque hoc indubitabile apud omnes secundum Lallier. d. c. 10. n. 4. Venditur enim non quidem ipsa res, census supposita, nec dominium eius vilo modo in emptorem transfertur, sed ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus eius vsque ad quantitatem census quotannis solvendi, vt late cum aliis resoluimus lib. 2. practiarum 9. 168. n. 6. idemque tenet, nos citans, & addens, quod hoc DD. communiter affirmant Meli. Theolog. in 2. tom. de iust. & iur. disp. 383. col. 837. in fin. & in princip. cal. seq. & col. 844. in vers. ex dictis. quod ius percipiendi annuam pensionem pretio vendit, & emi potest, sicut iudicialitio, ius percipiendi tributum, aut fructus rei alienæ, vt probat Carol. Mosi. de usura. 20. quem refert, & sequitur Lallier. d. c. 10. n. 4. At iuxta præfatam l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ex quacunque venditione debetur gabella: Nec enim ea lex requirit quod res vendita transeat ad emptorem, præsertim cum etiam si id desideraret, adhuc in nostra specie verificatur, siquidem ius illud percipiendi redditus fructusque, transit ad emptorem census.

5 Secundo eadem verissima sententia comprobari potest, ex l. 10. tit. 17. hoc lib. 9. in vers. I que les diebus, ubi, Empanamientos, vbi præcipitur tabellionibus, vt pignoratitium copiam edant gabellaribus, quasi ex eis gabella solvenda sit: nam prædicto, nisi de hac census constitutione, & reali pignoratione intelligeretur, lex illa rō. iuxta ea, que ex sententia Speculatoris notat Auen. respons. 23. n. 3. dicens, quod impositio census potius est quadam pignoratione, seu obligatio pro securitate pensionis, quam alienatio dominiij, non videtur aperte intelligi posse: nisi verus

illam intelligas, ideo ibi iuberi tabellionibus, vt omnium illorum contractuum copiam edant gabellaribus, non quia ex omnibus gabella debeatur, sed, quia in omnibus potest esse aliqua, vel occulta venditio, seu permixtio sub alterius contractus titulo, & nomine celebrata in fraudem gabelle, vt alias cauetur in l. 1. d. tit. 17. atque ideo nectum eorum contractuum, ex quibus plane gabella debetur, nempe venditionis, & permutationis, sed generaliter omnium alienationum copiam dare iussit sunt tabelliones in d. l. 10. ubi: Empanamientos. Ex quo non ideo arguere licebit, ex quacunque alienatione gabellam deberi, cum tamen ex venditionibus, & permutationibus eidem legibus gabellaribus alias soluendam esse præcipiatur, ita d. l. 10. et de intelligi Lallier d. c. 10. n. 5.

Cum ergo census constitutio sit vera venditio, vt probauimus, & ex titulis impositionis censuum euidenter apparet, in quibus venditionis sit mentio, ne aliquibus verbis fraudulenter immixtis, vt occultetur ideo iubetur in d. l. 10. tabellionibus, vt omnium alienationum, & pignorationum copiam gabellaribus edant.

Et in terminis nostre questionis hanc opinionem, nempe, vt ex census, de quo loquimur, constitutio debeatur, & sit solvenda statim gabella, tenet & probat Lallier in tractatu de usura. q. 6. n. 129. vers. sic pulchre autem, & Ioan. Parlad. rerum quæst. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 38. & §. 8. n. 49. etque frequentiori omnium vsu receptum secundum Auen. respons. 23. n. 1. & ita prædicari affirmat Didac. Perez in rubric. tit. 2. lib. 8. Ordina. pag. 33. col. 2. vers. sed quero an debeatur gabella: sequitur Lallier. d. cap. 10. n. 5. cum seq. Giton. de gabell. 5. par. in princip. n. 1. vbi citat etiam hoc tenentem Anton. Gou. 2. tom. var. resolu. cap. 11. n. 44. vers. sic secundum effectum, & Monterol. in 7. tract. sue praxi. fol. 254. & Azcued. in d. l. 1. n. 98. tit. 17. hoc lib. 9. vbi in idem citat Felice. de censibus, lib. 2. cap. fin. n. 1. tenet etiam Malin. Theolog. 2. tom. de iust. & iur. disp. 384. col. 847. & Gaspar. Rodrig. de annuis reddit. lib. 2. q. 4. n. 6. etque verissimum atque in praxi receptissimum procul omni dubio, vt semper obseruari vidimus, nempe, vt qui pecuniam in censum recipit gabellam soluat, insuper, & expensam instrumentis: quia de iure talis impenfa proprie illius est, qui se obligat, vt constat ex resolutis per Tiraq. de retrahit. convention. §. 6. gloss. 1. n. 2. Montalu. in l. 5. tit. 8. in gloss. Recibus, lib. 1. vers. & in terminis census, Licet iustus Pizarro in gloss. ordinationis Guadalupe in 4. conditione. fol. 25. col. 1. in vers. 4. quia ubi in expensis, & gabellis, & interest. col. 4. in fin. ubi dicitur gabella, & expensis, quem refert, & sequitur Lallier. vbi supra n. 7.

Quibus non obstant ex aduerso prius adducta quia iam cessant ex fundamentis huius secundæ patris.

Item à fortiori dicendum est in venditione, seu cessione census iam constituti pro pecunia celebrata, ex ea namque gabella debetur, quia propria, & realis venditio contrahitur, vt in terminis probat Didac. Perez vbi supra, pag. 34. in vers. queritur tamen, dicens, quod ita seipsum vidit in practica indicatum, & ipse iudicauit in fauorem gabellarij, quem refert, & sequitur Lallier. vbi supra, num. 8. & dicens, esse soluendam in loco, vbi bona primitus censui supposita sit fuerint, sicut quando à principio

constituitur, idem probat Molin. ubi supra, col. 847. ad finem.

9 Quod si census ipse semel constitutus pro alia redditor, puta, domo, vel tercio, &c. vera permutatio erit, duplexque decima debebitur iuxta dispositionem l. 2. hoc tituli. 17. lib. 9. nona collectio. Reg. vt bene resoluit Lassar. d. cap. 10. num. 9. & Molin. ubi supra, col. 848. in principio.

10 Ex redemptione tamen ipsius census ex pacto principio in ipso contractu census appositio redimibilis, noua gabella non debetur: illa namque solutio fortis distractus est potius, quam nouus contractus, vt late probat D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 8. ergo non debetur ex hoc distractu noua, nec altera gabella, vt in terminis tenet Didac. Perez. ubi supra, pag. 34. col. 1. & Monte Ros. ubi supra, fol. 153. pag. 2. & Mencha. lib. 1. controuers. var. ius sequens. cap. 12. nu. 16. quos refert, & sequitur Lassar. d. e. 10. numero, 10. & Galpar. Rodrig. de annis reddit. lib. 2. q. 4. numer. 9. nisi clausula redimendi esset apposta in nouo contractu. tunc namque si ex noua conventionione redimetur census, cum sit nouus contractus, ex eo gabella debebitur, secundum Didac. Perez, & Lassar. ubi supra, numero 11. utrumque sequitur Molin. ubi supra, col. 848. in versu. si autem censur.

11 Similiter, & illa debebitur, etiam si census a principio redimibilis sit, si redemptio fiat non in pecunia numerata, vt consentum fuit a principio quod fuerit, sed alia re de communi consensu partium, vel uti fundo dato: tunc namque cum vetus, & nouus contractus esse intelligatur, nempe reconditionis census: aut permutationis pro illo fundo, vel donationis in solutum, non dubium est ex tali census redemptione nouam decimam deberi, iuxta resoluta per Lassar. d. cap. 10. numero. 12. ubi addit, se ite semel in praxi obseruatum vidisse. Ceterum hoc ubi numero. 13. verum intel igit, quando fundus ille in redemptionem datus non esse ex bonis specialiter a censu supposito, & eodem obligatis, sequitur Molin. ubi supra.

12 Quod si fundus ille esset ex suppositis, & eidem censu obligatis (intellige specialiter) secus erit dicendum secundum ipsum Lassar. ubi supra, numero. 13. quia licet aliter in hac specie redemptio fiat quam ab initio conuenit, a hinc tamen in ea nullus est venditionis, aut permutationis contractus, sed simplex quædam cessio rei hypothecate, censuique supposito in fauorem censuarij celebrata, per quam cetera bona, quæ simul obligata fuerunt, libera manent, & quod procedit secundum ipsum, nedum eo casu, quo res illa obligata vero domino census in redemptionem datur, sed etiam si alicui extraneo data sit hac l. vt ipse solus totum censum recognoscat, & soluat, & immouem indeminemque obseruet dantem ab obligatione cæterorum bonorum, quæ apud ipsum præd. censu obligata manent, quia cum vere ex eo pacto, & cessione nihil amplius agnoscat, vel malus onus in se recipiat, quam quod vere a re ipsa debetur, nihil pro re illa dare dici potest, quo minus simplex cessio sit: cuius quidem in hoc iudicium procedere videtur, attendo, quod fundus ipse, qui datur pro redemptione census, sine emtori, sine alteri extraneo erat prius censu suppositus, nihilque ultra pretium ipsius census datur pro fundo.

15 Hæc tamen doctrina, & opinio Lassarte,

de qua modo agimus in versiculo, quod si fundus ille, non videtur expedita, nec opinio certa, cum hæc redemptio, cuiusque forma nouitatem quandam præ se ferant, & differentiam a pacto redimendi eodem pretio in pecunia numerata in contractu censuali appposito, & ideo noua venditio fundi in proprietate, & redditus, hoc est, cum fructibus fieri videtur, cum tamen prius per census constitutionem, & venditionem super ipsi fundis, non quidem fundi ipsi, sed dominium ipsorum venditi fuerant, sed tantum usus percipiendi censum annuum ex redditibus, & fructibus eorum vt supra resoluimus: Quare dare vnum fundum pro redemptione totius census ex pacto, vt ceteri fundi, similiter obligati, liberi remaneant, iam ille fundus pro redemptione datus pro omnibus soluit, hoc est, onus omnium subit, si que venditio eius fieri intelligitur pro pretio, & capitali censu imposito super omnibus fundis: Ergo aliter fit redemptio quam a principio pacto conuenit, & ideo forsan Molin. ubi supra, col. 849. in principio, de opinione præd. Lassarte dubitauit, & potius contra ipsum perpendit. Et hoc opinione contra Lassarte, retenta, gabella in hac specie tantum soluitur pro rata tangente cæteros fundos liberos remanentes apud venditorem census, præter illum, qui pro redemptione datur, quia pretio illius redemptio omnium fiat, ex quo pretio iam principio fuit soluta gabella census.

16 Sed pro vera resolutione huius articuli præmittenda est decisio alterius, ex qua apparebit, quod in viroque tenendum sit, nempe, an census redimibilis certe cuiusdam quantitatis quotannis soluenda super tribus fundis constituto, si postea, vnus eorum vendatur cum onere totius census in posterum soluendi, ita vt reliqui duo fundi liberi ab eo onere remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata debitori soluendo pro fundo illo a se vendito, verum ex quantitate census, & pretio præd. in pecunia soluendo debeatur gabella: vel tantum ex præd. pretio in pecunia soluendo, non vero ex sorte principalis census. Si enim hoc vltimum resoluimus, & in præcedenti specie huc remissa necessario fatendum erit, nullam gabellam soluendam esse, siquidem nullo pretio ultra sortem principalem census soluitur domino fundi venditi cum onere recognoscendi, & soluendi totum censum: Sin autem in hac, de qua nunc agimus, questione, dixerimus ex quantitate totius census insuper & ex pretio in pecunia numerata soluendo ultra liberationem aliorum fundorum remanentium apud venditorem soluendam esse gabellam, similiter erit dicendum in questione præmissa, illam, scilicet deberi ex partibus capitalis census tangentibus prærata cæteros fundos a censu liberandos Ad rem igitur denotandi in hac vltima de qua nunc agimus, questione, prima facie videtur dicendum, gabellam vtriusque deberi, tam ex sorte principalis census, quam etiam de pretio in pecunia soluendo. Pro cuius cognitione, & facilliori probatione obseruandum est, quod licet respectu cæterorum census, præd. res fundi sint obligati in solidum, iuxta gloss. in l. communis dividendo, ff. commun. diuis. nihilominus tamen ipsi fundi si forte successione, vel alia causa ad iunctos possessores peruenerint, inter se habent diuisiorem, ita vt si dominus vnus fundi in solidum pensionem solueret, repetere posset à cæteris dominis partes vniciusque eorum tangentes,

tangentibus. l. C. de duob. si diuersa. C. locu. Barr. in l. reos ff. de duobus reis, gloss. magna in l. frater a fratre, vbi consiquitur ff. de comiti. ad deb. & notatur in l. qui hominem, ff. de condit. indebit. quoad reculum namque, quom inter se coerte habent, obligatio esse diuisibilis, iuxta notata in l. actorum. C. de pact.

18 Sicut enim, quando plures res vno pretio simul venduntur, vbi de distributione huius pretij vniciusque rei assignandi agendum est, tantum censetur esse pretium singularium, quantum eas tangit iuxta sum vnus cuiusque rei valorem, secundum Paul. de Cast. in l. i. quod ex Pamphila, n. i. ff. de legatis secundo, & gloss. in l. si ex falsis. C. de transact. ita etiam vnica quantitas vt pensionis imposita super pluribus fundis, cum de distributione & diuisione agendum est, nempe ad solutionem gabellæ, vt quia sunt constituti fundi in diuersis territoriis, vniqueque res iuxta suum valorem estimanda est, vt pro rata eius oneris diuisio fiat.

19 Nunc ad rem. Cum igitur pars census ad hunc venditorem pertinere soluenda pro rata, & portione reliquorum duorum fundorum sibi remanentium emptori adiciatur, ipseque eam in se suscipiat ex pacto pacto, ita quod in posterum emptor integrum censum soluere debeat, remanentibus liberis ab eius solutione omnimoda, duobus fundis manentibus penes venditorem apparet, pactum hoc esse pattem pretij, vt in l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio. ac ideo gabellam ex eo deberi debet igitur ex præd. vt ex parte census tangenti fundum venditum iuxta suum valorem distributione totius census facta in ipsos tres fundos, super quibus census fuit impositus, gabella non debeatur, quando minus ille fundus venit, vt supra resoluimus, sed debetur ex cæteris partibus census correspondentibus reliquis duobus fundis penes venditorem remanentibus iuxta suum valorem, distributione facta, & ex pretio in pecunia soluendo, verbi gratia: Si vno que tenia tres heredes impiso sobre ellas diez mil maravedis de censo al quitara razon de a cada vn de mil maravedis el millar, y pago su alcuala: y despues vende vna destas tres heredes a otro con cargo, y condicion que el comprador pague los diez mil maravedis de censo por todas las tres heredes: y mas de, y pague al vendedor por precio desta heredad quatro mil maravedis en dinero para saber de que cantidad se deuera el alcuala deste contrato: se han de pagar, y estimar todas tres heredes cada vna destas de por si, y valiendo todas tres cieno y seuenta mil maravedis, y de ellas valia la heredad vendida ochenta mil maravedis, se cobra de la pension, y censo la mitad, que es cinco mil maravedis cada año, de los quales no se deuera alcuala: mas de los cinco mil maravedis que calen a las otras dos heredes que valen ochenta mil maravedis, se pagara el alcuala, y del precio de las quenta mil maravedis que se da de mas en dinero al vendedor, y a este respecto se terha la misma cuenta en otros casos semejantes raris por cantidad: Hæc sententia in summa fuit Carol. Molinici, licet non ita appareat in consuetud. Paris. tit. 2. §. 58. numero 12. par. aphro 55. gloss. 4. n. 39. Verum scio eam ita expresse defendisse quendam Hispanum Iuriscozum subulis aduersum ingenij, & est contra opinionem Lassarte, ubi supra.

Verum quod cum hæc questio consulta fuisset a 20 potioribus Iuriscozulis prædictis Prætorij Regalis Granatensis, & inter se varij essentiaior pars eorum tenuit contrarium, nempe in præmissa specie nullam deberi gabellam ex pretio totius census, sed tantum ex pretio in pecunia numerata soluendo, quam sententiam, vt verioram sequendam esse in praxi censu aduersus priorem modo fundatam, quia reuera vniciusque fundo ex præd. tribus censetur onus soluendi censum in solidum impositum, & ideo quolibet singularis possessore vnus fundi ex pluribus super quibus census est constitutus in solidum conuenit, vt late cum alijs probauimus cons. 49. per istum, & hunc probat nonnulli Meli. Theolog. in 2. tom. de iust. & iur. disp. 383. col. 843. vers. constat: Ergo, cum census in solidum censetur venditor super quolibet fundo, & ideo super pluribus fuit constitutus, vt securus esset exactio nihil noui ex præd. pacto venditor, nisi, quod in pecunia numerata superaddatur, nec pars pretij esse censetur id pactum, sed quod erat singulis fundis impositum, vt securus esset exactio resolutum in fundo vendito pro reuera in eorum: vnde nihil interest, quod redemptio fiat aliter quam in pacto censuali continetur, siquidem sit pretio eiusdem fundi in solidum obligati, & ex æquipoilibus idem est iudicium, vt late iudibus probat Euerard. in sua Censur. legal. cap. 55. Et in terminis ultra præd. in scriptis, quorum iudicium in scriptis non habemus, ita tenet, & late probat Lassart. d. cap. 10. n. 19. in versu. ad re. vt quamuis: Nec distributio, quam in singulos fundos faciendam esse prædictimus, iuxta eorum valorem, quicquam huic nostre veltori sententia in proposito nocet: ea enim locum habet in sensum, quem prædictimus, nempe, quando plures fundi, super quibus census est impositus, sunt in diuersis territoriis, ad sciendum, quid quantumve nomine gabellæ soluendum sit gabellario cuiuslibet territorij. Ac vero in nostro prædicti casu hæc distributio non est necessaria, cum totius census onus cuiusque fundo censetur in solidum constitutum, impositum, & venditum, atque ob id possit ex cuiuslibet fundi possit in solidum pro toto censu conueniri: Ergo pacto hoc ipsum effici potest, ita vt reliqui fundi libera manent ab eo censu.

22 Ex qua resolutione iam patet, idem esse dicendum respectu in priori specie, de qua supra cum eodem Lassart. d. cap. 10. numero. 11. quæ est eadem, ac præcedens, excepto quod nullum aliud pretium datum fuit pro redemptione census super pluribus fundis constituto domino census, quam vnus ex eisdem cum præd. pacto, quod ceteri fundi liberi remaneant penes venditorem, vel quod emptor solus, si extraneus sit totum cum censum recognoscat, & soluat in demumque obseruet venditorem ab obligatione cæterorum bonorum, quæ apud ipsum præd. censu obligata manent, nempe, vt nulla gabella debeatur in hac specie per prædicta, quicquid Lassartem, re tamen non excusa, mordere velt Molina ubi supra, in præd. sua opinione.

23 Deducitur etiam ex prædictis, quod re vendita (verbi gratia mille aureis, quorum quingenti solutio fieri debet, aliorum vero censum emtor agnoscat, cui alias res illa vendita erat specialiter obligata, & supposita, gabella tantum debebitur, & soluenda erit ex pretio numeris soluto, non

vero ex quantitate, & principali valore census, cui ipsa res specialiter supposita erat: Illud namque onus tam semel est apud emptorem primum, & in eo tenet et res vendita pro parte tribui de quo iam supra soluta g. bella, & sic revera non tenet venditor per tulararium, sed solutionis onus transfertur in emptorem: quæ sententia eo confirmatur fundamento, quod rem censui subiectam habens, tantum videtur habere, quantum vicia censum res ipsa valet iuxta textum in l. si fidei commissum, §. tractatum, ff. de iudicis, & l. generali capite §. fin. in fin. ff. de usufructu, leg. pro ut in simili questione feudalis materia resoluit Ludovic. Peguera de feud. vers. §. limitatione 21. n. 182. ubi quod si legatur res feudalis, quæ esset censuata, non debetur laudemium valoris totius rei, sed de iusto onere census. Et inquit Titus de reall. signag. §. 6. glo. §. 1. quæ si vendatur res feudalis pro quo pretio solvendo venditori, ut quia erat censuata, & emptor recepit eam cum suo onere, laudemium debetur ex solo illo pretio recepto duntaxat, non vero ex toto valore, quo æstimata est res, quos refert, & sequitur Lassart. de decim. vend. d. cap. 1. c. num. 18. & Molin. Theolog. 2. tom. 2. de iustis & iur. disputacione 384. column. 849. ubi dicitur hinc est, ubi cum eodem Lassart. addit, quod si census esset personalis, prædiumque suppositum esset specialiter hypothecæ in securitatem illius census, tunc si prædium illud teneat census, venditor, debetur gabella ex toto eo pretio, si insuper, & quod si quis vendat prædium mille aureis, quingentis sibi solvendis, & aliis quingentis solvendis creditoribus suis ex vtiq; gabella debebitur.

25 Sic etiam habemus in iure, quod licet possidentes censum etiam redimibilem possint collectari, tanquam res immobiles possidentes, sicut & usufructuarii, ut in l. quare, ff. de usufructu, leg. actum quantum soluit dominus census, tanto minus soluit dominus proprietatis, ut probat Aucand. de hõ. §. 23. numero 2. & Roland. à Valle cons. 66. num. 3. & 24. vol. 1. Ergo ita in questione proposita gabella solvenda erit illius pretij duntaxat, quod ad venditorem pervenit, non in respectu pretio census, qui etiam in iuris contrahentibus transire debet cum re, eo quod ipsi rei censuata in hærebat, l. c. sine census, vel relig. & soluta sit iam gabella ex eo censu, quando principio fuit constitutus, & in terminis ita tenet Dicit. Perez in rubr. de lib. §. ordin. pag. 25. col. 2. in vers. dubitatur ubi, quod ita fuit iudicatum Salmanticæ, & voluit Palador. lib. 2. rerum quæst. c. 35. fin. n. 3. ubi nec illud interim emittam, & probat late Lassart. d. c. 10. n. 16. cum pluribus seqq.

26 Hæc plane procedunt, quando res censuali venditur cum suo censu, & præterea aliquo etiam pretio in pecunia solvendo: Cæterum ubi prædium censu simul cum alio pretio pecuniario iungitur, & utrumque unum efficitur, & commutatur, ita ut res mille aureis vendatur, cum tamen parces tantum solvenda est in pecunia numerata, & reliqua pars ad complementum mille aureorum pretij contenti est, quod in censu sumitur, & in themate questionis præmissæ fortan aliquibus casibus contentum in præxi videbitur dicendum: Ego vero certius existimo, adhuc in hæc specie idem probandum, nempe, vti tantum gabella solvitur de parte pretij in pecunia solvendi, & hanc rem vera ex his, quæ inter contrahentes de solutione, &

declaratione pretij acta sunt, manifeste apparet, in solis quingentis aureis in pecunia numerata solvendi venditori totam venditionem consistere: Nihilque re ipsa testatur, quod rem venditam quingentis aureis cum declaratione, quod aliorum quingentorum res ipsa censu affecta sit, & cum eo onere te eam vendo, vel quod eam vendam mille aureis, ita ut quingenti mihi solvantur, & aliorum quingentorum censum agnoscat emptor, quo res ipsa ab antiquo erat onerata: Idem enim effectus est in vtroque casu, quamvis verba differant, præcipue cum in hac materia gabbellarum tam pro venditione, quam contra eam venditio positus inspicione sit, quam verba, iuxta doctrinam Bald. in l. prima, num. 2. C. si serv. extra se nisi mandæ. & cum eo resolvit Lassart. cap. 7. num. fin. Ita in terminis tenet, & probat Lassart. d. cap. 10. num. 19. cum sequentibus, dicens, quod ipse tenet iuxta præd. resolutionem iudicavit, & fuit confirmata sua sententia.

Nec supra dictis obest doctrina Ioan. Fabri in §. pretium autem, n. 1. insit. de empt. & vendit. ubi tenet, quod si rem meam vendo modico pretio, ita ut emptor satisfaciat meis creditoribus, quibus res erat obligata, hoc tamen censetur de pretio: Ergo, & gabella debetur ex hoc pretio, si debita solvenda sunt certa, & specificata: Non inquam obest hæc doctrina, quia loquitur, & procedit, quando ego decem aureos, vel aliam quantitatem ex personali mea obligatione debentem, sine res vendita hypotheccata esset pro illo debito, siue non, quo casu merito, ut de illis decem sic debitis laudemium, & gabella debetur, ut prædiximus, quia illis quoque de omni, vltra reliquos mihi solvendos vendita res esse intelligitur, ex l. mortis causa, §. fin. ff. de donat. cau. mort. & hic non est casus nullus: Secus autem est, quando ego decem illos aureos, vel aliam expressam summam ratione rei debite debentem, hoc est, quando prius esse vendita eo pretio pars eundem rei, ut contingit in censu imposito eidem rei: tunc namque cum ex eo pacto nihil mihi acquiritur, sed quod aliis, nullo etiam pacto interveniente, de iure erat faciendum, expressum sit, nempe agalio onerum realium, atque ideo cesset ratio acquisitionis, de qua in d. l. mortis causa consequitur, ut pactam illud pars pretij non sit, neque ex eo laudemium, aut gabella augetur, cum potius rem ipsam venditam eiusque valore minuit, ita Lass. d. c. 10. n. 22.

Similiter etiam si ita rem vendiderim, ut creditoribus meis satisfaciatis, satisfactio illa non erit de pretio, quia non est quid certum, & ideo ex ea non debentur venæ, vel laudemia domino, §. pretium, insit. de empt. & vend. facti l. hereditatem, ff. de donat. per quæ iura ita tenet Ioan. Faber in §. item pretium, n. 1. insit. de empt. & ven. licet l. illa, & hereditatem, non multum ad hoc ardeat Titus de reall. signag. §. 1. n. 14. n. 14. Ergo gabella in hac specie solvitur ex sola pecunia data, vel promissa venditori, non autem ex æstimatione pacti, quia cum circa rem venisset, etiam est pars pretij, secundum Lass. d. c. 10. n. 24.

Nihilominus tamen in hac specie secundum ipsam ibidem n. 32. licet gabella non debeatur ex præd. pacto ut ex venditione, debetur ut ex cunctis innoventis do ut de, & sicut ex permutatione duplex gabella debetur in omnium eventum.

Quod

Quod si debita solvenda creditoribus venditoris ex præd. pacto sunt certa, & specificata, procul dubio debetur simplex gabella ex venditione præd. iuxta doctrinam eundem Fabri in d. §. pretium, n. 1. de qua supra egimus, n. 20.

27 Hinc intelligenda venit decisio quamdam Cappell. Tholof. 278. quæ habet, quod si aliquis det omnia bona sua cum pacto, quod donatarius stat donantem, & solvat eius debita, ex tali conventionione debetur laudemium, seu quinquagesima, quia non est mera donatio: nam quo ad pactum de solvendi debitis incertis, iam resoluimus, gabbellam duplicem deberi, ut ex contractu innoventis permutationis, si vero debita solvenda sunt certa, liquida, & specificata, simplex gabella ut ex venditione debetur, secundum Lass. d. cap. 10. n. 33. cum seqq.

Quod nec attinet ad alteram partem pacti de alimentis præstantis, gabbellam ex eo pacto deberi probat Doct. Cassill. in l. 69. Tur. in gl. Donation. in additione in vers. sed dato, quod valet, quia est contractus innoventis do ut des: contrarium tamen verius est, attæris nostris l. Regis, iuxta quas ex contractibus emtionis, v. n. ditionis & permutationis debetur, & solvenda est gabella. At hic contractus, de quo agimus, non est huiusmodi, nec innoventis do ut des, in quo vna res pro alia datur, ut in l. 1. & ibi Greg. Lopes. n. 8. par. 5. Et in specie præmissa alimentorum ita videor dare, ut ex bonis meis, quæ tibi dono alimenta mihi exhibeas, sique tota conventio circa bona mea & operam tuam versatur. Et ita merito hanc opinionem, ut ex præd. conventionione gabella non debetur contra Castell. probarunt Parlad. ubi supra, d. c. 35. n. 2. ad finem, n. 32. & Lass. d. c. 10. n. 4.

28 cum seqq. Vbi sub n. 36. hoc limitat, quando aliquam rem usufructuam dederit, veluti equum velocem, vel margaritam pretiosam, aliamve rem usufructuam, ut alimenta mihi præstet, quoad vixerit: quia tunc vere, contractus innoventis do ut des, atque permutatio est, atque ita procul dubio gabella debetur: Simili modo distinguendum est secundum ipsum in specie, §. fin. C. de rerum permitt. ubi res ex lege data est, ut menstruum quid à donatario præstetur, si enim ita res datur, ut quod aliud à re ipsa, & eius fructibus separatim, ac diuersim præstetur, ut quia forte usufructuosa (licet pretiosa res illa sit) vera permutatio, & contractus innoventis sit do ut des, ac proinde gabella ex vtriusque parte debeatur: Secus vero, si id singulis mensibus præstantur ex re ipsa, & eius fructibus esset deducendum, quia tunc cum non dux res sint, sed vnica tantum versetur permutatio, & innoventis contractus esse non potest, ex prædictis, sed pactum nudum rei traditione vestitum.

29 Quod si rem censuam vendidero, huius census mentione non facta, sed ut liberam potius certo pretio, licet postea de pretio quantitas census deducatur: nihilominus gabella totius pretij est solvenda, quia vere tantum vendita res est, & venditio valet ipso iure in tota re, non deducta parte census correspondente, quamvis emptor possit contractum rescindere petito pretio, si velit, iuxta l. 6. tit. 5. part. 5. cum materia. Quo fit, ut iuxta verba, l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ubi: De tunc el precio parque venderen, gabella ex toto pretio præd. debeatur, sicut, quando rem alienam, vel communem ut meam certo pretio vendidissent, ut probauimus supra, & in terminis vtrumque probat, & tenet Lassart. d. c. 10. n. 37.

Sed eius opinio meo iudicio vera non videtur saltem, quando venditor bona fide rem tanquam liberam vendidit, ignorans illam esse censui subiectam, quia gabella non debetur nisi ex pretio rei iusto, veritate attendita.

Non enim adhaerendum ita est verbis legis, quando rem dorum dissonamque à recta ratione displiceret, si ut primo aspectu sonare videtur, intelligeret, præsertim quando congruum habent interpretationem iuxta doctrinam Molinæ in similibus terminis 2. tom. de iust. & iur. diffus. 349. col. 572. & in propriis contra Lassart. ubi supra, ita arbitratur eodem Molin. disput. 384. col. 850. in princ. Certum enim est, quod bona dicuntur, deducto ere alieno, præsertim censu constituto specialiter super eadem re, & in materia gabbellæ hoc est constitutum, ut si res cum onere census vendatur, de ea parte pretij solvenda sit solum gabella, quæ in pecunia numerata solvitur vltra censum, non vero de sorte principali census, quæ de exsoluta fuit tempore constitutionis census, ut supra diximus.

Potent tamen sublineri præfata opinio Lassart. quando venditor sciens rem censui esse subiectam, id obtinet, & pro libera vendidit tunc namque ob culpam, & malam fidem ipsius: nil mirum quod totius illius pretij integram gabbellam soluat. Quod si bona fide ignorans censum, ut in priori specie eam vendidit, quamvis gabella totius pretij propter iustam ignorantiam solvatur, conpetta veritate à gabbellario, reddenda est ea pars gabbellæ, quæ pretium census tetigerit, non enim iustum est, ut imple enim factura aliena locupletaretur abique culpa venditoris.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella census constituti super bonis sitis in alio territorio, cui gabellario debeatur & num. seqq. resoluitur in favore gabellarii loci, ubi sunt bona sita, & non idem probatur in venditione census de antiquo iure constituti, & na. 3. quid quando in duobus locis bona sunt sita? & n. 6. quomodo æstimato tunc fiat.
- 4 Onera, & tributa realia sequuntur possessorem.
- 5 Laudemia plurimum prædiorum, vni o pretio non distributo emptorum, quomodo diuersa dominis solvenda sunt?
- 7 Gabella non debetur de bonis super quibus census constitutus est, quando locus in quo bona sita sunt est immuni a solutione gabbellæ.
- 8 Bone generaliter obligata pro censu non sunt æstimanda pro solutione gabbellæ, sed tantum bona super quibus census specialiter constitutus est.
- 9 Obligatio generalis census adiecta non cubaret uniformiter cum bonis specialiter census suppositis.
- 10 contractus census tenet, etiam si quis, vltra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census.

Q V Æ S T I O LV.

Censu constituto super bonis in alio territorio sitis, cui gabellario debeatur gabella census?

Quæro etiam in proposito præcedentis questionis, cui gabellario debeatur gabella anni

M 3. census

tenus, an existens in loco contractus, locove de-
stinata solutionis redditus, vel illius loci, ubi bona
specialiter censui supposita sunt sita. Hinc quæ-
stionem hanc discussit Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 8. que sit final. per totum ubi addu-
ctis hinc inde rationibus, & fundamentis resolu-
it, n. 10. cum sequentibus gabellam solvendam esse in
hac specie illi publicano, ad quem pertinent ve-
ctigalia, ubi sita sunt bona, super quibus annuus
redditus constitutus est. Idem probavit Dilacus
Perez in rubrica, tit. 2. lib. 7. Ordinanen. pag. 378.
columna. 1. in versu. quo. sit. Et hoc est vera, &
communis resolutio secundum Lassart. de decim.
vendit. c. 4. n. 31. & eam tenet Avendann. resp. n. 27.
n. 1. & sequitur Felicianus de Solis de censibus, libro
2. cap. fin. n. 12. Gicoma de gabell. parte 6. n. 19. &
Azvedon in prima, n. 9. tit. 1. §. 1. lib. 5. & in l. n.
110. tit. 17. lib. 3. non. Collect. Regg.

2 Et procedit hoc etiam in venditione census de
antiquitate constituti, gabella namque huius ven-
ditionis solvenda est quoque gabellatio loci, ubi
sita sunt bona, super quibus primitus fundatus
est census, ut voluit etiam Parlador. ubi su-
pra, ad fin. d. §. 8. n. 30. & Lassart. d. cap. 10. n. 8. &
Doct. Molin. Theologus 2. tom. de iust. & iur. dis-
putatione. 384. col. 847. ad fin.

3 Quod si forte in diversis locis, & territoriis
existant pred. bona, super quibus specialiter cen-
sus constitutus est, pro rata debet fieri solutio ga-
bellæ, arguente text. in l. in fin. C. de pred. & om-
nibus rebus natis. & ubi Ioan. de Placeta lib. 11. ubi
onus reale, vel Patrimoniale nomenclatorum
distinguitur inter possessores pro rata iuxta id, quod
ad unum quemque pertinet.

4 Per tercia onera, & tributa realia sequuntur
possessorem iuxta id, quod possidet, l. in quidem,
& ibi Placeta. C. de annon. & tribus. lib.

5 Hinc est, ut si quis unico non distributo pre-
tio, emerit plura prædia censivalia diversis dominis
divinim moventia, singulis debentur sua laudemia
pro rata partij ab uno quoque moventis, & nisi
aliter concordentur, nec per consensionem con-
trahentium, qui etiam iurare cogentur, siquidari
possit, facienda erit æstimatio prædiorum, ut sciat-
ur, quantum cuique prædio correspondeat, ita
Catal. Molin. in consil. Parisiensi. 2. §. 35. gl. 4. n.
39. ubi agit, cuius impensis hoc fieri debeat.

Ergo ita in proposito dicendum est, ut si in di-
versis territoriis extant bona, super quibus census
specialiter constitutus est, pro rata valoris vnus
cuiusque fundi eorundem bonorum debeat ga-
bellæ solutio fieri, non vero æqualiter, & pro
vitili, ut in terminis nostris tenent Parlador. ubi
supra, n. 28. & Lassart. d. cap. 10. n. 14. ubi, quod
ita apud nos in praxi observatur, iudiciali omni-
um bonorum æstimatione facta in hunc modum,
7 quod si census mille aureorum super multis
bonis valetibus quinque mille aureis constitua-
tur, quotum bonorum quinta, aut alia pars in
vno territorio sit, tanta quoque gabellæ portio
in eo solvatur: ceteræ interem gabellæ partes, pro-
munita, & separata esse reliqua bona constituit,
sicut compositione, iuxta omnium, & cuiusque
fundi valorem respectivo distribuuntur, & sic
venditor in vno quoque loco pro rata gabellæ
e maneri poterit, sequitur Doct. Molin. ubi supra,
columna. 489. in versu. quando census. & Azved.
ubi supra, dicens, esse hoc dubio, quod si locus,
ubi extant bona, immunitus fuerit, vectigal non
debetur, secundum Parlad. ubi supra, ad fin. al-
lius. §. 8.

Illud tamen observatione dignum esse censeo, 8
in proposito, nempe non esse ad hoc habendam
rationem bonorum generaliter obligatorum, sed
tantum eorum, que specialiter censui subiciun-
tur, ut probant Parlador. ubi supra, num. 34.
in versu. æquiquam vero. Lassart. d. c. 10. n. 15. ubi
quod ita tenet practican fecit.

Non enim obligatio hæc generalis vniformi- 9
ter coheret cum bonis specialiter censui suppo-
sitis, hæc enim principaliter censui subiciuntur,
& veniunt in obligatione, illa vero accessoria,
& veluti subsidiaria nominio, & in subsidium
pro maiori securitate, & cautela principalis, &
ideo alterare non debet, aut ampliari principale,
sicut nec alterari, aut ampliari datio fiduciariorum,
ut comprobati poterit ex doctrina Gregorij
Lopez in l. 28. glossa magna, in versu. limita
eum, & ubi tenet, quod etiam si quis ultra obli- 10
gationem personalem census obliget generaliter
bona sua pro solutione census, tenebit talis con-
tractus, cum illa hypotheca sit accessoria ad per-
sonalem obligationem, & emtio ipsa contra-
hatur super bonis aliquibus: cuius sententia
communis est, ut patet ex tractatu per Domin.
Covarr. libro 3. variarum resolutionum, cap. 7. n. 5.
quamvis ipse, & Dominic. à Soto lib. 6. de iusti-
t. & iur. q. 5. artic. 1. conclus. 4. in primo corollario,
contrarium probetis cum sequitur Didac. Perez
in rubrica, tit. 2. lib. 8. Ordinanen. pag. 36. columna.
2. in fine, & nos probauimus plures citando, &
præcipue arguente motu proprio Pij V. super forma
creandi cens. laro Anno. 1569. lib. 2. Prædicte quæstionem,
17. n. 7. & nouissime Lassart. de decim. vendit. c. 10.
n. 15. & 18. Fit igitur ex supradictis, ut obligatio
generalis bonorum censui adiecta, sit accessoria,
& subsidiaria ad principale obligationem bono-
rum specialiter censui suppositorum. Ergo non
est habenda ratio præd. generalis obligationis ad
distributionem gabellæ inter bona specialiter
obligata sciendam, sed tantum ipsorum bono-
rum specialiter censui suppositorum, ut proba-
uimus.

S V M M A R I V M.

1 Gabella an debeatur ex constitutione census ad
vitam: distinguitur.

Q V Æ S T I O L V I.

An ex venditione census ad vitam
debeatur gabella?

Gabellam deberi ex venditione census tem- 1
poralis, nempe ad vitam, sicut de perpetuo,
constat, quia vera venditio celebratur in vitili-
que, ut procul dubio probat Lassart. de decim. ven-
dit. c. 10. n. 38. cum seqq. miratus, quod cum ita
semel, se consentente, in fauorem gabellarj iudi-
catum esset, per Regios, ac supremos iudices
Vallisoletanæ Cancellariæ reuocatum fuit, sed
quod in hoc praxi inconuenit, & consuetudini
nostræ l. 1. tit. 1. 17. interpretatiue standum erit.
Cuius praxis (si ea habet, ut ex venditione cen-
sus vitalis gabella non debeatur) ea ratio reddi
potest, quia hi non constituantur super bonis cer-
tis specialiter deputatis, ut ceteri census perpetui
redimibiles constitui debent per motu proprio
Pij V. an. 1569. lato super forma creandi census:
licet

Q V Æ S T I O L V I I.

An ex constitutione census vitalis, vel per-
petui redimibilis constituti super iu-
rib. Regalibus, debeatur gabella?

Q Vero hic oportune an ex constitutione cen- 1
sus vitalis, vel perpetui redimibilis super iu-
rib. regalibus constituti, debeatur gabella, necne?
Hæc quæstio deciditiam alterius petit, an 2
scilicet census redimibilis, vel ad vitam possit con-
stitui, & de nouo fundari solum super aliis an-
nuis redditibus redimibilibus, siue temporalis
hoc est, sobre intras del Rey, standos en rentas
Reales, o de particulares? Si enim in hac quæ-
stione partem affirmatiuam elegerimus, inde for-
san videbitur ex hac secunda impositione census
super aliis censibus, vel iuribus Regijs, deberi ga-
bellam: si vero negatiuam, contrarium patebit, hoc
est, gabellam ex eo contractu non deberi, cum sit
nulla venditio.

Ad hanc quæstionem postremam quæstionem de-
nunciando, ut inde ad priorem ascendamus, vide-
tur procul dubio in ea dicendum, nullam esse
prædict. census constitutionem super aliis cen-
sibus, vel redditibus Regijs, vel alicuius priuari
fundatam solum absque aliis bonis immobi-
libus, ac proinde ex ea gabellam non deberi.

Primo quia peremptionem census non emittit 3
ipse fundus, super quo imponitur, seu consti-
tuitur annuus redditus, nec dominium eius vili
modo in emtorem transfertur, sed tantum emittit
ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus
illius fundi, vsque ad quantitatem census quo-
tannis solvendam, iuxta veram observationem
D. Couar. libr. 2. variar. resolut. c. 7. num. 6. in
versu. quod item diximus, cuius supra meminimus,
& eam sequuti sumus 3. 34. n. 4. & latissime em-
nium probat Avendann. resp. n. 12. per totum,
amplians eam, ut procedat, etiam in contra-
cto dicatur, quod venditur dominium directum
rei, super qua census constituit, & Aluar. Valsc.
de iure emphiteut. 1. par. quæst. 32. numero 8.
optime Mercad. de tratos, y contratos, cap.
de los censos, col. 3. & 4. fol. mibi 74. Greg.
Lopez. in l. 28. tit. 8. parte 5. in gl. a censo,
in princip. in versu. sed quid de contractu: Ergo
cum emptor horum annuorum reddituum, nul-
lum habeat dominium directum, nec vile rei
immobilis, super qua ipse census constituitur est,
sed tantum ius percipiendi, & conlequi vide-
tur, quod cum hoc sit quoddam ius incooperale,
tertiam quandam speciem bonorum constituens
diuersam ab immobilibus, & mobilibus, non possit
super eo iure constitui alius annuus redditus, cum
non sit quid immobile, aut pro tali reputa-
tum.

Neque t obstat, si quis obiciat verba motus 4
proprij Pij Quinti ann. 1569. lato super forma
creandi census. ibi, aut, qua pro immobili habeatur.
7 Ergo cum iura, & actiones, que competunt ad
res immobiles, immobilibus annuatiari soleant,
iuxta doctrinam glossæ in l. 1. C. si aduers. transfat-
t. & in authent. de non alienand. aut permittend.
reb. Eccles. §. 1. verb. numeranda, lat. in l. fin.
num. 12. C. de iur. emphiteo. Tiraquelant. 1. de re-
tract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 17. Ergo cum immo-
bilibus annuatiarentur, habentur pro immobilibus,
M 4 ac

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex constitutione census vi-
talis, vel perpetui redimibilis super iuribus Re-
galibus constituti? & numeris sequentibus, resol-
uitur negatiuè. n. 17. secundum praxim curren-
tem: debetur tamen de censu imposto super aliis
censibus particularibus, ut in n. 18.
- 2 Census redimibilis, vel ad vitam an possit consti-
tui, & de nouo fundari solum super aliis annuis
redditis, que llaman juros del Rey, o de par-
ticulares, & numeris sequentibus, resoluitur affir-
matiuè. n. 12.
- 3 Per emptionem census non emittit ipse fundus
super quo imponitur, nec dominium eius in em-
ptorem vili modo transfertur, sed tantum emittit
ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus
illius fundi, vsque ad quantitatem census, quo-
tannis solvendam.
- 4 Iura, & actiones, que competunt ad res immo-
biles immobilibus annuatiarentur, verius tamen est,
quod certam quandam bonorum differentiam
constituunt.
- 5 Emphyteosis constituti non possit super iuribus,
& actionibus competentibus ad res immobiles.
- 6 Motus proprius Pij Quinti super forma crean-
di census adducitur, & de eius intellectu agitur,
& in n. seqq. præcipue n. 12.
- 7 Retrahitur locum non habet in censibus, quibus
hodie vixit, quia reputantur bona mobilia.
- 8 Redditus super redditum constituti possit, licet
non supra censum nisi ut in n. 17.
- 9 Annus redditus inter mobilia computantur,
verum improprie, & large, ut in n. 8.
- 10 Annus redditus excusant a satisfactione, sicut
excusant bona mobilia.
- 11 Emphyteosis, vel feudum constituti possit super
annuis redditibus redimibilibus.
- 12 Gabella non debetur ex venditione officiorum pu-
blicorum Regiorum pretio facta, qua sunt renun-
ciabilia.
- 13 De cessante, & venditione iurium, & aliorum,
an debeatur gabella: remittitur.

ac per consequens super eis census constitui potest, iuxta verba motus proprii prænarata.

5 Nam si licet magis communis sententia sit, quod iura, & actiones, quæ competunt ad res immobilis, in immobilibus annuum tenent: nihilominus tamen veritas est contraria, imo, quod neque immobilibus bonis, aut immobilibus annuum tenent, sed tantum quandam bonorum differentiam constituant, ut dicebamus & probatur in *l. d. Dico Pio §. is conditione ff. de re iud. l. quam Tuberonis, §. in pecunia, ubi hoc amplius nomina debitorum ff. de verborum signific. Abb. in c. nulla n. 9. de reb. Eccl. non alienand. & infiniti, quos refert Tiraquel. ubi sup. n. 9. & Aymon. Graec. conf. 213. ad fin. quam & acceptam. & veriorum sententiam affirmat Arias Pinel. in rubr. C. de hys mater. in 2. par. n. 24. ubi latissime de hoc agendum testatus sum lib. 1. practica. in q. 146. n. 3. & est communis, & recepta, secundum Alvar. Valasc. dist. 9. 12. n. 10. Hinc probantem, emphyteosim constitui non posse super huiusmodi iuribus, & constitutorum esse invalidam, tum quia emphyteosis rem soli deservat, aut solo coherentem: tum etiam, quia dubia est doctrina, gloss. in dist. 1. cum similibus supra relata: Ergo ita in nostra specie videtur diciendum, quod cum annui redditus redimibiles, & ius percipiendi redditus non sint vere, & proprie res immobiles, nec pro talibus habeantur, sed tantum quantum bonorum speciem constituent, ut probabimus, constitui super eis solis, non valeat alius census. Nec decisio tex. in clement. exiui de paradi. §. cumque annui redditus, de verb. signific. extra suum casum extatenda est generaliter ad omnia. Deinde ad verba motus proprii supra relata, ubi, aut que pro immobilibus habeantur, respondendi potest, hoc debet intelligi iuxta mentem pontificis de re illa pro immobili habita, cuius dominium directum, vel saltem velle habeat, vultens annuum redditum in re illa, que pro immobili habetur, ut colligitur ex verbis precedentibus, nisi in re immobili: sed rei immobilis dominium, super qua census constitui potest, debet esse apud venditorem, ut patet: Ergo eodem modo, & rei, que pro immobili habetur ad hoc, ut super ea census constitui possit: Non enim Summus Pontifex ibi inquit, constitui, creative posse censum annuum super iure aliquo in re competente, sed super re immobili, vel que pro tali habeatur, cuius dominium sit penes venditorem.*

8 Secundo modo responderi potest ad verba motus proprii prænarata, quod quicquid annuus redditus inter immobilis computetur, ut in d. clement. exiui de paradi. §. cumque annui redditus: id tamen verum est improprie, & large: Proprie namque minime veniunt annui redditus appellacione mobilium, nec immobilium, sed constituntur quando tertia species bonorum, sicut iura, & actiones, ita Abb. in c. nulli, n. 10. de reb. Eccl. non alienand. & late alios allegans Tiraquel. de reb. §. 2. gloss. 6. n. 3. Pelaez, plures allegans, de maior. 1. par. q. 40. n. 13. & Matien. in l. 7. gloss. 1. n. 11. in l. 1. lib. 5. non collect. Reg. diximus d. q. 146. n. 3.

9 Quintimo census, quibus hodie vituntur, sunt proprie bona mobilia, ac proinde in eis non habet locum retractus iure sanguinis à consuetudine, vel legibus Regis alias concessis, ut per Mier. d. 7. 40. n. 12. & resoluimus cum aliis ubi supra n. 4.

Tertio modo responderi potest: quod etsi ve-

rum sit, annuus redditus huiusmodi inter bona immobilis commun erari solere, considerato presentis statu: tamen considerato redemptionis tempore, ea pecunia, quæ ex redemptione acquiritur, est mobilis, non vero immobilis, ut cum iudicio vere probavit D. Molina lib. 2. de his. primog. c. 10. n. 6. Ergo, hac consideratione observata, census annuus super alio censu annuo redimibilis constitutus firmus non remanebit, utpote iudice carens.

Secundo principalis hæc prima pars negatiua fundatur, ne alias dectur occasio fraudibus, in huiusmodi contractibus censuilibus, in quibus obcurantem suspicionem vicia, candor, & puritas contractus, proxi Summi Pontificibus permittus est, obicere omnino debet.

Et in terminis nostre quæstionis non ita fundet hanc partem tenet Callan in consuet. Dur. tit. de cens. lib. 2. rub. 1. §. 6. v. sic. in textu, ubi, contra le assignat. n. 5. col. 1. 4. 2. resoluens, quod licet census supra censum imponi non possit, tamen redditus supra redditum imponi potest. Primus tamen redditus prius soluitur quia prior est tempore, & ideo posterior est in iure, & in hypotheca: itaque pro consumto habet, censum supra censum imponi non posse: Secus autem dicitur esse in redditus. Quod vltimum in cum censum intelligo (ut ex subsequentiis eius verbis patet) scilicet, ut liceat plures redditus imponere super eisdem bonis diuersa temporibus, sed qui prior fuerit tempore præferatur posteriori: quod non pertinet ad nostram quæstionem. Sed clarius hanc partem negatiuam probat, & tenet Manuel Rodrig. de censib. super motu proprio Pij Quinti in primis conditione, dubia 2. ubi limitat, quando venditor census redimibilis obligat se ad iterum imponendum census: eandem opinionem negatiuam indistincte tenet, & probat D. Molina Theolog. in 2. tom. de iustitia, & iure, dispensatione 389. in clausula. 1. versio. etiam eadem ibi ad nouerim. col. 392.

Nihilominus tamen praxis consuetudinum huius Regni contrarium habet, nempe, ut census annuus redimibilis, vel ad vitam constitui possit, ut communiter constituitur super aliis censibus, annuis redimibilibus, vel iuribus Regis, quo etiam coadiunatur iure sequenti, fundam. tenet. Primo, & principaliter ex præd. motu proprio Pij Quinti in verbis præcitatis, ubi, nisi in re immobili, aut que pro immobili habeatur, quibus verbis congrue responderi minime potest, ne probet hanc partem, tunc anni redditus redimibiles inter immobilis computentur, ut Summus Pontifex prius decreuerat in dict. clement. exiui de paradi. §. cumque annui redditus, de verb. signific. cum similibus congeffis per D. Conar. lib. 3. v. v. res. c. 7. n. 2. v. 2. huius annui redditus, & latissime Pelaez de maior. 1. par. d. q. 40. n. 6. cum seq. Tiraq. plures citando, lib. 1. rub. §. 1. gloss. 4. n. 20. & latius lib. 2. §. 2. n. 18. & seq. Matien. in d. l. 7. §. 1. n. 18. tit. 1. 1. in l. 6. §. 1. n. 13. tit. 10. & in l. 2. gloss. 1. n. 9. n. 2. & 83. lib. 5. non collect. Reg. Aluar. Valasc. de emphy. q. 12. n. 5. Dida. Pérez in rub. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 28. col. 2. & pag. 29. col. 1. congeffimus alios lib. 2. pract. q. 146. n. 2. & iterum lib. 3. §. 3. n. 2. & 3. & post nos Felician. de Solis de censib. lib. 1. c. 7. fol. 75. Ergo si annui redditus redimibiles committantur inter immobilis, & in eorum constitutione vere venditor ius percipiendi redditus, & fructus rei immobilis agnoscens, cuius iuris dominium transfertur in emptorem secundum præsentem statum, qui attendendus est, pro re immobili computari merito debet.

debet, & haberi: Ergo haberi intentum, nec quod postea totum possint, curandum videtur, cum tempus constitutionis census inspicendum sit, sicuti apparet ex præd. motu proprio, dum præcipitur, ut in totum, vel pro parte percepta, aut instructa in totum, vel pro parte affecta, censum ad ratum petitis, & etiam posse pro eodem precio extingui.

14 Secundo t quoniam ita etiam videmus annuus redditus exulare à satisfactione, non secus ac immobilis, secundum omnes, in l. sciendum ff. qui satisf. cog. Tiraq. de retr. lib. 2. §. 1. §. 16. n. 6. Solis de censib. lib. 2. c. 1. n. 33. ubi alia huiusmodi congerit in favorem huius partis: quod procedit, quando huiusmodi redditus essent præstandi perpetui, vel saltem ad longum tempus, non vero ad modicum, puta novem annorum, ut ex gl. Afflic. & Tiraq. probat Dida. Pérez ubi sup. pag. 29. col. 1. dicens hunc intellectum esse memoria tradendam ad d. §. cumque annui redditus, qui tamen meo iudicio non caret distinctione.

15 Tertio, & fortiter pro hac parte facit, quoniam super his redditibus annuis celebrari potest emphyteosis, sicut & fundum, ut tradit Sombochius in §. feud. nom. 23. & 29. Tiraq. de retr. lib. 2. §. 6. gloss. 1. n. 10. quos refert Aluar. Valasc. d. q. 12. n. 6. licet eorum opinionem non probet, sed eam sequitur Solis ubi sup. d. lib. 2. de censib. cap. 5. n. 34. At Aluar. Valasc. eo non probat hanc partem, quia eam tenentes non recte argumentantur de feudo ad emphyteosim: nihilominus tamen fatetur, quod annui redditus habentur pro immobilibus. Ergo etiam si tenentur eius opinionem, consequitur annuus redditus imponi posse supra aliis annuis redditibus etiam redimibilibus: quod in terminis voluit, aut saltem præsupponit Ioan. Faber in §. ad. num. 8. in princip. iustit. de locat. & ex professo hanc partem tenent Petrus Follet. in pragmat. de censib. in verb. huiusmodi census super rebus, n. 49. & Solis de censib. lib. 2. d. c. 3. n. 32. cum seq. & n. 10. sic idem attentis verbis dict. motus proprii probat Lassart. de decim. vendit. c. 10. n. 42. & voluit etiam Girona de gabell. §. par. in princ. num. 39. & ita censum tenendum, præcipue quia ea que certam interpretationem habuerunt, minime sunt mutanda, l. mi. iure, ff. de legib. Et ita communiter quotidie census præd. constituantur super aliis censibus & iuribus Regis, & validi reputantur. Solet tamen pro maiori securitate, & cautela huiusmodi census constitui super aliis censibus, vel redditibus Regis, redimibilibus tradi tempore constitutionis emptori, & sic crediti instrumentum originale censuum, vel privilegiorum reddituum Regalium, supra quibus novus census constituitur, donec redimatur: sed quoniam hoc non fiat, nihilominus validus erit contractus.

16 Ad primam nunc quæstionem respondendo, videbatur ex præmissa decis. 2. q. debere gabellam ex constitutione census super aliis annuis redditibus, sine privatis, sine Regis ad vitam vel redimibilibus, cum venditor hæc fieri possit, & valeat, ac in praxi sit recepta pro valida.

17 Nihilominus tamen tantum ex huiusmodi venditione census ad vitam, vel perpetui redimibilis super redditibus Regis, hoc est subre iuros del Rey: praxis communis habet, ut non solatur gabella, secundum Lassart. d. c. 10. n. 43. Et ita se habet consuetudo, que est observanda, præmaxime cum introducta fuerit cum scientia, & patientia Regis, ut patet, & probat Giron. de gabell. §. par. in princ. n. 39. cum seq. ubi quod pro hac doctrina

exequorie passim obtinentur, præsertim in civitate Hispalensi. contra gabellarios gabellam de dictis iuribus Regis petentes, quando venduntur, vel super eis census imponitur. Cuius praxis ea est ratio, quia si quis habet ius aliquid perpetuum redimibile, aut temporale super iuribus Regalis, gabellis solis, aut alijs, val aliorum tributis constitutum, iuxta l. 9. §. 17. in princ. tit. 10. li. 5. non collect. Reg. quod: iura de heredit. iura de por. v. d. a, vulgo dicitur, & illud vendiderit certa pecunia ex permissione d. l. 17. ut videmus quotidie, quod antiqua praxis recepit, ut Regalis decima, hoc est, gabella ex ea non exigatur, ut affirmat Lassart. ubi sup. n. 76. itaque in his speciebus gabella non debetur, dicens in fin. d. c. 10. quod non est incipienda hæc praxis, sed observanda quidem, proæ quotidie observari videmus: sequitur etiam hæc partem D. Molina Theolog. in 2. to. de iustit. & iur. dist. 384. col. 8. §. in fin. ubi reddit etiam aliam rationem congruentem, & sequitur interprete præd. praxim communem in vtraque specie Azuced. in l. 1. n. 11. §. 116. tit. 17. hoc lib. 6.

18 Quod si annui redditus imponantur super alijs censibus, vel redditibus privatorum, vel si impositi super bonis immobilibus eorum cedantur pro pecunia, debetur procul dubio gabella, quia vera, & propria venditio est, non privilegia Aliam rationem differentie assignat, & probat Lassart. ubi sup. dist. n. 76.

19 Sic etiam videmus in praxi versari, ut ex officio tabellionatus, vel Decurionis, thesaurarij, commentariensis carcerum, depositarij generalis, & alij officiis publicis precio tenentibus, & venditis, nulla gabella debeat, ut probat Lassart. de decim. vendit. c. 9. n. 43. & ita se habet consuetudo, licet in puncto iuris contracta opinio sit vera. (secundum Humad. in d. l. 1. tit. 13. p. 1. gloss. 3. n. 11. Giron. de gabell. §. par. n. 34. cum seq. & Azuced. in l. 7. §. 8. n. 7. tit. 2. lib. 7. non collect. Reg. idem in l. 5. n. 9. & 10. tit. 17. hoc lib. 9.)

De cessione autem, & venditione incum, & actionum precio facta, an debeat gabella late agunt, & distinguunt Lassart. de decim. vendit. c. 9. n. 1. cum seq. & Azuced. in d. l. 3. n. 8. cum plurib. seq. tit. 17. hoc lib. 9.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeat ex censu emphyteosico, vel fundo in eum dato? & n. seq.
- 2 Dominium divellum, & vile transferri in recipientem censum in emphyteosi autem non, nisi vile tantum.
- 3 Clausula contrarium census, quod venditor retineat in se dominium rei vendite ab imperiis tabellionum processit ignorantium contractuum naturam, & discrimina.
- 4 Reservatio domini divelli, quoad est hypotheca non quidem communis, sed cum qualitate habens, ut super eo fundo iure cuiusdam servitutis annuus reddatur sit constitutus.
- 5 Gabella non debetur ex cessione emphyteosico, contrarium n. 5. cum seq. resolvitur n. 13.
- 6 Pretium ad credendum interuenit in contractu emphyteosico solvendum in tempus, quo recipientis emphyteosim voluerit pro redemptione pensionis & n. 6.
- 7 Pensio redimibilis acquiparatur pretio numerato atque idem est, ut hic.

- 8 Laudemium ex contractu emphyteutico statim datur.
- 9 Permutatio æquipollet venditioni, cum profunco datur alius fundus, imo verus est contractualis venditio, & gabella ex eo debetur.
- 10 Emphyteusis contractus quando potius census imperpetuum censetur, quam emphyteusis.
- 11 Emphyteusis in contractu duo contractus sub unius nomine contingunt, secundum Couar. et hic, sed contra n. 19. & 20.
- 12 Emptio, & venditio sine pretio non dicitur.
- 13 Emphyteusis contractualis non est conditionalis, sed in eo reservatur venditionis vis in tempore redemptionis emphyteusis.
- 14 Gabella non debetur ex venditione, in qua pascitur, ne ex ea dominium ad emptorem transferatur: si ut si alia vasa veniant, abique pasc. palle. §. de vi in n. 27.
- 15 Gabella debetur ex contractu emphyteusis in fructum gabella celebrato.
- 16 Gabella debetur ex pretio fundi æstimati dari, quando pro predicto æstimato reditus redimibilis, inponitur ad rationem quatuordecim, quia æstimatio in dubio facit emptionem.
- 17 Gabella non debetur ex fundo concesso ad censum perpetuum nullo tempore redimibilem: nisi postea vere, & realiter ex mutuo pariter concessio data pecunia redimatur, quod si tunc fundus postea domino reddatur, utique a quo pretio, gabella non debetur.
- 18 Gabella debetur, quando in emphyteoticum venditur, sine proprietate ipsius cuiusque altero.

QUESTIO LVIII.

An ex censu emphyteotico, vel fundo in eum dato debeatur gabella?

Varo denique an ex contractu census reservati debetur gabella? nempe, cum fundus meus do sibi ad censum annuum emphyteoticum redimibilem certa quantitate mihi quotannis solvenda, ita, ut quotiescumque dederis mihi tam pecuniam, quam voluit annuus reddere in fundo isto reservatus ad rationem unius pro quatuordecim, vel plus iuxta moderationem l. 6. tit. 1. §. lib. 5. non. coll. Reg. redemptus sit. & fundus ipse liber apud te maneat ab onere predicti census?

Et gabella non debetur ex hoc contractu, eo comprobari potest fundamentum: quia ideo ex contractu censuali consignati gabella debet, quia dominium rei tam directum, quam utile in recipientem transferitur: in emphyteosim autem non nisi utile tantum directum namque apud concedentem manet iuxta gl. in c. consuetud. verbo iuxta ratam in ff. de relig. domib. quam sequuntur DD. communiter esse Abb. ibidem n. 20. l. 1. §. 1. n. 39. de iur. emb. & resoluunt l. l. Clar. l. 4. recep. sen. §. emphyteusis. §. 1. Ant. Gom. & Palat. Rub. in l. 68. Tom. n. 1. & alij passim notant, secundum Lassat. de decem. vendit. n. 10. n. 45. & Alua. Valde. de emphyteos. §. 2. n. 7.

Nec quicquam obicit, si dicatur, quod in contractu censuali expresse venditor excipiat sibi, ac retineat dominium directum rei vendite, donec pretium convenit solvatur: hæc namque clausula ab inoperta gellationem, contractum naturam, & distinctam ignorantium processit. Et tamen in

hac specie retractatio domini directi, quedam est hypotheca, non quidem communis, sed tam qualitate habita, ut ipsæ eo fundo iure cuiusdam servitutis annuis redditus sit constitutus ut probat D. Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. n. 3. Nihilominus tamen ex concessione emphyteosim gabella non debetur, quia non transferitur dominium directum in recipientem, sed reletur in concedente, ut aduersus Menchacilib. §. de usuc. creat. §. 2. d. n. 28. secundum impessionem Salmantini. bene probat Lassat. n. 42. §. c. 1. n. 5. Nec obstat l. 10. ibi. Emphyteusis, c. 17. hoc it. 9. non. collat. Reg. quia loquitur de contractu censuali, non veto de emphyteosim secundum Lassat. d. c. 1. n. 4. Couar. autem ubi supra loquitur in merito contractu censu.

Rursus, quod gabella debeatur de præd. contractu, de quo in capite huius questionis faciunt sequentia:

1. *Præterea, perque in esset censos emphyteoticos redimibiles, auctus parere que non videtur, ni se de precio por ellos, sino hacienda rayz, que da el señor de ella por certarvenia de censo, o pensio vendible, que se ha de pagar en cada un año mientras no se redimiere, y quitare por el que recibe a censo emphyteusis la tal hacienda. Pero en efecto, y en realidad, de verdad dicitur considerado, principalmente desde su creación, y principio interueniente precio concertado, fundo para quando el que la recibe quisiera redimir, y quitar el dicho censo, o pensio, pues la pone por condición, que cada, y quando, que el quisiera la pueda hacer, dando, y pagando al que se la concede el precio de la dicha pensio, o censo, que esta razon de a catorze mil maravedis el millar, y a más: y en el interin, que no se haze, o se dilata es, se paga la dicha pensio, y o censo: la qual parece es evidente que se da en lugar del precio, porque dando le el precio, cessa la pensio. Luego el fin del contrato es el precio. T. así el que esta obligado a pensio, o censo redimible por precio cierto, y concertado en efecto ex vito estar obligado al precio, y suerto principal, con que se ha de redimir, con facultad de dilatar la paga del precio, en tanto que quisiera mas pagar la pensio, o redito: y no es obligacion precisa a la pensio. Pnes luego que me da mas vender el fundo por cierto precio concertado al principio, y en la misma escritura de venta darle el dicho precio a censo redimible sobre el mismo fundo, de que es cierto se deve alcanzar, ut questione proxime sequenti dicemus, o darle a pensio, o censo redimible por tal precio: todo parece una misma cosa, y en la substancia alomeno no ay diferencia, aunque la aya en las palabras, pues las unas, y las otras tienden a un mismo fin.*

Lo segundo, por que no obsta decir, que en tanto que no esta redimido el censo, o pensio, no se puede llamar venta, de pacto, & promissio de vendendo: quia ad hoc respondetur, iustitiam esse conventum de pretio certo solvendo pro redemptione census, vel pensiois, ut in primi. insit. de emp. & vendit. cum similib. Est enim pactum de vendendo certum, & formale cum loci conditionibus de pacti solutione pretij collata in tempus voluntate recipientis emphyteosim, cum onere solvendi interin certam pensioem, vel redditum, vel solutio pretij fiat statim, vel postea non est de substantia contractus emptionis, & venditionis, siquidem differri potest ad tempus inter partes conventam, & haberi siles de pretio, prout fuit habita,

habita, & res sub hoc pacto tradita, non enim pretij numeratio, sed conventio perficit sine scriptis habitam emptionem, l. 2. versic. non autem, ff. de contrah. empt.

Nec obstat si dicatur, quod pretium in proposito non datur, nec soluitur pro re seu fundo, aut prædico in emphyteosim concessio, sed pro pensioe, vel censu, qui redimitur, & quod ita solvenda sit gabella saltem quando fit redemptio: quia respondemus, hoc procedere posse in censibus, qui in sui principio fuerunt clausi, & non redimibiles, vel si redimibiles, non tamen certo pretio de pacto, nec signato. In his namque pensio ab initio venit principaliter in contractu propter se, & per prius, non vero loco solutionis pretij conventi, quia tunc non aderat locus quando ab initio conceditur fundus ad pensioem redimibilem, certo pretio signato, tunc namque fundus ille datur, & conceditur principaliter eo pretio, quo redimi potest, quamvis secundario solvatur pensio, & id, quod interest interin, quod pretium non soluitur, & ab initio fit venditio illo pretio.

Pensio enim redimibilis æquiparatur pretio numerato, ac idem est, quod solvere pecuniam pro fundo illo, siue prædico: ideoque retrahi potest solutione pretij, licet pensio non solvatur, nec de ea caueatur, quia ea non erat præfisa, sed resolubilis, & voluntaria ut per Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. §. 2. n. 5. 4. Quod si non esset venditio, sed contractus promissionis de vendendo, in futurum non posset retrahi, quousque venditio ipsa celebraretur. Ergo cum statim possit retrahi, necessarium fatendum esse venditionem. Sic etiam in hac causa in specie terminus nonem dicitur a nostris l. Regis concessus, statim incipit currere, si credimus D. Couar. hoc latissime probanti lib. 3. varia. resol. c. 1. in princ. ibi, sic, & eadem quando proponitur, iunctio n. 5. cum §. 1. §. 2.

Tercio principaliter eadem pars comprobari videtur ex eo, quia in præmissa specie laudemium statim debetur quod quidem pari passu ambulare videtur cum gabella, ut probat Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 58. n. 9. & 26. Ergo statim est venditio.

Quarto, quia permutatio æquipollet venditioni cum pro fundo datur alius fundus æstimatus, imo verus est contractus venditionis, ut voluit gl. l. 1. in verbo taxa, & ibi Doctores, C. de verum permut. Paul. de Caltr. in l. 1. col. 2. in vers. adhuc oppono, ff. de rem. in. Tiraquel. de retr. ad dign. §. 1. glo. 1. n. 49. ubi ex hoc inferunt, quod stante statuto, quod de contractu venditionis solvatur gabella, solvatur de huiusmodi permutacionibus, sequitur Dec. cons. 60. in casu monasterij, col. 2. & Ludovic. Bologn. cons. 2. stat. statum, & cons. 25. in amplissimo. Æstimatio namque regulariter, & in dubio facit venditionem vel late probat Tiraquel. ubi supra n. 20. & nos quoque cons. 17. n. 19. Luego lo mismo se ha de decir quando se da por el fundo una pensio, censo redimible, y preciado en cierto precio, pues por la misma razon es venta, & proxime, quia intelligitur, atque censetur, pensioem esse impositam, & constitutam ab emptore, qui singitur emphyteora loco pretij, ut in proposito præfistim, si pensio prædictæ, vel census redimibilis impositus sit etiam super aliis bonis emptoris,

10 vel si pensio non sit commentata fructibus, & redditibus ipsius fundi, qui in emphyteosim dicitur concessio, quia tunc potius census impositus quam emphyteosim censetur: vel etiam si dans fundum suum in emphyteosim, eum prius ve-

nalem exposuerat, ex quo fraud, & simulatio colligitur in contractu emphyteotico postea subséquuto, ex traditi per Tiraquel. de retr. ad dign. glo. 1. §. 4. n. 2. cum sequent. Ergo gabella ex eo debetur.

Quinto, & ultimo, hæc pars coadiunatur satis ex eo, quod si aliud ætenuis, mille fraudibus quotidie locus daretur, non enim fundus aliquis venderetur, sed in emphyteosim concederetur, sub pensioe, vel censu annuo redimibili in fructum gabellæ, quia postea in occulto pensio redimere.

Et in terminis, quod ex contractu prædicto emphyteosim, & census redimibilis reservati debeatur gabella, pro constituto habet Auendann. respos. 26. per totum, siquidem in specie nostre questionis principalis querit, cui ex gabellariis debeatur gabella, an gabellario anni, quo inicit, & celebratur hic contractus, vel illius anni quo solvitur pecunia pro redimendo censu: Et adductis hinc inde, pro utroque gabellario fundamentis, concludit, & resolvit in favorem gabellarij existentis tempore contractus, contra gabellarium tempore redemptionis census: Et cum hac resolutione Auendann. interin transit Lassat. de off. cap. 10. n. 55. nempe ex eo contractu gabellam deberi ex redemptione prædicti census, ex qua illius iuris venditio fieri videtur eo pretio: licet adhuc n. 70. aliter sentiat, nempe nullam venditionem hic intervenire, sed nudum pactum de præstando censum redimibilem rei traditione vestitum, neque ex redemptione, aut redimendi pacto contractum venditionis resultare: Sed & opinionem Agend. latissime vidi comprobam ex suprad. & aliis fundamentis a quodam Iurisco. consulto graulissimo huius Regni in suis scriptis privatis in tractat. de gabellis ab eo composito non inpregro, nulla mentione facta Auendanni.

Quinimo si ad opinionem D. Couar. lib. 3. 12. var. resol. cap. 1. n. 6. versic. quia ratio attendamus, in hac datione fundi in censum redimibilem iuxta speciem propositam, duo contractus sub unius nomine contingunt emptionis, & venditionis: primus ipsius fundi pro pretio, & pecunia, per quam census redimi debet, & potest: aliter census constituitur, iuxta ipsius pretij quantitatem ad rationem unius pro quatuordecim cum pacto redimendi, atque hic videtur à priori distinguitur, cum in eo sit ille venditor, qui in priori nomen emptionis habet. Censet enim Episcopus ibidem n. 6. versic. 2. quod in hac specie contractus statim fuit pretium solutum ipso die contractus, cum loco pretij fuerit constitutus annuus redditus: fingitur enim vno acta pretium solutum fuisse venditori, eundemque venditorem id pretium de illo emptori pro annuo reddito redimibili: argumento l. certi conditio §. si numas, & §. vltim. cum l. sequenti, & l. singularia, ff. si cert. pera. Que si vera essent, indicant satis in nostra principali questione, non vnam tantum deberi gabellam ex præd. contractu census reservati, sed imo duplicem, prima à dante fundum sub annua pensioe, altera à recipiente, propter secundam venditionem, hoc est census. Quid tenendum?

Profecto præcis in ploribus istius Regni locis iam diu observari a habet, ut vnicuique gabella tantum ex præd. contractu debeatur, quasi vnicuique tantum venditio contrahatur à venditore fundi solvenda, non vero ab illo, qui fundum sic recipit, exercetum

ex eam illa gabella non soluitur eo tempore, quo res in censuratur, nec illius tempore gabellatio, ut alius censet Aencid. sed eo potius tempore, quo census redimatur, illicque gabellatio, qui illius tunc temporis gabellas condiderit: à qua quidem praxi tunc non est recedendum, ut vitiumque refert, & probat Lassart. d. cap. 10. n. 3. cum sequitur, precipue n. 57. ubi quod ita se habet communis praxis diu obseruata, & ab ea non esse recedendum: & iterum n. 66. quem sequitur D. Molin. Theolog. ubi supra, column. 835. in vers. idem Lassart. ubi quod hæc consuetudo non tanquam legitima legum interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tanquam ipsissima rei veritas, ut statim in vers. sequenti eam late iure probat: Eandem sententiam sequitur, & probat late Girond. de gabell. 5. part. 5. quæst. 22. cum sequentibus ubi dicit, esse receptam in praxi, & nunquam de hoc in ea se dubitatione vidisse: quia in hoc contractu non interuenit pretium, sed tantum rei traditio facta à vero domino in emphyteotam quo non solente pensionem ultra tricenarium, res incidit in censuram, & reuertitur ad dominum directum, l. 2. C. de sur. emphyteot. cap. spiritus, cum materia de locat. secundum Aencidann. respon. 1. 2. n. 5. Et cum non interueniat pretium, non dicitur census nec venditio, text. in prin. & in 5. pretium in fin. de reuoc. & venditio. l. 2. ff. de contrahen. emtion. Antoo. Gomez in 2. tom. v. res. resolut. 2. n. 1. l. i. tit. 5. part. 5. ubi Greg. Lopez in gloss. d. 9. cod. tit. Ergo cum non fiat statim census, non debetur statim gabella: sed tunc demum cum census annuus, vel pensio redimitur gabellario illius temporis, quia tunc re vera venditio fundi celebratur. Eandem etiam opinionem sequitur Azenel. in d. d. l. 1. n. 103. cum sequitur. 17. hoc lib. 9. & nouissime Gaspar. Roderic. de annuis reddit. 2. quæst. 2. n. 28. cum seq.

15 Non enim contractus hic est conditionalis, ut censetur Lassart. d. l. cap. 10. n. 63. & ideo cessat difficultas illa retroactionis ad tempus contractus, sed in eo referatur venditionis vis in tempore redemptionis emphyteotæ: & ita consilium apponitur in iustitamento huius contractus verba illa: T cada y quando que diendes, y pagades el principal del conso, a raz en de atanos mil mur ane de el millar, y sea obligado a lo recibir y pagar vos escurra de redempcion, y venta real en forma, ut bene considerauit Girond.

Confirmatur etiam hæc sententia & praxis ex decisione notabili, l. cum mansara in fine, ff. de contrahen. emtion. ubi necesse potest videri rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ut ad emtorē transferat. Et quo inferitur in casu illius tex. gabellam non deberi, ut probauit Lassarte de decim. vendit. c. 2. in fin. & quod de contractu non translatio domini gabella non debetur, sed de translatio tantum, probat Flom. de gabell. 8. part. 5. membro, num. 67. ad fin. Idem in laudemio Peguora de fruct. in sua repetitio. n. 98. fol. 127. intellige, quando ex natura contractus vel pacto contrahentium non transferatur dominium: scilicet si alias valeat venditio, licet non transferatur dominium, transferatur tamen vti capiendi conditio, ut contingit in venditione, rei alienæ iuxta ea, que resoluimus supra q. 15. cum 2. cum seq. Ergo et in hoc, de quo agimus, contractus expresse agitur, quod dominium directum fundi in annuum censum redimibilem datur, remaneat penes concedentem, vtile vero transferatur in recipientem, pretio non

videtur, sed sub annuo censo, vel pensione redimibili conceditur pro fructibus emtionis fundi, quibus recipiens seui debet, & vis venditionis consistit in tempore redemptionis: non igitur debetur gabella, quousque redemptio fiat, quia tunc verum est, venditionem pretio fieri, non vero tempore concessiois fundi in emphyteotam, quia tunc nullum pretium interuenit. Et licet redemptio pactum tunc adsit, non tamen ea redemptio statim fit, sed tempore quo recipiens voluerit soluere pretium census, vel pensionis redimibilis: quousque ergo illud non soluat, venditio fundi non fit, quod si nunquam redimatur, nunquam erit venditio. Pensio autem, vel census interim soluendus pro fructibus, vel redditu d. fundi solui debet, non vero est pretium fundi: Et quod in casu d. l. cum mansara, ff. de contrahen. emtion. non fit proprie venditio, & non soluitur gabella ex eo contractu, statim statim, quod de quolibet contractu soluitur gabella, tenet Alex. in addition. ad Bart. in corpore l. l. v. a. i. d. d. Bart. in l. Sancimus, la prima in fin. C. de censu. lib. 12. Et cum his remanet laus factum fundamenti contrarius supra adductis, modo abste fructus contra gabellam, & que frans in dubio non præsumitur nisi probetur: ea tamen probata, & debetur gabella, ita Gaspar. Roderic. ubi supra, n. 31.

Negue verum est, quod dixit Conar. supra 19 citatus, nempe in nostra specie duos contractus sub vnius nomine contineri, sed contingere emtionem, & venditionem: primum ipsius fundi pro pretio, & penonia per quam census redim debet, & potest: alterum census constituti, iuxta ipsius pretij quantitatem ad rationem vnius pro 14. cum pacto redimendi, &c. Si quidem vnus contractus tantum vti usque rei simul vno contextu, & rationis spiritus in præmissa specie celebratur, ut late probat Lassart. d. l. cap. 10. n. 48. & 49. ubi dicitur Gaspar. probat esse verissimum, nullam venditionem contrahi in præd. casu de quo agimus, nec fundi dari neque census constituti: Illi enim ea consuetio pactum quoddam rei traditione vestitum, ad quod præscripti verbis actio datur, iuxta l. fin. C. de rerum permutat. ex quo gabella non debetur, ut probat ipse Lassart. d. l. cap. 10. n. 36. & 52. cum sequitur. Ergo nullo modo duplex gabella deberi potest ex eo, sed vnica tantum, & hæc cum redemptio census facta fuerit, & gabellatio eius temporis non vero existenti tempore contractus, ut resoluimus cum præcitatatis actoribus.

Præterquam (Secundum Lassart. ubi supra n. 40 47. & Gaspar. Rodrig. ubi supra, n. 30.) quando partes ita expresse contraxerunt, ut primum fundi venditione facerent certo pretio statuto, ac deinde ex pretio illo censum constituerent, siue in eadem scriptura, siue in diuersis, eo quod vete aperteque eo casu partes voluerint duos contractus efficere, tunc namque recte, & procul dubio sententia Conar. procedet, ac proinde duplex gabella debetur, nempe ab vtroque venditore, & probat late Molin. Theolog. in 2. tom. de iust. & iure d. l. p. 1. n. 82. column. 831. in vers. primus est vbi in hac specie tria obleruat, que apud ipsam sunt videnda, non enim oportuna sunt rei de qua agimus, nisi primum nempe, quod in hac vltima specie census non est reseruatius, sed configuratus, ut ibi declarat. Item videtur dici non per Gaspar. Roderic. ubi supra n. 30. si fundus datur redimibilem, & pro estimatione redditus redimibilis imponitur ad rationem quatuordecim, nam estimatio

matio in dubio facit emptionem, iuxta l. quousque vnus materia. C. de iur. do. Superioritate hunc vers. præterquam dicta, procedunt, quando fundus conceditur sub annua pensione redimibili. Secus est, si concedatur ad censum perpetuum nullo tempore redimibilem, tunc enim nulla ex eo contractu vnquam gabella debetur nostro iure, nisi forte postea vete, & realiter ex motu partium consensu census ille data pecunia redimatur, quia tunc vera venditio erit, gabellaque debetur, ut constat: & in terminis tenet Lassart. d. l. cap. 10. n. 56. ubi num. 75. quod si postea rem illam domino census reddam, nulla gabella debetur, sequitur verumque Azenel. in l. 1. num. 107. tit. 17. hoc lib. 9. Molin. Theolog. ubi supra, col. 837. in vers. ex dictis.

33 Similiter gabella debetur, quando ius emphyteoticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuiuscunque alteri, quantum id est vera venditio, non vero contractus emphyteoticus, ex quo gabella non debetur, ut per Lassart. de decim. vendit. cap. 1. n. 22. & recte aduersus Mench. secundum D. Molin. Theolog. de iust. & iure, 2. tom. d. l. p. 1. col. 1318. in vers. quando ius emphyteoticum.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo reddito? & numero seq. resoluatur num. 4. cum seq.
- 2 Contrahitur duo oriuntur ex vno eodemque facto, quando sunt incompatibiles: aliter secus.
- 3 Vna eademque res non debet diuerso iure censeri, nisi diuersis respectibus, ut bico.
- 4 Emptio, & venditio pura perfecta est fundi, quoties pro eo datur pecunia, & annuus redditus, & statim gabella pecunia solum debetur, & postea ex redemptione annui redditus, ut in n. 6.
- 5 Permutatio est, quoties fundus datur pro alia re que non est pretium, & pro annua pensione, atque ideo ex eo contractu duplex gabella debetur, ut bico.

QVÆSTIO. LIX.

An debeatur gabella ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo reddito?

Quæro modo opportune citæ præmissa, si fundus ita datur, ut præsentem aliquam pecuniam, vel in tempore soluat, & insuper annuus aliquis redditus præstetur, ut singit Antonius Gomez in l. 68. Tau. numer. 2. versicel. quidam est censurarius: an ex hoc contractu aliqua statim gabella debeatur?

Et quidem in hac questione videtur resoluendum, ut inspicitur, quod præuoluit, & principalis est, & inde iudicatur contractus, ut in simili supra resoluimus questione 30. num. 8. Itaque in nostra questione, si annuus census, sub quo concessus fuit fundus, præualeat pecunie, que pro pretio eiusdem fundi, etiam datur, iudicatur contractus emphyteoticus, & ex eo gabella non soluitur: si vero pecunia præualeat censui, erit venditio, et eaque gabella debetur, ut deducitur ex obleruatio

Fabro in 5. adeo n. 12. instituta de locat. in vers. scilicet, quid dicit, & Tiracuello de retratu lignag. §. 33. gloss. 1. n. 1. Sed quando pecunia data pro fundo, simul cum annuo reddito effect notabilis, & sic præualeat censui, ex ea tantum pecunia videtur soluenda gabella, non vero ex censu: separati enim tunc videntur hi contractus, & quia licet, 2. Bartol. l. 2. in principio, n. 2. ff. si certum quaeratur, dicat, ex vno eodemque facto non diui duas species contractus hoc verum est, secundum Paul. de Castro, & Alex. ubi, quando sunt incompatibiles, alius secus & notat additio Bart. ubi supra n. 1. & est communis secundum Cur. ibi n. 4.

Non est etiam obleruandum, quod vna eademque res non debet diuerso iure censeri, ut in l. cum qui ades cum sim. ff. de vscapion. quia hoc non procedit, vbi curque diuersa ratio datur, & militat in vna parte, quam in alia, ut in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2. Abb. in c. cum in fin. de decim. sicut videmus, quod vna eademque res diuersis respectibus potest etiam diuerso iure censeri, ut supra diximus alia questione.

Nilominus tamen profecta huius questionis resolutione duo sunt hic obleruanda. Primum, vere eo casu perfectam, puramque fundi venditionem contrahi à principio, est enim pecuniarium pretium, iuxta l. naturalis, §. C. si quidem, ff. de præscript. verbis, quantum si solum pactum de præstando reddito interuenisset, emptio, & venditio non foret: ex dictis in questione præcedente, & argument. text. in l. tenetur, §. 1. ff. de action. empti, ubi si pecunia interueniat simul cum pacto, venditio est: quod si solum pactum sit, venditio non contrahitur, atque ita, qui prædict. modo rem in censum dat, eam vendere ait lat. in l. prima, numero 43. C. de iur. emphyteot. & est planissimum, & indubitabile, ita ut à principio, & statim, ac res in censum datur gabella debetur non minus, quam si simpliciter sola pecunia venderetur, secundum Lassart. de decim. venditio. cap. 10. numero 73. ubi num. 74. ubi, sic ergo: loquitur idem probans, quando fundus valens quingentis aureis venditur pro centum statim in pecunia numerata soluendis: & insuper eo casu, ut censum viginti & octo aureorum mihi præstares cum redimendi facultate: datis mihi quatuorcentis cum vobis. Statim namque ex tempore conventionis soluenda est decima centum aureorum duntaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res eo censu onerata venierit, non plus valuit. Ceterum si emptor postea censum redimatur, datis quatuorcentis aureis, quoque ex illis debebo eo tempore, quasi his etiam fundum meum videret vendidisse, sequitur Molin. Theolog. d. l. 2. tomo de iustitia, & iure, d. l. p. 1. column. 832. in versicel. quando ubi addit.

Quod si permutatio admisceatur, ut quia tradetur prædictum pro alia re, que non est pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, que simul cum annua pensione, daretur pro prædico, debetur vna gabella, & alia gabella ex valore prædij, quatenus præcise responderet, non quidem pensionis, sed rei illi, que vnam cum pensione daretur.

Secundo, obleruandum erit in illa eadem specie, gabellam soluendam esse, ex sola pecunia conuenta, non etiam ex estimatione prædij de censu in annum soluendo, ut dicebantur, quia illa solum pecunia pretium est in ea venditione: pactum

patum vero de præstando reddendum non est pars pretij, nec illud auget, sed potius est omnis quoddam reale, quod rem ipsam venditam dimittit: At postea censu redempto ex illo pretio à fundi domino gabella debebitur, ut recte probauit Lassart. dist. cap. 10. numer. 74. Et hæc vitima gabella debebitur gabellario existenti tempore redemptionis census, ut resoluimus in questione precedenti, nisi hic propter adiectionem pretij in pecunia numerata statim solvendi, iunctis aliis coniecturis, fraus præsumeretur contra gabellam: tunc namque tempore contractus celebrati totius contractus gabella debebitur, de qua se latius agemus infra alia questione.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex cessione rei emptæ, vel alias acquisita eodem pretio facta? & si licet.
2 Venditio ex remissione pretij potius indicabitur in dubio quam locatio.
3 Cessio rei tantum in alterum facta, quæ contractus sit indicanda? n. 1. & 2.
4 Gabella, vel quantum patrono fendi, an debeatur ex cessione alteri facta cum declaratione, quod pro illo emerit, & de eius mandato, cum tamen simpliciter prius emerit, vel nomine proprio? & numerus sequentibus distinguitur plures casus, eademque distinctio in gabella seruatur, ut in num. 8.
5 Gabella non debetur ex cessione, quando est exsequutio, siue exercitium prioris contractus: secus aliter, ut hic.
6 Gabella non debetur ex cessione, aut venditione iurium.
7 Gabella an debeatur ex cessione in iudicio facta in causis exsequutionis per licitacionem in fauorem actoris, qui exsequutionem petiit?

Q V Æ S T I O L X.

An ex cessione rei emptæ, vel alias acquisitæ eodem pretio facta, debeatur gabella?

- 1 Gabellam non deberi in hac questione ex prædicta cessione videtur probari, ac deduci ex l. 1. & 2. tit. 17. hoc libr. 9. noua collect. Reg. siquidem tantum decidunt ex venditione, & permutatione gabellam deberi, non veto ex cessione.
Nihilominus tamen pro huius questionis cognitione censuo, cessionem esse regulandam iuxta eius causam: tot enim sunt causæ cessionis, quot alienationis, secundum Speculatur in tit. de cession. actio. §. 1. in fine: Ideoque si cello pretio facta fuerit, dicitur facta causa venditionis, l. fin. c. de prædell. Deur. lib. 10. ac promide ex ea debebitur gabella, per dist. l. 1. etiam in dubio, an sit contractus emptionis vel locationis,
2 quia ex nominatione pretij indicabitur potius venditio, quam locatio, iuxta glossam, verbo intelligi, & Ioan. de Platea in dist. l. fin. Cum enim sit mentio pretij, cello est venditio Paul. Castrensi. cons. 90. si quis in glo. in l. Cessum §. si cum legitima, verb. pretio accepto, ff. de delict. accori. Ne palastius de pignor. par. 5. membra. 1. n. 24. est communis sententia, ut patet ex Gironda de gabella. 1. par. num. 14.

Quod si cello facta fuerit speciei pro altera specie, erit permutatio, duplexque gabella ex ea debebitur iuxta dispositionem d. l. 2. 1.

Quod si cello non ex causa venditionis, nec permutationis fiat, sed gratuito, est donatio, vel simplex cello, ex qua gabella non debetur: idem erit dicendum ex cessione ex aliis causis facta non sapientibus, nec efficientibus venditionem, aut permutationem.

Hæc tamen cum nulla mentio tertij, cui cello sit, facta fuerit in prima acquisitione, vel etiam in ipsa cessione recte procedunt, & obseruanda erunt.

Sed quid erit dicendum obiecto, cum Titius emit fundum simpliciter, vel nomine suo, deinde illud tradidit, & cello Cajo recepto eodem pretio, declarando tamen, quod emerit ex mandato Caji? & ad eius commodum, & utilitatem, & quod si tradidit agnoscendo bonam fidem ex causa mandati, an ex hac cessione debeatur gabella, sicut ex prima venditione?

Hanc questionem in similibus terminis, nempe in quinto debito patrono fendi decidit Carol. Molin. in consuetudina. Parisiensi. tit. 1. §. 23. quæst. 5. num. 1. & omnia disputatione resoluit, quod ex quo constat bis interuenisse pretij numerationem, & translationem de persona in personam, patronus habet fundam suam intentionem in duplici venditione, & sic potest exigere duo quinta, vel ex vltima venditione retrahere: Neque obstat protestatio, seu declaratio Titij, tunc quia facta est ex intervallo post ius semel questum ex prima venditione, & à persona suspecta, & subsistente materia fraudis, aut simulationis pretextu agnitionis bonæ, & debite fidei: tum quia sit vera, & libera venditio.

Illam conclusionem dupliciter limitat Carolus Molineus vbi supra. Primo, si per instrumentum authenticum, vel alias per legitimam probationem appareat de precedenti mandato Titij ad emendum dictum fendum pro Cajo, vel nomine Caji, quia tunc quamvis Titius emerit de sua propria pecunia, deinde restituit Cajo tantam pecuniam reddenti, tamen in effecta non est nisi vnica venditio, nec restitutio rei, quam Titius fecit Cajo, est venditio, sed liberatio debite fidei, siue in pementum, & satisfactio suscepti mandati, & sic non debebitur quintum pretij, nisi semel.

Secundo tamen limitat precedentem conclusionem Carol. Molin. quando à principio Titius emerit nomine Caji quia tunc, quamvis de pecunia propria, & non aliter appareat de precedenti mandato, constat tamen, quod non est nisi vnica venditio, & quod restitutio sequens non est mutatio fendi, sed restitutio rei veto suo domino.

Quod si Titius emit nomine proprio, vel simpliciter, & postea declarat, se emisse nomine Caji, & de eius pecunia, neque appareat de aliqua secunda numeratione pretij, nec etiam de precedenti mandato, ex hac restitutio, & declaratione non habebit Patronus intentionem fundam in aliquo, nisi sint alie coniecturæ fraudis, vel potius simulatio: Si enim in continenti, seu ex modico intervallo, & re alias integra, fiat huiusmodi declaratio, non præsumitur in huiusmodi declaratione aliqua simulatio, sed potius primam venditionem nomine de commo-datario esse factam, siueque Patronum debere contentari vnico quinto, nisi aliud probare ipse vellet: quod facere poterit, tam ex qualitate personarum,

personarum, quam ceteris circumstantiis facti, si que prudentis iudicis arbitrio satisfeciant. Si vero Titius aliquot annis possedit nomine proprio, tanquam dominus, & forte tanquam vassalus fuerit in celtus, tunc ista, aut similia satis erunt ad præsumendam dictam declarationem simulatam in fraudem iniuriam patroni, etiam alio non probato: non tamen præsumitur: secunda venditio ex quo non constat de aliquo pretio, vel non obliuibus loco pretij datus, vel remissis, sed erit donatio, vel aliud mutationis genus, & sic ultra quintum pretij dictæ venditionis debebitur releuium pro mutatione postea sequuta, hæc tenet Carolus Molin. vbi supra.

8 Erat igitur idem resoluendum in nostra questione de gabella, quod in illa Carolus Molineus de quinto, ut in quibus casibus hoc debet resoluendum Molineus ex cessione, in eisdem gabella quoque ex ea cessione debeatur, & contra, ut in terminis gabellæ ex supra dictis tenet, & probat Lassart de decima venditionis, cap. 1. numer. 1. quem sequentibus. Nec vim facio, quo ad debitum gabellæ, quod pretium bis numeraretur in prædicta specie sufficere enim, quod cello sit eodem pretio, quo prima venditio celebrata fuit, siue bis numeratum fuerit, siue semel tantum, vt pote, quia nondum primum erat solutum, sed habita fides de eo, quando cello facta fuit, dummodo cello facta sit pretio eo casu, quo ex ea debet gabellam probauimus.

9 In summa, quando cello est exsequutio, siue exercitium prioris contractus venditionis, ut quando procurator credit domino, non debetur ex hac cessione gabella, (obseruatis tamen circa hoc, quæ ex Carolo Molineo modo præmissimus:) Si veto cello non oriatur ex priori contractu, sed de per se stat, & pretio sit, siue eodem, siue diuerso, noua gabella ex tali cessione debetur, ut ex Baldo, & Salicet. numer. 2. in l. cum per eos, c. si quis alteri vel sibi & Angel. Petri. in l. Modestinus, numer. 2. ff. de solut. probat Tiraquel. de verique retrah. tit. 1. §. 1. glossa 1. a. numer. 14. & glossa, Peregrinus in parte vlt. gal. glossa 1. quæst. 1. Parlador. lib. 1. verum quousque in cap. 5. §. 2. numer. 27. Lassart de decim. vendition. cap. 13. num. 6. Gironda de gabell. 9. parte in principio, numer. 16. t ex cessione autem aut venditione iurium gabella non debetur, ut tenet Azeued. in l. 5. numero 8. tit. 7. hoc libr. 9.

10 Quod si in subhastatione iudiciali ex causa exequutionis licitatoris res adiecta fuerit, isque cedat statim omne ius suum ereditori, qui eum supponerat, iuxta praxim quotidianam, eo onere, & pacto, vt pretium à se debitum rei domino propter emptionem cessionarius ipse soluat, vel in partem debiti sibi compenlet, & computet, alteram gabellam ex ea cessione debet hic cedens præter eam, quæ ex prima venditione iudiciali debita est, nisi in licitatione adiecerit, dare se pro bonis exsequutioni subiectis tantam pecuniam cum cessionis beneficio, hoc est, Con beneficio de transpasso, vel nisi cello prædicta simpliciter fiat actionis sibi competentis, absque vilo onere, quia venditio sine pretio non constat, ita Lassart. d. cap. 13. num. 19. cum duobus sequentibus.

11 Ego veto semper in praxi obseruatum vidi, nullam in hoc casu gabellam deberi, nec solui, ex prædicta cessione per licitacionem huiusmodi in subhastatione iudiciali ex causa exsequutionis, cui bona exsequuta fuerunt iudiciali decreto adiecta incontinenti facta: ea forsam ratione, quia hoc cello

semper fieri simpliciter consuevit, nullo onere adiecto, neque ad hoc, vt gabella non debeatur, opus est, vt in licitatione excipitur beneficium cessionis, cum si alias gabella deberetur, hæc exceptio, aut pactum inter contractantes adiectum tertio obesse non posset, sicut, vel gabellario, non magis quam si in venditione, vel permutatione adhiberetur, quod ex eo contractu non soluitur gabella: quod si alicubi ea exceptio beneficii cessionis in licitatione deducatur, in aliis quam plurimis partibus, quorum sum memor, id non exprimitur, nec opus est, vt exprimitur: sed quia incontinenti sit cello, ideo praxis obtinuit, vt ex ea cessione gabella non debeatur.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur, de la carta de lasto, que se da al que paga la deuda por otros resoluitur, proculdubio negatiue.
2 Omnis actio talis esse indicatur, qualis est res ad quam competit.
3 Gabella non debetur ex montem in aliam montem redacta, quamuis eo modo vera permutatio, & venditio contrahatur.
4 Gabella debetur ex cessione iniuriam, quando si de iussu, vel correu solidum soluitur in alia re, quam pecunia debita.
5 Gabella an debeatur cum pecunia constituitur quis procurator in rem propriam, vel actio aliqua venditur.
6 Venditor hereditatis iam delata tenetur soluere gabellam, præterquam de re iniuriam ab eius solutione in hereditate repta.
7 Gabella non debetur in specie l. si rictus vetis, ff. de action. empr. nullis capis piscibus.
8 Gabella non debetur ex venditione iudi iurii, reque incorporatis, & n. 9.
9 Gabella non debetur ex venditione iurium vrbiorum, vel rusticorum prædiorum.
10 Gabellam non debent soluere sumi venditores, proi sunt, qui futuram sententia eorum alii denuntiant pro pecunia.
11 Gabella non debetur ex permutatione horarum ad aquam ducendum.

Q V Æ S T I O L X I.

Si de la carta de lasto para cobrar de los deudadores, o de los demas fiadores, se deua alcuala?

Q Vero etiam in proposito, an ex cessione facta per creditorem fideiussori, vel vni ex reis debent insoluidum obligatus, à quo, vel quibus debent insoluidum exegit contra ceteros fideiussores, vel correos debendi, & sic, de la carta de lasto, quam vulgo vocans Elifiani, debeatur gabella, necne? Et profecto illam deberi, mouet, quod per hanc cessionem venditio quodammodo celebratur l. cum vs. ff. de fideiussor. Ergo gabella ex ea debetur, iuxta l. 1. tit. 17. hoc libr. 9.
Nihilominus tamen proculdubio censuo gabellam minime deberi ex hac cessione, quia creditor hic cedens vere non est venditor, cum pretium pro hac cessione non recipiat, sed tantum suum debitum ante cessionem contractum ab ipsomet debitore insoluidum obligato: Itaque est solutio debiti, atque distractus non vero contractus.

Gabella delicta ex contractu non debetur, si divisione hereditatis fiat per viam refutationis, quia refutatio non est contractus, sed distractio: scilicet si prevo fiat, quia tunc erit contractus, ut in n. 7.

QVÆSTIO LXII.

An ex refutatione, repudiatione, vel renuntiatione pretio facta absque cessione alicuius iuris debeatur gabella?

Abellam deberi in hac specie tenet Girond. de gabell. l. 1. p. num. 27. iuxta ea, quæ de cessione dixerat supra in princ. num. 16. Ego vero contractum procul dubio probo ea potissimum ratione, quod mea refutatio, vel repudiatio non transfert vllum dominium, nec ius rei refutatur; renuntiat, vel repudiatur simpliciter: sed solum operatur, ut refutans, repudians, vel renuntians eam petere non possit, & quod medio sublato per refutationem, repudiationem, vel renuntiationem huiusmodi, res illa in alium succedat, vel alteri accrescat: non vero operatur, quod ego sim auctor iuris alteri acquisiti, nec hic succedit in ea re iure à me transmissio, siquæ refutans, repudians, vel renuntians nihil transfert: cedens autem transfert ius in alium. Et hæc est vera, & realis differentia inter refutantem, repudiantem, & renuntiantem ex vna parte, & cedentem ex altera: illi enim nullum ius transferunt: hic vero ius suum cedit, atque in alium transfert. Quare merito, ut pretio cedens tanquam venditor gabellam debeat iuxta resolutionem à nobis supra traditam quæst. 60. repudiatus vero, aut refutans, siue simpliciter renuntians minime. Non enim de eversione tenetur, sed tantum de facto proprio, ut non contradicat repudiationi, refutationi, vel simpliciter renuntiationi à se factæ, ut dicitur in transactione l. si pro fundo, C. de transact. & in l. sine apud act. & ibi Bald. colum. in eodem in glo. Hanc differentiam inter ablationem, simpliciter renuntiationem, vel repudiationem, & cessionem constituit Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 9. glof. 4. numer. 4. & 7. ubi d. numer. 4. inquit, quod cedens non repudiat, sed potius pro herede gerit, hoc est, adit hereditatem, siue illa cedit, & gessio fiat expresse, siue tacite quod ultra eum probatur ex text. in l. familia, C. de iur. delib. ubi qui de hereditate sibi relicta testatur, eo ipso eam adire videtur secund. Bald. ibidem.

Idem est, si cedit, donat, vendit, vel vendere mandat secund. Maran. in l. 1. §. potest num. 30. 34. & 55. ff. de acqu. hered. Aymon. Ciraxer. consil. 200. num. 1. & 2. late Pelæz de maiorat. l. 1. p. quæst. 36. per totum, & Simon de Præc. ultim. volunt. lib. 1. dubio 3. num. 55. fol. 464. Adit præterea Carol. Molin. d. num. 4. quod etiam si pro repudiatione tantum decur, quantum valet portio repudiata nihilominus nullum ius transfertur in dantem, dummodo semper sit mera ablatio, vel renuntiatio: scilicet si cedit fiat.

Hinc innotet Bald. in l. tres fratres numer. 3. ff. de pact. quod ubi deberetur gabella de omni contractu ipsa non deberetur, si divisiones hereditatum fiant per viam refutationis, quæ quidem refutatio, siue renuntiatio non est contractus, ut ipsemet Bald. allerit in rubr. C. de pactis, num. 2. in fin. sed potius

distractus Bart. in l. 3. §. contrarium, num. 2. in 2. lectura ff. de contrar. indic. titel. 7. Sed hæc doctrina Bart. tunc procedit, quando repudiatio, vel refutatio fieret sine pretio, vel pacto: tunc si pretio fiat, tunc enim est contractus secund. Bald. in d. §. contrarium, innominatus quidem facio ut des, ex quo iuxta nostras li. gabellarum, gabella non debetur: hodie autem de divisione inter heredes honorum defuncti facta non debetur gabella, iuxta l. 25. in 2. p. titel. 18. hoc lib. 9. de cuius intellectu infra agemus alia quæst. Contraria opinio Girond. ubi supra procedit, ut ex eius mente patet, in cessione pretio facta, vel etiam in renuntiatione non simpliciter, quæ cessionem iuris in se continet: scilicet vero in renuntiatione simpliciter, in qua nulla ceditio in favorem alterius fit, sed fiat in terminis repudiationis, & ablationis, seu refutationis: ex hac namque nulla gabella debetur, quomnis pretio fiat, vel aliqua species pro ea detur, iuxta supra tradita.

SVMARIA.

- 1 Gabella non debetur ex donatione gratuita, nisi in fraudem gabellæ fiat ut in n. 4.
2 Donatio non est proprius contractus, sed improprie.
3 Gabella non debetur ex donatione omnium bonorum ta lege facta, ut donatarius donatorem alere teneatur.
4 Gabella debetur ex donatione, quando in ea intervenit pretium.

QVÆSTIO LXIV.

An ex donatione debeatur gabella?

Varo: An ex donatione gratuita, & nullo iure cogente facta, debeatur gabella? Et quidem non deberi planum est, quia donatio non est proprie contractus, sed improprie, gloss. & committer DD. in l. contractus, C. de iur. in rem. Unde merito, quod lex loquens de contractu ad donationem non extendatur, ut cum communi late probat D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. num. 61. & in terminis ita tenet Bald. & Salic. in d. l. contractus, n. 1. & Bertach. de gabell. in 8. p. membro 1. n. 21. & 22. vol. 1. tract. duent. Doct. in antiquis fol. milis 35. col. 3. quæ opinio in his Regnis proculdubio est tenenda ex duobus. Primo, quia l. 1. §. 2. tit. 17. hoc lib. 9. tantum iubent solvi gabellam ex contractu emptionis, & venditionis, atque ex permutatione. Sed donatio non est huiusmodi: Ergo ex ea non debetur gabella. Secundo, per l. expressam in l. 1. §. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ubi Donaciones, & otros contratos de que no se deve alcavala: quæquid contractum veluti Tiraquell. ad l. communal. glof. 5. num. 32. plures allegans, quem ad hoc citat sed non sequitur Girond. de gabell. l. 1. p. num. 10. cum seqq. & latius duas communes opiniones contrarias referens Menchac. contraven. far. v. si frequ. c. 11. num. 17. cum seq. sed attenta d. l. 1. nihil est dubitandum secund. Azovila l. 2. n. 22. tit. 17. hoc lib. 9.

Quinto si quis omnia bona sua alteri donat, ea lego, ut donatarius eam alere teneatur, non debetur gabella ex huiusmodi donat. one, ut probant Paulad. lib. 1. v. quæst. d. 3. §. 2. n. m. in fin. contra Castell. & opinionem Paulad. Toquitur Laffar. de decim. vendit. c. 10. a num. 33. & Girond. de

num. 49

de gabell. l. 1. p. n. 1. & 12. diximus supra alia quæstione.

Limitatur tamen suprad. principalis opinio, quæ habet, ut ex donatione gratuita non debeatur gabella, ut non procedat, quando de fraude contractum conficitur, nempe, quia simulent, vel fingant vnum pro altero contractum, nempe, ut contractus venditionis sonet donationem, vel minus pretium a quam recipientes, vel alias, ut gabellam evitent: hic est casus expressus in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. quæ præcipitur iudicibus: Que cada uno, y quando que el arrendador, o fiel cogedor les pidieren que hazgan piquisa sobre esto, sean obligados a hazerlo, y si hallaren que algunas personas simuladamente hazgan que los contratos de ventas suenen donaciones, o otros contratos de que no se deve alcavala, o ponen menos precio de aquello que reciben, o hazen otros finçones para encubrir la dicha alcavala los des hazgan, y hazgan acudir al arrendador, o receptor con todo lo que mostrare el alcavala, auido respeto al verdadero precio que intervinio, y mas el quatro tanto de la dicha alcavala lo mismo se pague en el esp. 2. de los negocios puros venientes de las alcavala. Et quod quando in donatione intervenit pretium venditio, & non donatio censetur, ac proinde gabella debetur, præterquam quod lege illa Regia hoc deciditur, probat, stante simile statuto, alios allegans Firma. de gabella 8. par. 3. membro, numer. 11. versicul. sexto quarto, volu. 11. tractat. duent. Doct. Manlius folio mibi 35. column. 1. Girond. plura adducens de gabell. ubi supra, n. 17.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex contractu venditionis, in quo pretij donatio fit? & numeris sequentibus, ubi late distinguitur.

QVÆSTIO LXV.

An ex contractu venditionis, in quo pretij donatio fit, debeatur gabella?

Varo etiam circa præmissa, quid erit dicendum, si in contractu venditionis expresse donatio fiat pure, & liberaliter pretij a venditore emtori, an nihilominus debeatur gabella pretij. Responditur, contractum hanc non esse venditionis, & ita ex eo non debetur gabella, sed pretium operabitur acquisitionem rei venditæ, non vero venditionem l. si quis donationis, §. l. cum in venditione, ff. de contrah. emr. & l. si tibi habitacionem, ff. de donat. licet enim verba contractus sonare videantur venditionem rei, & donationem pretij: intentio tamen, & mens præcipua partium, quæ inspicenda est, fuit donandi, ut patet ex fine, nempe, quod incontinenti vltimo donanti venditor: ubi enim duo proper vnum, utrobique est vnum iuxta doctrinam Baldi in l. cum dorem, numero 4. in versicul. item quævis duo, C. de iur. dot. Accedit, quod incontinenti poterunt à venditione discedere, vel eam in donationem transferre sine metu gabellæ solvenda, ut diximus supra q. 10. numer. 2.

Quod si donatio pretij fiat ex intervallo, debetur quidem ex pretio venditionis gabella, quia venditio fuit ex se consummata separatum, quæ ex post ficto non mutatur, nec alteratur

donatione pretij ex intervallo facta, argumentis l. si tibi ff. locat. Et in terminis retractus ita distinguunt, & intelligunt materiam hæc Carol. Molin. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 3. glof. 5. in 1. 3. n. 55. & Tiraquell. de utroque retract. tit. 1. §. 1. glof. 1. 4. num. 123. f. eademque ratione idem dicendum venit in nostra materia gabellarum.

Quod si in eodem instrumento, vel paulo post is, qui emit, etiam donat (vel bi gratia) Titius emit fundum centum aureis, donat alios centum aureos venditori propter merita solvenda erit gabella, si considerata fundi venditi vera æstimatione, ea æquivaleret summæ donatæ: alias secus, quia tunc (id est, quod valor fundi conuenit utrique pretio tam venditionis, quam donationis) tum donationis appellatio in fradem gabellæ videtur apposita, nisi emptor probaret ea merita intervenisse, quæ huiusmodi donationem merecerent: quod si quantitas donata non conueniat veræ æstimationi fundi empti, tunc gabella respectu donationis non solvitur, argumento glossæ notabilis l. 1. §. 1. verb. agendo, & ibi Bart. ff. de super. fideiuc. & Bald. in l. ex conventionem, C. de pact. cum similibus, ita telonit in similib. terminis (nempe Lanquell.) ex venditione fundi venditi debetur Tiraquell. de utroque retract. titel. 1. §. 1. glof. 18. numer. 19. Quare idem merito in nostris terminis gabellæ probamus.

Verum circa supradictum primum membrum, distinctior is erit obervandum ex eodem Carol. Molin. ubi supra statim citando, id procedere, quando constat, seu verisimiliter apparet, donatorem pretij non habuisse animum vendendi rem illam, ita quod pretium non sit appositum causa venditionis, sed causa donationis, forte æstimatione, ut in dict. l. cum in venditione, ut præmissimus, tunc nullo modo est venditio, nec donatio pretij, sed solum donatio rei: scilicet si constet, non habuisse animum donandi rem, sed ius pretium, rem autem vendere voluit: tunc enim manet venditio rei, quamvis in continentem pretium donationis causa remiserit, quia non cadit donatio nisi super pretio, idque frequenter vii venire potest ad fraudandam gabellam debitam ex venditione, quæ diligenter in dies supra hoc se habeant ad inquirendam veritatem, fraudesque detegendas, atque puniendas.

Quod si facta rei venditione pro certo pretio, donatio partis pretij fieret, etiam si hoc totum in continentem in eodem contractu fiat, gabella de toto pretio deberetur, ut in similibus terminis feodi venditur respectu quanti debiti, tenet & probat bene declatans idem Carol. Mol. ubi sup. §. 23. n. 50. Quare merito, & idem venit dicendum respectu gabellæ, quæ est decima pars pretij ex l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex donatione remuneratoriæ & numeris sequentibus, resoluatur negativæ cum distinctione de qua n. 4. cum sequentibus, vsque ad n. 7. inclusivè, & n. 1.
2 Remunerator non dicitur donare, sed debitum beneficium exsoluere, & compensare.
3 L. sed & si lege, §. consulti, ff. de petit. hered. intellectus.
4 Gabella donationis remuneratoriæ in casibus in quibus iure debetur, intelligitur, cum donatio acceptata fuerit per donatarium, & gabellarius illius temporis, non vero existentis ante acceptationem.

deducatur in contractu, tunc namque hac opera erunt pars pretij, ut in n. 16.
17. Rationi de retro vendendo, aut aliud resolutionum paria vestigia valorem rei quam dimittit.
18. Palla in venditionibus apponitur in favorem emptoris an minuat, vel augetur valorem rei, quo ad solutionem gabellarum num. seqq.

QUESTIO LXVII.

De pactis in venditionibus, & permutationibus apposis, quando, & quibus casibus pars pretij censentur, quo ad gabellam?

1. **Q**uesto quando, & quibus casibus pacta in venditionibus, & permutationibus consentia pars pretij censentur, ut ex eis quæque gabella deducatur, vel non? Habemus namque decisivum l. 1. fundi partem, ff. de contrah. empt. qua habetur, & pactum loco pretij esse: loquitur enim, nulla in fin. Nam hoc ipsum pretium fundi videtur, quod eo pacto venditur fuerit, eoque iure vitium, idem probat text. in l. si tibi, ff. de actio. empt. tenet Abul. in cap. cum laeumer in 3. notabil. de fide instrum. & in cap. cum aliquibus in 2. notabil. de decim. et que communis placitum Doctorum, pactum in venditionibus adiectum loco pretij censeri, de quo late agit Tiraquel. de retractu consent. in presertim ex num. 2. 1. et hinc communis sententia, & ad hoc communiter allegatur, dicitur l. fundi partem secundum Lassart. de decim. vend. cap. 1. §. num. 24. per totum.

Sed antequam ad decisionem nostræ quæstionis principalis deveniamus, agendum necessario est de intellectu d. l. fundi partem, ff. de contrah. empt. cum similibus, & de veritate præd. communis sententia, ut his peractis, nostram quæstionem absolvamus.

3. In primis *Consuetudo Molin. in tractatu de usur. quest. 18. num. 245. in fin.* tunc demum voluisse videtur, pactum venditionis appositum pretij partem esse, quando eo ipso res esset minori pretio vendita, ita quod pactum esset adiectum ad supplendum, & æquandum infirmum pretium: tunc namque solum pars pretij erit, atque ita debere intelligi d. l. fundi partem.

Verum hæc consideratio licet recte procedat, & vera sit in contractu suspecto de fenore, & vitia, in quo ipse loquitur, & generaliter quidem vera non est in aliis contractibus extra causam vitia, in quibus omne illud, quod venditioni præstatur ratione rei vendite, est pretium, sine sit infirmum, sine excessivum, non enim quod pretium excedat infirmum rei valorem, definit esse venditio, & pretium, sed l. provident de remedio, quo venditio rescindatur hoc casu, vel pretium reformetur.

5. Verus igitur intellectus d. l. fundi partem cum similibus videtur esse, ut quoties ita pactum apponeretur propter venditionem ipsam, ut alias sine eo venditurus non esset, vel saltem maiori summa vendidisset, tunc ipsum pactum pars pretij esse videtur, ut tradit Andreas ab Exca de pact. num. 568. vers. 2. limita, & ad ipsius implementum actio ex ipso contractu competit, l. qui fundum, ff. de contrah. empt. licet textus, l. si tibi, ff. de actio empt. secus autem sit, si non propter ipsam venditionem apponeretur, sed ex communi

aliis contrahentium placito, quibus tunc tempera ea de re convenire placuit, oblata occasione, ut late comprobatur in proposito Lassart. d. c. 13. n. 21. cum seqq.

Quare ad decisionem nostræ quæstionis principalis observandum erit, quod in gabellæ computatione non semper propter pactum venditionis adiectum pretij conventum summa augenda est, cum non semper pars pretij sit, sed cum propter ipsam venditionem adiectur, secus vero si incidenter id communi consensu conveniret: puta vendidisti tibi domum mille aureis, tandem ego venditor dixi, si tibi bis mille aureis domus vendita, eo tamen pacto, ut domum tuam, quam in tali parte habes, viginti (quod forte erat infirmum suum pretium, vel merces) hoc anno, vel decem annis conditam habeam, consentit emptor, quia alias, eam locare sibi oportuerat, quia si pactum illud sic adiectur, ut pretium fundi dici posset, ut quia alias non nisi cum eo pacto vendiderim, vel saltem maiori pretio vendidisset, erit pars pretij: ac proinde actione ex vendito agi poterit ad implementum illius locationis, ut in d. l. fundi partem, & ideo æstimandum erit hoc pactum per iudicem, vel alium virum bonam iuxta id, quod alias dispositum in l. 2. n. 17. hoc lib. 9. & inde quoque tanquam ex ipso pecuniario pretio gabella deducenda erit, nempe, quantum venditoris interest, eo amplius pacto præter pretium in pecunia designatum vendidisset: Et hoc modo intelligenda, & limitata est præfata communis Doctorum resolutio ex d. l. fundi partem supra relata secundum Lassart. d. c. 13. n. 24.

Et hæc quidem resolutio ad nostram quæstionem principalem verior, & propior est, ac proinde in praxi tenenda, quam altera cuiusdam subtilis in odium distinguendis, in præmissa specie in hunc modum: ut siquidem Petrus fundum suum Iohanni concedat aliquo pacto, & onere mere consentient in faciendo absque aliqua datione, & sit tamen factum hoc locabile, erit locatio, & non debeatur ex eo gabellati: vero factum hoc non sit locabile, erit contractus innominatus, ut facias, ex quo etiam non debetur gabella: si vero ad sit pactum mixtum, consistens in datione, & facto, considerandum sit, quod præstat: quod si utrumque æquale sit, pro parte erit venditio, vel permutatio, ex qua parte debebitur gabella, & pro parte erit contractus innominatus, de ut facias, ex quo non debetur gabella: quod si emptor oneratus sit solutione alicuius debiti venditoris, erit venditio, ex qua debebitur gabella.

Hæc namque distinctio, quantum in se vera sit, & tenenda, quoties eius casus ex facto contigerit, diversa quidem est, & alia à proposito nostræ quæstionis principalis, de qua nunc agimus: siquidem in ea proculdubio supponimus principalem contractum, qui celebratur esse emptio, & venditionis, adiecto pacto: dubitamus tamen, an hoc pactum sit pars pretij, necne? At resolutio præd. moderni non satis convenit huic quæsti. sed potius alteri, quam supra examinavimus, sc. quando non constat de nomine contractus, nempe cum res conceditur aliquo pacto, vel onere consentienti in mere facto, vel facto mixto, quis contractus indicandus, aut censendus sit, atque ideo merito, ut diversa quæstiones diversis ec. sunt à nobis examinata: verior igitur, & propior ad nostram quæsti. de qua hic agimus, est resolutio Lassart. supra posita.

Ex qua, & ex intellectu ad d. l. fundi partem §. 4. n. 10.

cum similibus, supra assignato, hic se offert difficultas de veritas opinionum Ludov. Mexic. in prægnantia taxa panis, concl. 3. num. 17. ad fin. in praxi facis scita necessaria, an scilicet, licet frumentum vendere legitimo riguroso pretio à l. Regis taxato, hoc insuper addito, ut emtor solvat gabellam insuper, quæ ex huiusmodi venditione deberetur à ipse namque Mexia censet, & ex factu consilium respondit, quod qui ita vendiderit frumentum, non erit transgressor legis, & taxa, eo solum, quod recipiat pretium legitimum.

9. Quod etiam comprobatur ex eleganti doctrina Petri Rebuffi. in 2. tom. ad l. Gallias in tractatu de rescissione contractus. artic. unic. gloss. 15. num. 17. dicentis, quod laudemia non faciunt excessum, nec debent computari ad rescissionem venditionis, quia emtor illa non recipit, atque ita iudicatum fuisse ait Rebuffi, quod ultra dimidiam computetur, eius dimittat pretij ratio habenda est, quod pars recipit. Ergo ita, & eodem modo solutio gabellæ, ex pacto emtori frumenti adiecto non est consideranda in proposito, ad hoc, ut venditorem transgressorem taxa panis efficiat, cum venditor solum recipiat pretium taxatum, non autem gabellam.

10. Nihilominus tamen præfata opinio Mexic. falsa est, & minus tenenda, nec consulenda: alias enim per hæc viam omnes venderent frumentum pretio summo pragmaticæ taxa panis, & insuper adirent emtori onus gabellæ, quod venditores alias subite tenentur, elictæ fraudem facere legi, & menti eius conditoris. Deinde pactum illud de soluenda gabella, quæ alias venditori iure Regio incumbit, pars pretij est, pretijque auger, ut ex d. l. fundi partem, resoluimus, & præfata in terminis notat Baptista Maria. consil. 76. num. 1. lib. 1. Ergo cum venditio tibi lancem tridici decem, & octo argenteis, quod est pretium rigurosum à lege Regia moderna taxatum, & insuper adiectur pactum, ut tu quoque gabellam solvas, palam venditio sit maiori pretio, quam à lege taxato, ac si eo pretio venderem adiecto pacto, quod insulam meam rescias, vel aliquid aliud pro me facias, vel des, vel forte, quod alias merces simul cum tridico me merces isto, vel in iusto pretio, & quia quodcumque pactum eo modo appositum in venditione ad venditoris favorem pretium auger, argumento d. l. fundi partem, & quæ tradit Carol. Molin. in consuet. Parisi. tit. 16. n. 24. n. 1. & §. 23. n. 5. ad fin. & decidit expressè l. 1. ubi per emtor fraudes, & vers. 15. lib. 5. nona collect. Reg. Ergo ita in specie Mexic. constat, venditorem illum contra leg. committere.

11. Item, & quia quidquid emtor solvit ratione emtionis, pro pretio est habendum text. expressis loquens in gabellæ solutione in l. debet 27. ff. de adilit. edit. ubi inquit text. ubi aut non id solum accipimus, quod numeratur venditori, ut vitia pretium, & usuram eius, sed & siquid emtionis causa erogatum sit iuncto vers. final. eiusdem l. siquid ergo si forte vendigalis nomine datum est, quod emtor em fore sequeretur, dicens hoc quoque restituendum: Ecce text. apertum, ubi gabella, quæ forte pacto, vel alia iure communi spectabat ad emtorem loco pretij, habetur ad hoc, ut actione redhibitoria condemnator, id quoque pretij nomine restituere teneret, licet ad venditorem non pervenerit, sed ad filium.

Neque patrocinatur Mexic, quod venditor frumentum vere non accipiat, nisi legitimum & ta-

xatum pretium, quia gabella ad eum non pertinet, sed alteri datur, hoc est gabellatio, & quia nihilominus est pars pretij, licet solutio per pactum in alium tertium dirigatur, cum interfit venditoris id fieri, nempe solvi gabellam, quam ipse alias ex suo solvere tenebatur, iuxta text. in leg. hereditatem Corneli, ff. de hered. vel aliane vendi.

Qua ratione, ut bene perpendit Lassart. d. cap. 21. n. 40. quia regulariter si se exoneret venditor ab illo onere, & tributo, quod ipsum de iure tangit, & oneret emtorem ex vi pacti, vetuit motus proprius Pij V. super forma creanda casus, & omnino annullavit pacta, quæ ultra legitimum pretium census continerent solutionem onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non pertinerent, hoc est, ad venditorem census, cui in ea constitutione consultur: quibus sit ut merito præfaram novam opinionem Mexic. pro falsa damnaverit Lassart. d. c. 13. n. 25.

Neque obstat doctrina Petri Rebuffi. de laudemis loquentis, ubi hæc scilicet laudemio excessum non faciant, nec computari debeant ad rescissionem venditionis: hoc namque verissimum est, sed dissimile ab eo, quod inferit Mexic. ea nempe ratione, quia laudemia solvantur absque partium conventionione, & ideo pretium non auget, nec minuit, quo minus verum sit tanto pretio venditam rem esse, quantum in conventionem ex partium consensu deducitur.

Cum enim res aliqua venditur centum aureis, 14. quamvis explicande venditionis causa aliquid ex eis impendatur venditore, vel quid amplius erogetur ab emptore, certissimum est præd. centum aureis integros esse verum pretium illius venditionis, & ex integro eo pretio gabellam esse deducendam, & soluendam, expensis præfatis minime deductis iuxta communem Doctorum sententiam de qua per Lassart. c. 16. n. 3. & cum Parla. & Giron. post Lassart. probat etiam Azem. in d. l. 1. n. 152. tit. 17. hoc lib. 9. & prout fere alias in terminis, & materia simili tradit Carol. Molin. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 24. n. 3.

Ergo ita, & eodem modo ad comparationem iusti pretij, quo res venire debuisset, iuxta l. 1. c. de rescind. vendit. id est computandum pro rei pretio, quod in contractu deductum est absque vlla deductione, quicquid ultra eam pecuniam pretij nomine datam, venditor expenderit propter gabellam, vel aliud onus legale, iuxta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. & quicquid ex ea pecunia expendat emtor ratione laudemij, quod proprium ipsius onus est ex l. fin. & ibi gloss. verb. accipere communiter receptam. C. de iur. emptor. ameth in conventionem deducatur, cum alias iure insit hoc onus emtori.

Verum si onus illud laudemij, quod de iure tangit emtorem, vel onus gabellæ, quod iure nostro Regio tangit venditorem ex conventionione partium, & lege contractus alter pro altero solvat, proculdubio hoc pactum est pars pretij quo ad terminos d. l. 1. c. de rescind. vendit.

Longa tamen igitur differentia est inter impensas factas ex conventionione partium, quia hæc pars pretij sunt, ut in d. l. fundi partem, iuxta resolutionem supra facta: & impensas aliter, & ex aliis causis erogatas in venditione à contrahentibus, quia hæc ab extra sunt, & in pretium rei veniunt computari non debent, ut alias videtur adnotare Pinel. in d. l. 2. n. 2. part. cap. 3. §. 10. C. de rescind. vendit. & in nostris

notis terminis Carol. Molin. in loco supra allegato, & cum eo Lassat. d. cap. 15. num. 28. qui in terminis precedentibus superiora latius iure tunc probat.

Non tamen semper pactum adiectum venditioni in fauorem venditoris partem pretij intelligimus: ita ut illud augere videatur, & estimari debeat secundum supra dicta.

17 Porius namque aliquando tale pactum adiectum in venditoris fauorem, quod non auget pretium, sed rem venditam diminituita ut de eo curandum non sit ad gabellæ computationem, veluti si fundus venditur mille anreis cum pacto de retinendo, aut alio resolutio: In hoc namque casu pactum huiusmodi rem ipsam minuit, non vero pretium auget, nec plus quam mille anreis res vendita esse intelligitur: minus enim valet res ipsa vendita propter adiectionem pacti illius, quam si libere venisset, secundum Abb. in c. in aliquibus, n. 1. de decimis. & in c. ad nostram de emp. & vendit. Dec. in s. 7. Andr. ab Exca de pact. num. 569. Tiraquel. de retractu conuention. in prefatione, n. 4. quos refert, & sequitur dicens, sic esse intelligendum Lassat. d. cap. 15. n. 35. resoluens, quod quoties adiectum tale pactum, quod rem venditam onerat, & afficit, tunc rem ipsam minuit, quia minus pretio dignam facit: quando vero non afficit rem ipsam, sed extra, & non versatur circa rem venditam pretium conuentum auget, & computari debet estimatio eius pacti, cum vera pecunia pretij nomine data, vel promissa, ubique exempla videlicet casus refert.

18 Egitur hæcenus de pactis venditionibus adiectis in fauorem venditoris, nunc vero videmus de illis pactis, que in fauorem emptorum apponuntur: Videtur namque proculdubio, quod sicut pactum, & onus adiectum emptori in fauorem venditoris propter ipsam venditionem auget pretium conuentum, ut prædiximus: ita quoque per contrarium, pactum, & onus adiectum venditori in fauorem emptoris pretium minuire debeat quo ad gabellam minuendam: Pacta enim venditioni apposita augent, vel minuant contractum, & propterea estimari debent, secundum Bal. conf. 164. maritum in s. lib. 5. quæ in refert & sequitur Carol. Molin. in consue. Paris. tit. 1. §. 24. n. 1. & Lassat. exemplificans d. c. 15. n. 31. & c. 10. n. 74.

19 Nihilominus ipse Lassat. d. n. 31. vers. sed contrarium: late probat nihil in præd. specie esse deducendum ex pretio conuentio ratione d. pacti quo ad gabellam soluendam, sed ex toto integro pretio ipsam debent, quia illud pactum pro emptore positum magis auget rem venditam, quam pretium conuentum minuita, ut quemadmodum pactum, & onus impositum emptori in venditoris fauorem partem pretij est, & illud auget: ita quoque, & similiter eadem ratione pactum, & onus impositum venditori in emptoris fauorem partem pretij est, secundum Molin. ubi supra. Hanc secundam sententiam probamus, tum ex dictis, tum etiam attenda nostra l. i. tit. 17. hoc lib. 9. quæ ex toto pretio venditionis tubet folui gabellam ex singulis dentis maraueritis unum.

SVMARIA.

1 Gabella an debeatur in specie l. si quis stipularum fuerit 17. in ordine, ff. de solut. late distinctio.

QVÆSTIO LXVIII.

An in specie l. si quis stipularum fuerit 17. ff. de solut. debeatur gabella?

17 Vi + promissit decem in melle dare, solvere mel potest antequam decem petita fuerint: scilicet vero postea. Ita deciditur in d. l. si quis stipularum. Solum fuit mel, quæ modo, an ex hoc alii, sine contractu gabella debeatur? Et in hac questione Lassat. de decim. vend. c. 7. n. 4. cum sequit. distinguit plures casus, & late agit de celebri illa questione, quid sit in obligatione generis, scilicet, supra genus ipsam, an vera stipula res contenta sub genere, an nulla res de presentibus? Sed demum solutione facta res soluta fingatur retro promissa, & in obligatione fuisse: sed quia hoc non pertinet ad notitiam materiam gabellam, & longa eget discussione, eam hic omittimus, præsertim cum diligenter, & late de hoc egat Lassat. d. c. 7. n. 10. cum plurib. seqq. ne plus quam oportet, volumus hoc extendamus extra rem, & de qua in eo principaliter agimus: Circa tamen questionem nostram de gabella in casu, & specie, d. l. si quis stipularum, sufficit distinctio eadem auctoris facta, num. 3. cum sequentibus, nempe, quod quando ea stipularum interponitur nouanda alterius obligationis causa, gabella non debetur, neque ex alia quacunque notatione, veluti si cum debetur mihi centum triticum, simpliciter stipulatus sim à te nouandi animo centum aureos, vel e contra cum pecuniam debetes mihi triticum, & de qua rem sim stipulatus, quia in notatione non habetur respectus ad ipsas res debitas, sed solummodo ad ipsas obligationes, nouandam, scilicet, & nouantem, quas nemo inquam dixit permutari, vel vendi, sed pristinam in aliam nouam transfundi, sique transferri, iuxta l. i. ff. de nouat. Si vero stipulatio ex causa lucratiua, scilicet donationis contractu, nec ab alia primaria obligatione pender, tripliciter potest intelligi d. l. si quis stipularum. Primo, aut intelligimus ex illa vero quæ conceptione, decem in melle dabis, vel in quacunque alia merce, vel res, semper decem in obligatione esse: mel autem, triticum, oleum, aut vinum in solutione tantum, vsque ad litem, scilicet, contestatam, secundum Angel. n. 2. contra Barr. in d. l. si quis stipularum, & tunc melle, aut alia merce soluta, antequam decem petita essent, gabella non debetur proculdubio: si soluta fuerit, postquam decem petita fuerint à creditore, licet iam contestata. Secundo, si intelligamus concipi eam stipulationem, decem in melle dabis, ut necessario faciendi sit solutio in melle, pro ut contingit, quando taxata est quantitas pretij, & estimatio eius melle, veluti decem mihi dabis in melle ad rationem vini: hoc enim pro quolibet caso, & tunc non debetur gabella ex ea solutione in melle, cum tunc aliud pro alio non soluitur, sed quod vere debitum est, quia vtrumque est in obligatione. Tertio, si intelligimus ex præd. stipulatione decem in melle dabis, decem, aut mel deberi alternative, pro ut eam intelligit pl. ibi, verbi fuerit ibi id est, aut mel: tunc quidem non bene se explicat Lassat. an debeatur gabella propter longam disputationem, quam ibi inimitet circa intellectum d. l. si quis stipularum, n. 9. cum pluribus sequen. iuxta hunc eius tractum intellectum. Vtrum ego censio in hac tertia specie gabellam non deberi,

deberi, siquidem unum ex duobus alternative promissis soluitur, nec venditio, aut permutatio celebrata videtur.

2 Superest tertius casus principalis diuersus à precedentibus, nempe cum ego stipulor à te, & tu mihi promittis, dare me tibi certam pecuniarum quantitatem, quod tu mihi eam adimplebis in melle, frumento, vino, vel oleo, vel similibus ad rationem certij pretij, tunc destinanti, & constitutori pro quolibet mensura, vel pretio, quo valuerit tali tempore, & tunc quidem vera atque propria venditio est, ex l. si prædium, C. de emul. & ubi id probat datum pro pecunia debita vicem venditionis obtinere, quorum plures refert, & sequitur, dicens indubitabile videri in hac vltima specie regalem decimam deberi quasi ex pura, & vera venditione, Lassat. d. c. 7. in princip. Igitur, & illa proculdubio debetur in præd. tertio casu, de quo agimus, ex l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

SVMARIA.

1 Gabella an debeatur pro pignore suo iusto pretio, vel vitra dato ratione pecunie mutue exsoluenda? & in seqq.

QVÆSTIO LXIX.

An debeatur gabella pro pignore suo iusto valore, vel vitra dato ratione pecunie mutue exsoluenda?

1 Quæro etiam: An res vel fundo pignorate pro mutua pecunia recepta in tantum, vel plus, quam res ipsa, vel fundus valeat, ita quod non sit spes luitiois debeatur gabella? Et quod debeatur facit, quia tunc prædies videtur alienata, vt inquit tex. in l. qui habebat in sin. princ. ff. de legat. 3. vbi DD. Padilla in l. prædium, n. 8. C. de fideicommiss. Secundo, quia pignus, & mutuum in fraudem gabellæ in præd. specie simulata esse videntur, & in effecta venditio celebrata, qui effectus in sapientibus potius est, quam verba contrahentium, l. i. C. plus valet, quod agitur, & c. & in terminis gabella soluenda l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

2 Nihilominus tamen contrarium in praxi regulariter tenendum est, imo quod in præd. specie gabella non debeatur, nisi aliter constet de fictione, fraude, & simulatione, vt probari videtur in d. l. 1. & de probatione fraudis in hac materia gabellarum late agit Hippolyt. singulari. 698. quem allegat Didac. Perez in rubr. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 34. col. 2. alias autem fraude, & simulatione non probatis, cum sit discrimen inter contractus pignoris, & venditionis, de illo gabella non debetur, etiam si res, pro æquo valore, vel in plus pignoretur, vt probat, & tenet in terminis Lassat. de decim. vend. c. 7. n. 65. vbi obseruat, quod si res tantum pignoretur, quanti valeat, & postea per longum tempus cessauerit, debitor in luitioe cum recte posset redimere, que est propria species d. l. qui habebat iuxta l. si seruus depositus, qui est, ff. de nouat. nec ipse creditor petat debitum, potius indicabitur venditioem fuisse à principio celebratam, quam pignus contractum, nisi res esset maiorum suorum illius debitoris, quia tunc propter rerum auararum affectionem semper durat luitiois spes, ex traditis per Tiraq. de retractu litem in prefatione, n. 36. in fin. Concludit ergo Lassat. rem

hanc dicens, n. 66. quod ubi incidit questio hæc, dicitur iudex estimabit ex rerum temporum, & contrahentium qualitate, ac circumstantiis contractus, quid statuerendum sit ita, vt si vere à principio pignus fuisse intelligatur, quamuis deinde debitor pecuniam soluens, se emere asseneret, & verba ipsius, & creditoris in venditionem sonent, vt quia forte creditor potestatem vendendi habere, adhuc iudicetur, non venditionem, sed hypothecam pignoris, vel liberationem esse, vt ex Cyno, & Bald. in l. 1. n. 2. C. si seru. extor. se emi mandau. tradit Carol. Molin. in consue. Paris. tit. 1. §. 22. q. 16. n. 60. ac proinde non habet locum retractus, secundum Matthæ. de Afflic. in tract. de iur. pro homin. super verb. dicit eum, column. pen. nec consequenter iura feudalia, secundum Molinæum ubi supra. Ergo nec gabella debetur, secundum nos post Lassat. ubi supra. Ex quibus + ego in dubio semper iudicantem in specie nostra: quæst. gabellam non deberi, vt constat ex d. l. 1. ibi: Que facit perquisita, & separa in veritas de illa: & si ballaren, que algunas personas simuladamente hazen que los contratos de ventas sinen donacione, o otra contrate, de que no se debe alcuala, & C. ubi O. hazen otros fraudes, por encubir la dicha alcuala, des hazen los dichos fraudes, & hazen acordar al nuestro arrendador, o receptor, con todo lo que montare el alcuala, anido respecto al verdadero precio que interuino, & mas con el quatrato: Itaque igitur, seu simulatio probari debet eo modo, quo iure sufficit, vt locum habet decisio illius l. & nostre questionis pro gabella: alias ea alter non probata, quam quod res fuit pignorat pro suo iusto valore, vel plus, crederem profecto, gabellam minime deberi, nec in praxi condemnationem eius obtineri posse.

SVMARIA.

1 Gabella an debeatur ex contractu depositi pecunie soluenda Petro, si is dederit fundum secuta fundi datione.

QVÆSTIO LXX.

An ex contractu depositi pecunie soluenda Petro, si is dederit fundum, sequuta fundi datione, debeatur gabella?

1 Quæro: Depositi penes Ioannem certam pecuniam quantitatem soluendam Petro, si mihi dederit talem fundum. Petrus recipit pecuniam depositam, & fundum dedit, verum ex hoc Petrus gabellam solvere tenetur? Et videtur non teneri: quia contractus hic depositi est, ex quo attendis notis illi gabellarum, gabella non debetur, pro ut in terminis quæst. videntur tenere Bald. in rubric. C. de possit. q. 7. n. 7. & Matthæ. de Afflic. in c. 5. veltigalia, n. 67. que sint Regalia: ipse veto contractum hic distinguendum censio inter me, & Ioannem, à contractu inter me, & Petrum. Primus namque contractus inter me, & Ioan. depositarius est contractus depositi, vt patet, ex quo gabella non debetur. Secundus vero inter me, & Petrum recipientem pecuniam, & dantem pro ea fundum, proculdubio est contractus emtionis, & venditionis, ex quo gabella debetur, præterquam, quod alia esset apertè viam fraudibus contra Regium sicutum,

Item, quod permitti non debet arg. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Quinimo etiam si hic contractus, absque fraude, & simulatione fiat, inter me & Petrum, est venditio, ac proinde absque dubio ex eo gabella debetur.

S Y M M A R I A.

- 1 Gabella non debetur de diuisione bonorum defuncti inter heredes facta etiam interueniente pecunia, aliisque rebus ad equalitatem seruandam, iuxta l. 3. tit. 18. lib. 9. nou. collect. Reg. & de eius ratione, & in num. seqq.
- 2 Diuisio rem primis dominis non inferit, sed apud eosdem, quorum iudicia erant, ipsa manet post diuisionem.
- 3 Gabella an debeatur ex diuisione bonorum facta inter socios iudicio communi diuidendo? & n. seqq.
- 4 Diuisio est uerum contractus permutacionis, & si pecunia gabella debetur, si per statutum ex alienatione soluenda precipiatur.
- 5 Laudemium an soluendum sit ex diuisione bonorum, & emphyteusi? & n. 9.
- 6 Gabella non debetur ex quacunque diuisione bonorum facta, sicut inter heredes, sicut inter socios, etiam interueniente pecunia, uel aliis rebus, n. 9. 10. & 11. etiam si recompenfatio fiat de rebus non communibus, si forte non existant, ut in n. 12. & 14. & 15.
- 7 Diuisio est contractus mixtus participans de distractu, & contractu permutacionis, & uenditionis, & sic propriam, & distinctam habet naturam.
- 8 Gabella non debetur ex censu annuo constituto in diuisione bonorum in fauorem vnus ex heredibus uigere Regalis exequutoria super bonis hereditariis.
- 9 Gabella ex diuisione bonorum debetur interueniente pretio in fraudem gabelle, ut in exemplo hic posito.
- 10 Gabella debetur in diuisione, quando res hereditatis communi heredium consensu in publica subuastatione uenditur eo ordinato, quod plus licitanti datur etiam extraneo, tunc namque etiam si uni ex heredibus plus licitanti datur, gabella, ut est uera uenditio debetur: secus si ordinatum fuerit prius inter ipsos heredes, ut licitatio tantum fieret inter eos, extraneo non admisso, ut in n. 19.
- 11 Gabella debetur ex uenditione, permutacione, uel cessione pro pecunia facta partis communis, uel ex sociis, uel cohæredibus, ampliatum n. 22.
- 12 L. 3. tit. 18. lib. 9. nou. collect. Reg. dum inquit, Aunquē interueniāg dimeros, & otras cosas entre herederos para se y gualar, quomodo intelligatur?
- 13 Gabella debetur ex uenditione, uel permutacione facta post diuisionem, uel ex sociis, uel heredibus.
- 14 Gabella non debetur ex diuisione bonorum 1. 2. 3. aut ueterari, ut in exemplo, de quo n. 25.

Q V Æ S T I O LXXI.

An de diuisione bonorum, circa intellectum l. 35. tit. 18. lib. 9. nou. coll. Reg. debeatur gabella?

Vector de ratione praxi, & intellectu l. 35. tit. 18. hoc lib. 9. nou. coll. Reg. dum in ea cauetur: Que no se pague alcavalas de los bienes de los disuortos, que se partieren entre sus herederos, aunque interueniāg dimeros, & otras cosas entre los herederos para se y gualar.

Et i primis eam esse eius rationem censetur: quia diuisio proprie non est alienatio, nec noua acquisitio, sed portiois distributio, & semper esse res haberi inter successores primitiuos, cuius uirtute facta est diuisio, que non est, nisi illius iuris, & primarie acquisitionis exequutio, secumque causam illi ab initio implicitam, quo sit, ut res uideatur in eodem statu manere l. ultim. & ibi Alex. & Iul. ff. si ex noual. cons. agatur. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 51. n. 11. diximus supra in q. an ex uenditione necessaria debeatur gabella, que est 2. 2. cum seq. & in terminis nostræ l. prædite banc rationem illi assignauit Lassard. de decim. uend. cap. 20. in 47. dicens, quod quammis bonorum diuisio inter heredes facta, uenditio, aut permutatio sit subtili iure, inspecto tamen rectum effectum, alienatio non est, ac proinde permutatio, aut uenditio non potest in ea diuisione intelligi: ut probat text. in authent. de litigios. §. 1. uerbi heredes autem, eorum §. 3. in l. fin. uer. exceptis. C. eodem tit. Et etiam diuisio rem primis dominis non auferit, sed apud eosdem, quorum iudicia erant, ipsa manet post diuisionem, & stricta iuris dispositione relicta, non id agitur in diuisione, ut quicquid ex hereditibus alterius partem acquirat, sed ut dominium, quod sub consensu partibus occultum, & obuiatum erat, in sola intellectus operatione consistens, iuxta l. Manius §. diuorum ff. de legat. 2. distinctione partium ad oculum degerat, & quod antea erat pars vnus rei indiuisæ, sic per diuisionem totam quoddam per se fiat, ut inquit Iuriconsultus in l. uerbo dicimus §. Quintus, ff. de uerb. signific. Et in uenditione, & permutacione id agitur, ut rem nostram alienemus, & alienam nobis uilliosem acquiramus, ut in l. prima, in princ. ff. de contrahen. emt. quam rationem sequitur etiam, dicens esse propriorem aliis ad nostram l. Azco. in d. l. 35. n. 24. Nec obstat, quod nostra l. Regia dicat: Aunquē interueniāg dimeros, & otras cosas para se y gualar, quibus uerbis cum pecunia, uel alia res interuenit in diuisione, uidebatur celebrata uenditio, uel permutatio respectus iuxta regulas generales, ac proinde tunc saltem debetur gabellam per l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. Quoniam nihilominus non est alienatio, nec permutatio, cum id principaliter nõ agatur, sed de diuisione bonorum defuncti, & ad effectum efficiendi commodam, & æqualem diuisionem: & ideo pecunie aliter res interueniunt, quia aliter ea effici non ualereque accessorie, & non principaliter dantur, quod non debet esse in consideratione, sed quod principaliter agitur absque alienatione bonorum defuncti, quorum non fit uenditio, nec permutatio, sed diuisio, iuxta text. expressum in proposito in §. quedam aliones, in l. de alio. & in §. si familia in l. de off. iud. l. 1. tit. 15. par. 6. Apor. de par. 1. p. cap. 1. n. 11. & 12.

Deinde

6 Deinde i agendum nobis est hic, an cum hac l. nostra 35. loquatur expressum de diuisione bonorum defunctorum, que inter eorum heredes fit, hoc est, iudicio familie heredis, habeat ne locum in quacunque alia bonorum diuisione facta inter socios, de qua in tit. ff. comm. diuidendo 3 Et uideatur prima facie in hoc iudicio communi diuidendo, locum minime habere legis nostre decisionem: ac proinde, quod de huiusmodi diuisione bonorum gabella debeatur: tum, quia ex nostra nuncupatum, & quali ratione loquitur de diuisione facta inter heredes defunctorum, quasi uelit, quæcumque aliam bonorum diuisionem in iuris communis dispositione relinquere, & a gabelle solutione non eximere: 2. tum, quia quia diuisio est uetus contractus permutacionis, est pecunie interueniens, efficit uera uenditio l. communi, §. si debitor ibi, quam creditor per adiudicationem emittit, communi. diuid. quem text. ad hoc expendit Tiracord. de retract. lig. n. 5. l. 1. §. 14. numer. 77. Hinc Ludovic. Roman. consilio 182, tenet, quod si statuto cancaur, ut de alienatione solatur gabella solui quidem debet ex diuisione, prout eum refert, & sequitur Callan. in consuetud. Burg. tit. de retract. rubric. 1. o. §. 9. in fin. numer. 21. fol. mibi 242. Azcoel. ubi supra, numer. 17 alios allegans. Fieri igitur uideatur ex supra dictis, uel nostra lex Regia aliud disponens in diuisione bonorum defuncti, contraria sit iuris communis dispositioni, & ideo stricte in suo tantum casu intelligenda, nempe in diuisione, que fit inter heredes, iudicio familie heredis, ut in ipsa bis exprimitur: secus uero in aliis diuisionibus, quod iudicio communi diuidendo fit.

7 Sic Ludovic. Peguera de feud. uersus 1. limitacione 4. n. 103. longam differentiam constituit inter has diuisiones circa solutionem laudemis dicens: quod aut fit diuisio communi diuidendo, & tunc debetur lauilemum, quia est uera permutatio: aut fit diuisio iudicio familie heredis inter coheredes, & tunc laudemium non debetur, quia inter heredes diuisio non est alienatio, ut in dist. authent. de litigios. collatione 8. Eandem distinctionem fecit Capell. Tholosan. 75. f. Rufus in materia emphyteosis est altera opinio distinguens, quam sequuntur, & probant prædic. Papien in lib. pro hered. uel de re diuid. uel de re communi. & Guid. Pape consil. 46. in facta, Stephan. Auser. in addit. ad Capell. Tholosan. 75. in fi. & Bertrand. conf. 78. ex causa lib. 1. conf. 230. ponitur in facta lib. 2. nempe, quod aut fit diuisio ipsius rei inter eos pro rata portiois cuiusque, & tunc nihil debetur domino directo, aut ipsi in se non diuidim, sed tota assignatur uni, qui alios recompenfat in pecunia, uel in aliis rebus, & tunc debentur iura domino proportionibus quas is, cui tota res remanet, acquirit ad alios, ergo idem respectu gabelle uideatur dicendum.

8 His nihil secus non obstantibus, tenendum est, legis nostre decisionem non tantum procedere in casu, quo loquitur, diuisionis bonorum inter heredes defuncti iudicio familie heredis, sed etiam in ea diuisione, que alias fit iudicio generali communi diuidendo, ut in terminis emphyteosis, quod ex utraque diuisione indistincte nihil debeatur domino, & sic nec lauilemum, quia est alienatio necessaria, tenent, & probant Guilielm. de Cug. Albert. & Bart. in l. 1. & ideo, ff. de condit. furtiu. & hoc simpliciter sequuntur Guid. Pap. in Decisi. Delphin. quæst. 43. in fine. Iacob. de sanct. Georg. in tract. de oper. eorum. 10. uer. quid de diuisione l. 1. in l. fin. q. 7. C. de iur. emphyteos. Ni-

col. Boer. in consuet. Bur. : sc. de consuetud. & censur. par. 4. p. 7. Call. in consuet. Burg. titula de scer. §. 7. & Ruger. de Mota in repet. l. raditionibus fall. 18. uer. 2. aduertendum, C. de pati. quæ refert, & sequitur Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 69. ubi hoc probat, dicens, quod ita seruatur in practica cum modificationibus, de quibus ibi per eum diximus sup. d. quæst. 22. an ex alienatione necessaria debeatur gabella.

Observandum tamen erit, non ideo ex diuisione, iudicio communi diuidendo, gabellam non deberi, quod sit alienatio necessaria, ut DD. communiter dicunt, sed potius ex ratione, quam supra in princ. huius quæst. assignauimus ad nostræ l. 35. decisionem, que etiam hinc speciei diuisionis iudicio communi diuidendo mire conuenit. Veritas igitur est, legem nostram conformem esse iuri communi, siue sequatur in diuisione, que fit inter heredes defunctorum iudicio familie heredis, de qua loquitur littera eiusdem l. hinc in ea, que fit communi diuidendo, uel ex utraque nõ debeatur domino, nec gabellario gabella. Licet enim lex nostra loquatur, ut prædiximus in priori diuisione, que fit inter heredes, non tam ideo negat, idem seruandum in secunda, que fit iudicio communi diuidendo, sed ea omittit, uide remanet sub dispositione iuris communis, quod, ut probauimus, habet secundum receptiores sententiæ, ut hæc non sit alienatio, nec ex ea domino directo aliquid debeatur: Ergo nec gabella fisco, aut eius publicano ex identitate rationis nostræ l. 35. quia ubi est eadem ratio, id est seruanda est, ut in l. illud ff. ad l. Aquil. eam simit. Et in sequenti quod de diuisione facta inter conlocos gabella non debeatur, tenet Albert. in 1. p. p. uer. 1. 1. u. incip. statuto Parma. & Tiraq. de ueroque retract. §. 1. gl. 14. n. 77. ad fin. qui alios refert Birtach. de gabell. §. p. princ. memb. 3. n. 17. uol. 1. tract. de diuer. Dall. in antiquis, Anta. Gom. uer. resol. 1. com. c. 9. n. 1. §. 3. & in l. 45. Taur. n. 5. uer. ex quib. infero, loquens in diuisione hereditatis patris. Greg. Lopin. 1. 1. u. 3. p. 6. & Guil. Benedic. in c. Rayninus 2. p. uer. morbo itaque iust. et. l. 2. m. 50. de test. Parlad. uer. quæst. lib. 12. §. 6. n. 4. §. 2. uer. refert, & sequitur Girond. de gab. p. 8. 2. p. 1. 5. 2.

Quinimo, & communis praxis hanc interpretationem nostræ l. recept. nempe, ut de quacunque diuisione loquuta esse uideatur: prout generaliter tradit Auedann. respons. 13. n. 6. uer. ad multa igitur, que allegans sequi uident Pinel. in auth. uer. teiconale. n. 25. in fi. C. de bon. matern. & de hæc communi praxi testatur, idem loquens, Lassard. de decim. uend. d. lib. 2. cap. 20. sub m. 4. ad fin. quem refert & sequitur Azcoel. in d. l. 35. n. 25.

Et procedit hæc nostra, & ceterorum sententiæ, etiam si recompenfatio fieret de rebus non communibus, cum forte non esset nisi una res feudalis in hereditate, uel communis, quia non est contra naturam diuisionis, quod recompenfatio fiat de proprio compensantis, imo de eius natura est, quod si non superint in communione mobilia, uel pecunie ad portionem illius, cui domus est adiudicata, debeat condemnari ad recompenfandum de pecunia propria. Est enim diuisio contractus mixtus participans de distractu, & contractu, & permutacione, & uenditione, & permutacione, & distinctam habet naturam, ut in §. per eum, in l. de officio iud. & in §. quedam in l. de act. quo non obstant totum contractus dicitur diuisio, & consequenter nulla iura debentur pro re assignata, etiam pro rata pecunie dante socio uel locis, etiam si illa pecunia non sit accepta de communi, ut in his terminis tenet Carol.

14 *Quæstio d. 5. 2. n. 74.* Ergo nec gabella debetur, quemadmodum in diuisione honorum defuncti inter ipsos heredes facta, statum hoc est, in nostra l. 35. ibi: *Quæque interueniunt dinerios entre los herederos para se y qualor.* Quæ lex mirabilem in hoc ampliationem recipit, ut ex eius mente, & generalitate patere procedat etiam si pecunia non sint acceptæ de communi hereditate, sed de proprio eas dantis: eadem ergo ratione hoc ipsum probandum venit in diuisione, quæ sit in iudicio communi diuidendo: Et ita merito Lassat. d. c. 20. n. 54. vere, ac plane intelligit d. l. 35. in 2. eiu para. de hoc agentem, ut procedat, & loquatur, quando plures res communes, aut plura bona hereditaria sunt: tunc namque licet de facto eueniat, eas res tales esse, ut commode vna quæque diuidatur, adhuc tamen si non per particulas, sed per integra corpora diuisio inter heredes, aut socios fiat, ita ut vni res magni valoris detur: & alteri res parue quantitatæ addita sit, tamen ab illo herede tanta pecunia, quæ eos æquales faciat, & quamuis pro ea pecunie quantitate vera venditio contrarij videatur, nihilominus gabella non debetur, ex dispositione iustissima dicti. l. Regia. 33. quia totum id, quod agitur, diuisio est, sequitur etiam Azueed. in d. l. 35. n. 42.

15 *Quod si in reconpenfam non detur pecunia, sed res immobilis, quod fieri potest volentibus partibus, etiam de re non communi, sed non inuitis partibus, nisi de re communi eiusdem societatis, quamuis indiffinice adiacere possit in pecunia, licet nulla pecunia communis adit ex d. 3. quadam, iustitia de alio. ut tenet Lassat. d. l. 3. 2. n. 76.* adhuc quoque procedit, & in hac specie dicti. l. 35. ne in pe etiam si refuso, aut compensatio ad æqualitatem inter socios, aut coheredos seruandam de rebus non communibus fiat, ut quia forte non possit commode per ipsarum rerum diuisionem, & adjudicationem æqualitas seruari, ut voluit d. l. 35. ibi: *Anque interueniunt dinerios, y otras cosas.* Et ita in terminis declarat, & tenet Lassat. d. c. 20. n. 53. tametsi in hac eadem specie quoad iura, & laudemia domino directo soluenda distinguat Lassat. d. c. 20. n. 76.

16 Ex quibus in praxi in facto consultus idem respondit, censu annuo constituto, in fauorem vnias ex coheredibus super bonis hereditariis ex vi regalis exequuto: ex eo gabellam non deberi.

17 Superiora tamen intelligenda esse censeo, vbi nulla fraus contra gabellam interuenit: Ceterum si verisimiliter appareret, hominis diuisionem factam esse in fraude, & occultationem vere venditionis, aut permutationis, puta, si nedum nihil erat commune inter duos socios, vel coheredes, nisi vna domus, vel fundus qui commode diuidi poterat: tunc enim ex quo nihil aliud erat simul diuidendum, & poterat diuisio fieri per partes æquales, & æque commotas, & tamen maluit alter alteri cedere partem suam pro certa pecunia, vel certa alia domo ad valorem portionis eius, tunc namque quantumcumque dicant, se hoc facere per modum diuisionis, satis apparet, quod in veritate, & in effectu est vera, & voluntaria venditio, vel permutatio, & omnia iura debentur dominis directis, secundum Lassat. d. c. 20. n. 53. Ergo, & gabella fisco, seu eius gabellario.

18 Quoniam secundum ipsum ibidem n. 50. si ex communi heredium consensu substatio fiat aliquarum, vel omnium rerum hereditatis, & aliquis ex ipsis hereditatis plaris licitans rem aliquam hereditariam emerit, gabella ex ea venditione de-

betitur, non minus ac si extraneus aliquis emisset, tunc demum, quando ordinatum fuit ut plus offerenti addicatur, etiam extraneo licitatore admisso: tunc namque etiam si contingat, vnus ex sociis, vel hereditibus in licitatione vincere, est vera venditio per se principaliter subsistens, & ac proinde omnia iura acquiruntur dominis directis, sicut ex vera venditione ac per consequens gabella debetur fisco eiusque publicano totius pretij, ut censuit Lassat. vbi sup. n. 51. & Azueed. in d. l. 35. n. 26.

Secus vero, quando ordinatum fuit, ut licitatio tantum fieret inter heredes, vel socios, extraneo non admisso, ut res maneat meliorem conditionem offerenti secundum Lassat. d. c. 20. n. 52. n. 75. & quod tunc non debeat gabella, Petros Nauarra loquens in foro conscientie, lib. 3. de rebus. c. 1. n. 273. cum seq. idemque est quoad forum iustitiarum, secundum Azueed. vbi sup.

Secundo limitatur, si habens portionem in re communi pro indulto non incipiat à diuisione, sed à venditione, vel permutatione portionis suæ, siue vni tantum ex sociis, vel coheredibus, siue omnibus cedat pro pecunia, vel alia re, quia tunc cum non intendat rem communem, sine communem hereditatem diuidere, sed partem eius acquirere, non est diuisio, sed venditio, aut permutatio, secundum cuius naturam iura dominis directis acquiruntur, argumento text. in l. Tria. 64. ibi permutauit & ibi quasi emptio. ff. de iure dot. & cetera alia probat Lassat. d. c. 20. n. 71. Ergo, & gabella fisco, siue eius publicano, secundum Lassat. d. c. 20. n. 52. reprobat Parlador, verum quotidianarum lib. 1. c. 3. §. 6. n. 10. 20. vers. bis etiam quærit potest, ut quia male contrarium tenuit. Debetur namque vna gabella, si venditio pretio celebrata fuerit, iuxta l. 1. r. 17. hoc lib. 9. duplex vero si permutatio intercesserit, iuxta l. 2. eundem tit. & ibi. Eandem Lassati sententiam sequitur Azueed. in d. l. 35. n. 29. cū seq. contra Parlad. vbi sup. & contra Girond. de gabell. 10. §. 2. n. 2. qui opinionem Parlador sequatur, eos tamen concordat Azueed. ibi, sed non bene eandem nostram sententiam ibi tenet Lassat. in addit. ad c. 20. n. 52. & n. 53. 7. vbi inquit d. l. 35. esse intelligendum, quando aliquid datur vi accessionis ad æqualitatem seruandam: secus autem erit, si pro tota parte hereditatis aliquid extraneum non hereditarium datum sit, quia tunc nullatenus dici potest, diuisionem fieri, sed aut venditionem, aut permutacionem.

Ampliat hæc limitatio, ut procedat, etiam si socij vel heredes expresse non egerint de portione alicuius emenda aut permutanda, sed de diuisione, in fraudem tamen, & occultationem vere venditionis, aut permutationis, vt in casu supradicti. d. l. 35. n. 75. de quo nos sup. n. 17. in vers. superiora tamen, tunc namque gabella debetur, ac si venditio, vel permutatio celebraretur propter fraudem à contrahentibus admixtam: vt ex traditis ibi per Carol. Mol. re. de prohibuit Lassat. d. c. 20. n. 53. & Azueed. vbi sup. n. 28. idem Lassat. in addit. ad c. 21. n. 32. & 33.

Tertio superiora limitatur, si facta diuisione vnus ex sociis, vel hereditibus portionem suam, quam iam pro diuisio possidebat, vni ex sociis, aut coheredibus venderet, vel permutaret etiam pro portione illi assignata, de eadem re deberetur, namque hoc casu proculdubio vna vel duplex gabella, iuxta formam contractus ac si extraneo vendidisset, quia iam sumus extra causam diuisionis, ex his, quæ in simili resolutæ sunt in d. l. 35. n. 70. in vers. secum si res: & in terminis nostris

nostris gabell. tenet Parladorus vbi supra, n. 44. & Lassat. n. 56. & Gironda de gabell. 7. parte, §. 2. numer. 3. & 4. & Azueed. in d. l. 35. n. 34. cum sequent.

24 Vltimo pro complemento huius questionis obseruandum erit legem nostram, cum aliis dicit. hoc lib. 9. gabellæ immunitatem præbentibus certis quibusdam rebus, non tantum procedere in prima diuisione, venditione, aut permutatione earundem rerum, sed etiam in 2. aut 4. & quinque contingeret, ut recte ex pluribus contra Parlador. vbi modo cum citauimus, ibi simul, quia, & c. probat. Lassat. d. c. 20. n. 57. vbi n. 58. respondet. l. 10. tit. 18. hoc lib. 9. quæ videbatur contrarium probare, non obstat quidem, quia expresse ibi est limitatum privilegium per l. ipsam ad primam venditionem singulari, & iuxta rationem, de qua ibi per eum: in quo sit, ut per locum ab speciali pæcui ibi hæc nostra sententia probari videatur, quam contraria Parladoti, & ita censeo tenendum in praxi, & tenit etiam Azueed. vbi supra, n. 34. tametsi Girond. vbi supra, n. 4. incaute opinionem Parladoti in hoc sequatur.

25 Est etiam ex supra dictis, quod si postquam socij, aut coheredes res communes diuiserint, aliqui eorum conueniant post aliquod tempus de diuisione facta, dicentes, sibi fuisse damnosam, ac proinde reliqui, ut lociorum, vel heredium querelas componerent, dixerint se velle, & consentire, vel forte sententia iudicis ad hoc fuerint condemnati, ut honorum diuisio iterum per eundem vel alios iudices, computatores, & arbitratos fiat, & bona iam prius diuisa iterum communicentur, ac si diuisio facta non fuisset, & deinde nona, ac secunda diuisio sequatur, proculdubio ex hac secunda diuisione, gabella non debetur, quia vere hoc, quod agitur, diuisio est, & d. l. Regia. 25. non de primo, aut secundo actu diuisionis duntaxat, sed de quocumque diuisione intelligenda est. Ita in terminis obseruauit Lassat. d. c. 20. n. 58. quem sequitur Azueed. in d. l. 35. n. 36. cum sequent.

SVM M A R I A.

- 1 Gabella non debetur ex rebus in dotem datis: etiam estimatis ea estimatione, qua emtionem facit, ut in num. 2. quod procedit etiam si a principio pecunia fuerit in dotem promissa, & postea res estimata pro pecunia data fuerint, ut in numero 3.
- 2 Gabella de re dotali inestimata recepta, postea commutata, & alienata pro pecunia debetur, sed an valeat præfata alienatio, n. 5.
- 3 In dubio estimatio ex intervallo venditionem non facit, & quid si aliud conueniat.
- 4 Datis causa adeo fauorabilis est, ut non valeat statum præcipiens, quod de dote soluantur gabella.

QVÆSTIO LXXII.

An ex rebus in dotem datis debeatur gabella, & quomodo intelligendum sit?

Q Væro modo de intellectu, & praxi eiusdem l. 35. in 1. p. 18. hoc lib. 9. noua collect. R. 52. quæ hic cauetur: Ordenamos, y mandamos, que no se pague alcunala de las cosas que se dan en

cauimento, quæ se an bienes muebles, y raíces, &c. Et imprimis obseruandum est, hoc plane procedere etiam, quando res in dotem data fuerint estimatæ ea estimatione, qua emtionem faciat, iuxta l. quousies cum materia. C. de iur. dot. & latissime resoluta per D. Couarr. in prac. 9. ca. 28. per totum, & per nos consil. 17. n. 20. cum seq. alia enim lex nostra non feruit de aliquo dubio, si de rebus inestimatis in dotem datis tantum intelligeretur, cum leges Regiæ gabellarum contradicibus duntaxat venditionis, & permutationis hoc onus gabellæ iniciant: Dote igitur fauore vult lex nostra, ut etiam rebus estimatis in dotem datis ea estimatione, qua emtionem iure facit, cum tunc dubium solbelle poterat, veltigal non debeatur, nec soluatur, quod in terminis similibus laudemus non solocodi ex huiusmodi bonis estimatis in dotem datis iure probat, late Carol. Molinens in consil. Paris. tit. 2. §. 35. §. 1. n. 100. cum sequent. Et in terminis gabellæ, sic nostram l. 35. exponunt, intelligunt, & declarant ex mente ipsius, quamuis ea non ita aperiat Parlador, eorum quotidianarum lib. 1. c. 3. §. 6. n. 42. Lassat. de decim. vendition. c. 20. n. 35. & Gironda de gabell. 7. parte. §. 2. n. 8. & voluit prius Bald. in l. quousies. C. de iure dot. dum inquit, quod quando est estimatio facta in dote, non est mera emtio, sed ob causam, quem refert, & sequitur Ancharan. consil. 72. n. 3. & Anendan. 11. p. 1. n. 3. vers. quærit, & hic intellectus, & sensus ad præfatum nostram l. Regiam verisimilis est, licet ratio Doctorum non substat nempe, quod contractus dotis, qui principaliter agitur, debeat attendi, non vero namra emtionis ex eo resultans, quia cum generaliter diffusum sit, ex quocumque venditione gabellam deberi solui, ut in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. & estimatio in dotibus iure facta mera venditio sit, ut in dicta l. quousies cum materia (quod quid Bald. vbi supra dicat) proculdubio gabella soluenda erit, vbiunque venditionem contractam esse consiterit, siue principaliter, siue accessorie contractam, ut probat Lassat. de decim. venditione. 16. n. 27. atque ideo in hac nostra specie, absque dubio debetur gabella, nisi aliud dotis fauore cautum fuisset in dicta l. 35. in prima parte, secundum eundem Lassat. d. c. 20. n. 40. post Parlad. vbi supra.

Quod adeo verum est, ut procedat non solum in eo casu, quo res à principio in ipsa dote constitutione, & promissione estimatæ sunt: sed etiam in eo casu, quo à principio fuerit pecunia in dotem promissa, & postea res estimatæ loco pecunie datæ fuerint, ut quamuis ea estimatio veram venditionem efficiat, ut ex So. in resolutio Couarr. d. c. 28. præc. n. 1. vers. secundo apparet, & nos dicta consilio 17. n. 27. nulla gabella debeatur, secundum Parlador. vbi supra, & Lassat. d. c. 20. n. 26. vtiroque enim casu verum est dicere, res istas estimatas in dotem datas esse atque ita verificantur verba dicti. l. 35. ibi: *Que sedere en gabella.* Pro qua sententia est etiam bonus text. in l. 2. vers. mulier dotem. ff. de iur. præleg. vbi cum pecunia esset in dotem promissa, fundos, qui postea pro quantitate dotis viro dati sunt, expresse inquit textus in dotem datos esse: Ergo iuxta verba dicta l. 35. modo relata, non debetur gabella, sequitur D. Molin. Theolog. in 2. tom. de iustitia, & iur. dispensa. 426. col. 1. 138. in vers. sextum.

Limitat tamen Lassat. n. 27. hanc sententiam, quando postquam semel data dos esset in rebus dotalibus absque vlla estimatione à postea ex intervallo de dote commutatione inter coniuges

contracta à lege inter virum, & uxorem non est minus privilegiata, quam illa, quæ expressè contractatur inter societas secundum Bald. per text. ibi in l. rei indicia. §. socere. col. 1. vers. in textu. ibi. ff. solennium. cuius opinionem probavimus vbi sup. n. 9. Sed hoc factum est in societate expressè, nempe ut valor tantum harum rerum, quæ ponere numero, vel mensura constant, considerentur tempore, quo in societatem mittuntur, quoad restitutionem capitalis postea faciendam, ut late tradit Carol. Molina in tract. de usur. q. 90. n. 688. Ergo in restitutione capitalis mariti soluto matrimonio, hoc ipsum probandum venit.

10 Secundo pro hac eadem parte considero, quod si socius immittitur in societatem, vel maritus in matrimonium decem mille faveas tritici, quæ tunc temporis singulæ favee triginta argenteæ plus, vel minus communiter valebant, nulla iuris, aut iustitiæ ratio preteritur, ut tempore solutæ societatis, vel matrimonij dissoluti heret restitutio eiusdem frumenti in grano non valenti nisi quotuor regalia pro singulis faveis, & sic de singulis humulmodi: esset namque iniquior multo societas, quam locoina, de qua loquitur l. si non fuerint ff. pro socio. In hac namque societate locoina socius totum locum præcipuum sibi accipit, damnum autem commune efficitur. In prædicta vero specie socius, non solum locum, verum etiam totum capitale alterius socij accipit contra bonam fidem, & æquitatem, quæ debet esse in societate l. verum, & in l. in propositis ff. pro soc.

11 Sicuti per contrarium enormissima iniquitas esset, ac refuleret in casu nostræ questionis principalis, si frumentum, quod tempore contractus matrimonij, vel alterius societatis in eam fuerit immixtum quatuor regalia valebat pro singulis faveis, soluto matrimonio, vel societate soluta restitueretur in eodem genere, & bonitate, hoc est, in grano æque bono, valente tunc temporis ad rationem triginta regalium plus minusve pro singulis faveis cum toribus portationis, vel sine eis pro 14. regalibus iuxta pretium lege Regia taxatum vel aliud simile taxandum: Vt ergo æqua lance hæc omnia sint, & pæd. grandis iniustitia esset, redendum est pro capitali in his generibus, quod res iuste valebat tempore, quo in societatem fuit missa, quod etiam suadet magna æquitas, quæ ad se pro hac parte, secundum quam regulari, & interpretari debet contractus. In his ff. de condit. & demonstrat. præmaxime societatis l. si socius ff. pro socio, ibi, pactum ex æquitate interpretantur.

Nec obstat, si ex aduerso obiciatur, quod habita consideratione grani, nempe quod ipsum sit restitutum, æquitas potius seruetur inter contrahentes, si que cessabit prædicta. in conditiens, cum ita granum subiciatur maiori valori, sicut minori: & secundum naturam est, ut eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda ut in hac iuris regula. † Relpondemus namque scopum societatis esse non ut vnus ex sociis lucraret, & alter damnum patiatur, ut contingit in ludo taxillorum: sed ut vtilitas, & Inerum vel damnum sit commune sociorum, non vero vnus tantum l. alio. §. Labeo. ff. pro socio. Inter enim non esset contractus societatis, & æqualitatis, sed potius sortium, & fortunæ, ac si contingeret, quod si merces tua viliori pretio vendatur mili cedat, si vero cariore mea, tua sit co pretio: & quod peius est, hoc contingeret abique dolo, culpa & mora socij l. si.

13 Tertio, & principaliter, quia societas non tenetur

restituere plusquam id, in quo facta fuit locupletior hoc est, valorem rei, quem ipsa habebat tempore, quo fuit deducta ad societatem: quod vero inde sequitur commodi, vel damni, commodo vel periculo societatis cedit, ut constat ex traditis per Bald. in l. n. q. in vers. hoc est argumentum. C. pro soc. vbi inquit: quod si dedi agnos in societatem, quotenus tunc valebant agni, tanquam capitale meum ante omnia detrahatur, illud autem, quod accretisset, puta quia agni fiant castores, vel porcelli fiant porci est commune. Idem si tractu temporis est deterioratum, æstimatione facta inter nos pro mediocritate æstimationis, periculum pertinet ad me, pro alia mediocritate pertinet ad te, nam hæc est natura societatis, quæ tanquam quoddam intrinsecus omnibus contra dibus inest. Ex Bald. ad literam sequitur Petrus de Vbald. in tract. de duob. fratrib. in §. par. n. 2. voluminis, tractatum dicitur. Doff. in antiqua.

14 Quæro quia in terminis monetæ in societate immixta, quæ maiorem functionem habet in suo genere, quam alia res generica, est considerandus valor ipsius monetæ, quem habebat tempore, quo immixta fuit in societatem, quamvis postea creuerit vel minuerit, ut probat Carol. Molina de usur. q. 90. n. 688. vbi hoc extendit ad alias species capitalis similis, etiam si ab initio conuenisset, ut eadem species restitueretur soluta societate, quia adhuc primus valor considerandus est, qui ad societatem fuit deductus: reliquum vero societati remanebit, alias enim plus minus deduceretur pro capitalibus eius, quod ad societatem pertenuisset: tandem resoluit, quod in materia societatis non habet locum, si cum quid, & l. vltima. ff. si certum petatur.

15 Quinto, facit text. in l. in summa. §. in frumento. ff. de cond. indeb. vbi dicitur, in frumento debito soluto, & bonitas eius, ceteri consumpti frumentum, pretium tepetet, id est, æstimationem, secundum gloss. ibi: quia ut inquit Bar. in vers. postsumus fuit. æstimatio frumenti, vini, & olei variatur, & ideo non conuenitur pro eo reus, vltra quam factus sit locupletior contra naturam conditionis indebiti: Ergo cum triticum delatum ad matrimonium sit consumptum, æstimationem eius, siue pretium tepetet maritus, vel eius hæres, soluto matrimonio, non vero idem triticum in genere ne deducatur ex societate vltra, quam ipsa facta sit locupletior contra eius naturam, præcipue cum ex incremento valoris maritus, vel eius hæres mediocritatem consequi debeat.

16 Et in propriis terminis loquens, in el marido que quando se casa trae al matrimonio cantidad de trigo, o cenada, vino, a ceyte, haziendo inventario dello, ut fieri solet, por los biudos, que se casan con mugeres, moças, o viudas, que si disjuntio el matrimonio no ay bienes mejorados en el matrimonio, lo perdiera el marido sin duda, y no sacara el, ni sus herederos otra tanta cantidad, ni la estimacion de ello, tenet & probat Ayora vbi supra. dicitur 1. parte de parit. c. 7. n. 11. fol. 49. col. 3. in prima edicioni Anno 1589. & in 2. ann. 1595. 1. par. cap. 7. n. 11. fol. 53. col. 3. y de la razon de diferencia en esto entre el marido, y la muger: es: Porque quando la muger lleva en dote estas cosas se mejoran, passa el señorio de ellas en el marido, sicut in aliis rebus dotalibus: y el marido esta obligado a boluer, y restituyr la dote a la muger en aquellas cosas que tienen funcion en su genero, que es otra tanta cantidad: Pero el marido no passa el señorio destas cosas que trae al matrimonio a la muger, sino que siempre

siempre se queda señor de ellas, como antes lo era, & sempre res pende periculo domini, ut in l. pignus. C. de pignor. actio. n. plerumque ff. de iur. dot. cum simi. Præterea vxor non tenetur restituere marito res quas, in matrimon. detulit ipse, pro ut tenetur dotem vxori restituere soluto matrimonio.

17 Pero si bonitas bienes multiplicados durante el matrimonio, in specie præmissa ratione societatis, quæ videtur contracta inter, maritum, & uxorem, propter quam luera facta, durante matrimonio, inter eos diuiduntur, iuxta l. huius Regni, tali casu maritus deducet bona, quæ detulit ad matrimonium, vel æstimationem eorum priusquam luera diuidantur, sicut vxor deducit dotem æstimationem, quamvis fuerit perita: Anque sacador los capitales de marido, y muger, no quedan bienes multiplicados que parir: & in præmissa specie vitæ, vel eius hæredes deducunt valorem, & æstimationem prædicti bonorum consistentium, pondere, numero, vel mensura, quæ ad matrimonium detulit, iuxta valorem quem habebant tunc temporis eam ca in matrimon. deduxit, argumen. text. in l. si vbi. ff. de usufruct. eorum rerum, quæ usu consumuntur. & l. rez in dote, ff. de iur. dot. & sic aliter, quam in vxore eiusque hæredibus supra resoluiimus, & in terminis probat Ayora vbi supra n. 11. & 12.

18 † qui n. 1. recte obseruat, quod si vxor constante matrimonio habuit præd. res, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt ex successione, vel hereditate parentum, vel consanguineorum, vel donatione, deducet tantandem ex corpore bonorum virtutis coniugis æstimationem, vel valorem, quem tunc temporis habebant, scilicet cum cas in matrimonium mulier deduxit, & habuit, non vero similem, vel aliam quantitatem eisdem rationibus, quibus hoc idem probant in marito, quia cessante causa dotis non est maior ratio in vno, quam in alio.

19 Iuxta superiora ergo decidendæ venit nostra quæstio, de gabella, ut prædictimus in principio nempe: Que no se deueniendo al heredero clerigo del marido mas de la estimacion, y valor de su pan, que tenia al tiempo que lo metio en el matrimonio su defuncto, como no se le deua nide, pues el trigo que queda, quando muero, es comun del marido, y de la muger, y lo mismo de las demas cosas que existien en peso, numero, y medida, semejantes a las que metio el marido en el matrimonio, se deuenia alcavala de la mitad de lo que se vendia, que pertenencia a la muger: y de la otra mitad del dicho precio, no se deuenia alcavala, porque era del heredero clerigo, que no deue alcavala de lo que vendere, gularmente: y para dexar se de deue alcavala de la mitad del precio, que tra de la muger, no se cerna respecto a que se trato de venta, y particion de herencia de disjuntio, y de que aliano se deue alcavala, conforme a la ley Real, que desto habla, que es ley 35. in secunda par. titul. 18. lib. 9. b. n. non. collect. Reg. porque presuponemos, que esta venta de trigo, y cenada, no se confundio con la particion, ni fue necessaria para ello, sino voluntaria, iuxta late per supra resoluta quæstione 71. Hæres enim socius esset, ut illic resolutimus.

S V M M A R I A.

1 Gabella an debeat ex his, quæ pro anima expiatione, ex bonis defuncti venduntur: & numeris seq. vbi distinguitur, & præferitur n. 7. §. 9. & 10.

- 4 Venditor non privilegiatus gabellam debet ex rebus venditis Ecclesie.
- 5 Leges generales comprehendunt omnes causas, quantumvisque alias privilegatas, qualis causa pia, si in specie non reperitur habere peculiare privilegium.
- 6 Falcidia non detrahatur de legatis piis.
- 8 Privilegia concessa Ecclesie, & legatis piis concessa sunt de iure.
- 9 Deo videtur relictum, quod pauperibus propter eam legatur. Causa pia habet privilegium rei Ecclesiasticæ.

Q V Æ S T I O. L X X I V.

An gabella debeat ex his, quæ pro animæ expiatione ex bonis defuncti venduntur?

1 Q Væro ulterius, an ex his, quæ pro anima expiatione ex bonis defunctorum venduntur, gabella debeat? Et quidem Ioan. Parlador, rerum quotidianarum lib. 1. cap. 3. §. n. 1. §. secundum impressio. ann. 1593. inquit non debet, si credimus Bertachino de gabell. §. p. membro 5. n. 5. quam opinionem sequitur alios allegans Girona de gabell. 1. par. 10. n. 3. cum seq. dicens n. 4. quod ita quotidie prædicatur. Item igitur dicendum erit, si in pauperum elemosynas, aut in virgines collocandas bona relicta fuerint, ut recte deduxit Parlador vbi supra n. 17.

2 Sed in hac re distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando certa quantitas pecuniarum relicta est in diuini sacrificij expendenda, vel in pauperes, aut alios pios vsus distribuenda, remanentibus tamen aliis bonis hæreditariis commodo hæredis, vel hæredum, ut quia mille testator in bonis reliqueret, & ducenta in pios vsus expendi iubeat, & tunc si aliqua bona testatoris vendantur mobilia, vel immobilia, ut ex pretio eorum legato huiusmodi pio satisfiat, proculdubio ex ea venditione gabella debebitur, quia cum omnino ea relicta certa quantitas ab hærede, & bonis defuncti expleri debeat, siue gabella solucnda sit, siue non, totum id, quod gabelle nomine expensum, siue expendendum erit, damno hæredis esse conuenitur, non pro causa, & animæ defuncti, ac proinde nulla Religionis gratia, & fauor eo casu considerari potest, quo magis gabellarius à gabelle exactione repellatur: quin potius, si aliud diceremus, esset hæredem, vel testamentarium immunem à solutione gabelle, nullo iure facere, quam pro causa fuerit, & hoc iure vitium, secundum Lasar. de decim. vend. r. 20. n. 60.

3 Secundus casus est, quando ita relinquuntur legatum piam, ut si quid ex venditione rerum hæreditariarum gabelle nomine solueretur, id quidem detraheretur à legato pro causa, & tanto minus pia causa in legato perciperet: veluti si ita dixerit testator, Valen fundum meum vendi iubet, & omne pretium ex eo redactum in Christi pauperes distribuatur, vel pro maritandis puellis, aut in redemptionem captiuorum detur, iuxta speciem text. in l. 3. §. si versic. plane. ff. de usur. & in l. Lucius Titius 12. ff. de legat. vel dixit, volo ut omnia bona mea veniant, & pecunia ex eis redacta in pias causas commertantur, vel si nihil de venditione dicto, collocavit omnia bona sua in hac, & illa pia causa expendi,

expendi, in super, & hæredes, vel testamentarij pro commoſiori executione, & complemento huiusmodi legati p̄ bona vendidissent: & in hac specie adhuc videbatur gabellam deberi, esseque solvendam ex generalitate, l. 1. §. 2. tit. 17. hoc libr. 9. quæ omnes venditiones, & permutationes, etiam eas, quæ favore pie causæ sunt, comprehendere videntur, cum nullibi ab hoc speciali tributo privilegium aliquod habere reperiantur, ut disponit l. 1. tit. 18. hoc libr. 9. quamvis in vna venditione maior ratio sit quam in alia, ex traditis per Decium consil. 5. ¶ Sic etiam videmus, quod ex venditione Ecclesiæ facta nullam immunitatem gabellæ venditor consequitur, nisi alias eam habeat, quamvis inde lucrum Ecclesiæ resiliat, quæ viliori pretio emeret, l. 3. tit. 18. hoc libr. 9. cuius veram rationem decidendi assignat Lassat. de decima venditionis, cap. 19. n. 10. ¶ At leges generales comprehendunt omnes causas quantumcumque privilegatas, qualis est causa pia, si in specie, de qua agitur, non reperitur habere pecuniarum privilegium, in fraudem in fin. ubi notat Bald. ff. de militariibus, secundum Dec. in l. ex testamento C. unde lib. §. in dicitur consil. 5. & late Tiracquel. de præscript. §. 1. glossa 1. 1. & passim utitur ista regulans in pijs causis, secundum Menchac. de success. progress. lib. 3. §. 27. n. 10. quos in hoc refert, & sequitur Lassat. d. c. 10. n. 61. & est communis hæc sententia, secundum Ioan. Vincent. Honded. consil. 3. n. 57.

6 Nec huic principali opinioni de solvenda gabella in prædict. specie obstat videtur authent. similiter C. ad l. falcid. ubi speciali privilegio causæ pie cavetur: ex legatis pijs falcidiam non esse deducendam: ergo nec gabella solvenda. Respondemus namque hoc de falcidia expressa legis decisione provenire: alias namque, nisi hoc ita foret generalitatis legis falcidie omnia legata, etiam pia comprehenderet, ut constat ex l. 1. §. ad munuscipium. ff. ad l. falcid. iuncta modo relata communi doctrina: At cum exceptio de gabella non inveniatur specialiter iure facta in legatis pijs, merito, ut lex generalis nostra, l. 1. §. 2. tit. 17. hoc libr. 9. ea etiam legata comprehendat.

7 Nihilominus tamen, sunt, qui putent ex huiusmodi venditionibus nullam decimam deberi gabellaris, quæ si exigeretur legata pia minueret, quod non videtur esse admittendum, argumento dist. auctent. similiter cum similibus. C. ad legem falcidiam l. 4. titulo 11. partit. 6. quod si legatis imponeretur gabella, non esset quidem ea solvenda de legato pio, secundum Batachin. & Parlador. ubi supra, quod sequitur Alvarad. de consuetudinibus, defuncti libro secundo cap. 1. §. 2. n. 17. Girond. ubi supra voluit Baldan. l. illud numero 1. ubi, faciens etiam ista ad statuta gabellarum. C. de sacrosanct. Eccles. quorum sententiam sustinet nova ratione Lassat. d. cap. 10. n. 62. ¶ Iterum in suis nov. addit. ubi, & sequitur Parlador. ubi supra in 2. edition. dicens, se ita semper intellexisse: quia cum tota pecunia ex eis venditionibus redigenda pauperum, & Ecclesiæ, pieque causæ futura sit, eorum quidem nomine, quibus commodum legatum est, venditiones illas fieri, & celebrari non iuvile dicemus, quasi vere ipsa Ecclesia, pauperes, & pia causa legata domina bonorum sit, atque ita eius respectum, vel personam inspicendam putat Lassat. licet ab hærede, vel testamentarijs laicis venditiones celebrentur, sicut inspicitur persona domini privilegiata non procuratoris vendentis, ut idem author resolvit, cap. 15.

n. 9. Nam & alias hæres, cui, deductis legatis, nihil superest ex hereditate, testamentarij loco est, ut in l. si quis Titio, ff. de legat. 2. habebitque ita locum privilegium textus in l. 6. tit. 18. hoc libr. 9. de Ecclesiis, & clericis venditoribus legentis, siue illud legatum reditum esset Ecclesiæ, siue pauperibus, vel ad alios pijs vius, ¶ quia privilegia concessa Ecclesiis, & legatis pijs concessa sunt de iure, ut in authent. de Ecclesiis, §. pro temporalibus, coll. 9. per quem text. ita dixerunt Angel. Bald. & alij relati per las. in §. ex maleficiis, n. 41. in §. de ill.

Hæc tamen nova ratio Lassat. concludens non videtur extra legatum pijs reditum Ecclesiæ, in eo namque tranſire, quia Ecclesiæ vendens expressè eximitur a solutione gabellæ per d. l. 6. tit. 18. hoc libr. 9. Ceterum in legatis pijs relictis pauperibus, & pro virginibus orphanis maritandis secus videtur, cum hæc personæ in nostris legibus gabellaris non reperiantur specialiter exemptæ a solutione gabellarum ex suis venditionibus: Ergo eam solvete tenentur, ut in l. 1. tit. 18. hoc libr. 9. ubi: *Ni otras personas qualesquier de qualquier ley estado, a condicion que sean, que no se escusen de pagar las dichas alcavalas por voto, ni costumbres, aun que sea inveniencial, ni por otra razon alguna, & ita nullas pauper nullaque mulier etiam orphana, & pauper excusatur a solutione gabellæ ex venditione rerum suarum: At quod eis sit relicta legatum pijs statuerunt tamen contendimus, nulla lege gabellaria ex hoc legato pro pauperibus relicto excusationem a solutione gabellæ concessit: Nec quod privilegia concessa Ecclesiis, concessa esse consentant a iure ceteris legatis pijs, aliquid probant proposito: id quidem namque verum est regulantur extra causam, & materiam gabellarum, in qua tantum certe quedam personæ, & loca pia exempta reperuntur in dist. l. 6. non vero aliæ personæ: quoniam ceteræ gabellam solvete tenentur, si sit pauperes, & virginis maritandæ cum exemptæ ab hoc tributo minime in dist. l. 6. nec alibi reperiantur. Quid tenendum?*

Adhuc tamen probat, hæc secundum partem favore consensumque causæ, pie, quæ vere talis sit tanquam religiosiorum propter communem praxim, quæ leges nostras quatenus gabellarum, ita interpretata est, & merito, ¶ quia Deo videtur relicto, quod pauperibus propter eum legatur, ut inquit Bald. in l. sed & si suscepit in 2. lectura post medium ubi, idem si miserabilibus personis. Nam quod propter Deum relinquuntur, ipsi Deo relicto videtur, qui est nobilissimus, ff. de iudiciis, quod & implet Christus ore proprio affirmavit, dicens: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Et de præxi supra dicta testatur Girond. ubi supra, estque, ut consuevit, certissima, & secundum eam non semel consulti: observato tamen, ut inveniunt prælati auctores, ut si legata pia, pro quibus certa quantitas pecuniæ relinquuntur, non consumant totam hereditatem, sed adhuc aliquid pijs legatis solutis, commodo hæredum remaneat, ex eo remanenti solvatur gabella, non vero de legato, provenit proximus in primo casu precedenti. ¶ Ceterum quando hæres est causa pia, vt pote, quia testator relinquat omnia bona sua pro anima, habendo ea distribui in Missis, & sacrificiis, vel pauperibus, & virginibus maritandis, simul, vel distinctim, vel in redemptionem captivorum, proculdubio ex venditione prædict. bonorum gabella non debetur, quamvis exequa

exequiores sint laici, quia loca pia æquiparantur Ecclesiæ, ut per Abb. in cap. nulli, n. 14. de rebus Ecclesiæ non alien. habetque causa pia privilegium rei Ecclesiæ, ut per Doctores in cap. 1. de integ. restit. & Tiracquel. de privileg. caus. pie, privileg. 140. Quod in præmissis, de qua nunc agimus, specie, nempe causa pia hæredem in solidum instituta, vel in fundo, vel prædicto specialiter relicto, ut ex eius pretio Missæ dicantur, aut in aliam piam, vel piæ causas distribuatur, quod non debetur gabella, ne id minus necessario causa pia ex hereditate percipiat proprium locum habet, quam ubi legatum particulare certæ quantitatit causæ pie relinquuntur, cum eo soluto, remaneat alia bona ex quibus gabella detrahi, & solvi potest damno hæredis non privilegiati: Et quod quando a defuncto expressa sunt bona, quæ in causam piam distribui voluit, gabella ex eis non debetur, tenentur etiam Paris. ubi supra, n. 17. in vers. hæc autem, dum autem addit, idem esse, si ut solutum est fecit potestatem exequutoribus testamenti, ut ad id, quæ vellem, ex suis bonis dividere, restringendum, & subintelligendum est iuxta duos casus supra distinctos, & declaratos, sequitur præd. novissime Flores 2. Pract. Quæst. 9. 21. §. 4. n. 191. cum sequoquens in consiliis, ut non teneatur solvete gabellam ex venditionibus bonorum ad piæ causas deputatorum.

SVM M R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex venditione rerum, qua præcepto testatoris venduntur, resolvitur affirmative, n. 3. & 7.
- 2 Gabella de iure communi de ultimis voluntatibus non debetur.
- Gabella an debeatur ex bono clerici defuncti venditis suis præcepto in testamento suo, n. 1. in vers. ex qua doctrina, n. 5. ubi resolvitur affirmative, limitatur, n. 6. in clerico vendente bona sua in testamento emptori presentis, & recipientis, tunc namque gabella non debetur.
- Gabella non debetur ex legato relicto in testamento, nisi si pro ea pecunia præstantia præcipitur, quousque nulla venditio substat, nec pecunia iussu prælati pro pretio solvenda mandetur, sed causa conditionis implenda pro legato consequenda.

QVÆSTIO LXXV.

An debeatur gabella ex venditione facta præcepto, testatoris in testamento de vendendo?

Quæro modo non inconcinne superioribus, an debeatur gabella, quando testator in suo testamento præcipit rem suam, vel bona sua vendi? Et quidem si hoc præcipiat, ut in causam piam expendatur pretium, iam super resolvimus, quid tenendum sit in hac specie: Nunc vero opus est ut agamus, an quando in aliis casibus prophanos præcipitur venditio faciendâ, a testatore, an debeatur ex hac venditione testatoris in fin. facta gabella: Et ipsam non deberi tenet Iacob. Butt. in l. si hæres test. ff. de alt. empti. quem sequitur Bald. consil. 440. n. 7. lib. 5. dicens, quod si statuo cavetur, ut de contractu venditionis solvatur gabella, & testator iul-

ferit in testamento, rem mihi vendi, quæ vendita est, gabella non debebitur, qui rem principaliter habeo ex causa legati per text. in d. l. si hæres, & quia id factum attribuitur testamento, non vero actui inter vivos, argumen. glossæ singularis in l. si quis ita, verb. de furtis ff. de stat. lib. sequitur Mant. de consuetudinibus, volum. 2. §. 18. n. 13.

Ex qua doctrina Iacob. Buttig. Ludon. Ponce Meria in l. Regia Toler. de los terminos in prima partit. 2. fundamento n. 17. inquit, quod utrumque practitarum est in causa quorundam, qui ex testamento cuiusdam clerici post eius mortem omnia bona sua vendiderunt, ut ex ea venditione gabella non deberetur referunt etiam ad hoc Tit. 9. in l. bonæ, §. hoc sermo, ff. de verb. signific. limitatione 9. n. 13. & in tractatu de retract. lignag. tit. 1. in fin. §. 2. n. 4. idem tenentem.

Faciunt etiam pro hac parte congesta per Girond. de gabell. 11. par. in princip. ubi quod iure communi nulla de ultimis voluntatibus debetur gabella, ut per DD. in l. fin. C. de edict. divi Adriani tollend. & Firmian. de gabell. 3. part. membro 5. n. 1. & ideo Lassat. d. l. fin. n. 31. inquit de iure communi non deberi gabellam de relictis in ultima voluntate, & quod statutum dispiciens contrarium, esset iniuriam.

Accedat præterea, quod iuxta nostras II. Regias gabella non debetur ex testamento, nec codicillis, sed tantum de venditionibus, & permutationibus.

Sed profecto in nostra questione principali contraria sententia tenenda est in præximo quod ex venditione facta iussu testatoris debetur gabella ex generalitate l. 1. titulo 17. hoc libr. 9. quæ quominus in testamento suo locum habet testator efficere non potest, ut in nemo potest, cum materia ff. de legat. 1. pro ut retractu bene observat in his terminis Tiracquel. de retract. lignag. ad fin. titul. quæst. 2. n. 7. ¶ Præsertim quia isto casu non minus principaliter rem ex contractu habeam, quam ex testamento, iuxta Butt. in l. si fideiussor, §. commisit, ff. de legat. 1. & in terminis nostre questionis hæc partem adversus Iacob. Buttig. & sequaces tenet, & probat Lassat. de decim. vendit. c. 16. n. 17. cum seqq. & Girond. de gabell. 11. p. in princip. n. 7. cum seqq.

Nec prodesse poterat illis laicis venditionibus, si hæredes erant eisdem clerici testatoris, quod iussu ipsius ac proinde exempti venditio facta esset: quia cum re vera ipsi vendidissent, eorum persona inspicienda fuit, & est, non inbensis testatoris, extraditis per Caldas in l. si civitatem habens. C. de integ. restit. in verb. contractum fecisti, n. 17. ad fin. quamquam hoc nimis controuersum sit ex adductis per Tiracquel. in l. final. communal. gloss. 3. n. 184. & ita merito Mexiam in suprad. sua opinione mordet Lassat. ubi supra, n. 28. recte censens, gabellam deberi in specie Mexicæ, quod si bona sacentia clerici venderentur, gabella quoque deberetur, ut infra late agemus alia questione de clerico vendente, an debeat gabellam?

Quod si clericus in suo testamento bona sua venderet emptori presentis, & accipientis, pro ut recte contractus in testamento fieri potest, iuxta gloss. fin. in l. hæredes palam. §. fin. ff. de testam. cum communi sententia, de qua per nos in repet. l. nemo potest, n. 254. ff. de legat. 1. ex venditione gabella non debetur attentio privilegio clerici, de quo in l. 6. tit. 18. hoc libr. 9. Nam si non clericus, sed laicus foret, adhuc sine dubio gabella solvenda

soluenda esset ex venditione, quamvis in testamento fuisse celebrata ex prædicta venio, & tenenda sententia, & præterea tenet Lassat. de decim. dist. cap. 16. n. 30. & in præfatione in scholio ad l. i. tit. 17. hoc lib. 9. verb. considerandi in fin.

Non obstant modo adducta ptoprii parte, & non quidem doctrina Jacob Butrici contraria, & sequacium, quia ipsa in nostris Regnis falsa est ex generalitate d. l. v. prædictimus.

7 Nec congesta per Girond. vbi supra, nempe, quod de ultimis voluntatibus non debeat gabellearia verum id fatetur detelictis in ultimis voluntatibus: ceterum non ideo sequitur, nec concluditur ex venditione præcepta fieri à restatoribus gabellem non debent, quia cum ipse non vendat, sed hæres, ipsius persona est inspicienda, iuxta d. l. i. tit. 17. vendidit. pag. 1. & quod si ipse restator vendat cum effectu in testamento emtori presentis & acceptanti, iam hoc contractus emtionis, & venditionis est licet fiat in testamento prore fieri potest, & ac proinde comprehenditur sub dispositione, & præcepto, d. l. i. tit. 17. hoc lib. 9.

8 Nihilominus tamen, si eorum quod agitur in testamento, legitimum sit, ita ut nulla venditio subsistat, ut in specie, l. si fundus legatus, ff. ad l. Falcid. eo quod pecunia iusta præstari pro legato consequendo non, ut rei pretium, sed implenda conditionis causa legati deus, cum in toto illo fundo legatum consistat, gabella ex hoc non debetur, ut ex facto consilius respondit Lassat. de decim. vendit. cap. 16. n. 26.

SUMMARI A.

- 1 Gabella quare non debeat de pane cocto
- 2 Si a impo non potest panis cocto.
- 3 Gabella non debetur ex quocumque pane cocto ad vesendum, sive ex tritico, sive ex hordeo, typha, vel de mayz, & c.
- 4 Sententia exdememorata certe quantitas de pan singulis annis solvenda domino alienius loci, de quo pane sit intelligenda, vel an de omni pane & n. 3. cum seqq.
- 5 Frumenti appellatione veniunt omnia, qua arista continentur, nempe, triticum, hordeum, siligo, spelta, & alia id genus.
- 6 Gabella debetur ex paniculis salis coctæ.
- 7 Gabella debetur, de los bizcochos, pastelles, buñuelos, & de otro genero de pan mantecado, & n. 13. cum seqq.
- 8 Panificæ Gabellem non solvunt ex pane cocto, quod tradunt alieni tot panes coctos, videlicet pro qualibet farinæ tritici sibi data.
- 9 Gabella debetur ex parte dantis triticum pro pane cocto presentis: sed ex parte panificæ propter panis cocti privilegium.
- 10 Gabella debetur ex pane non cocto vendito in massa.
- 11 Gabella debetur ex venditione farinae.
- 12 Gabella an debeat ex venditione arrocærum, buñuelos, & fruce de farten, & n. seqq.
- 13 Cum quid est propter aliud, consideratur id propter quod est, & cuius species est maior.
- 14 Argento vase legato veniunt gemme eidem inclusa.
- 15 Gabella debetur, del alfajor vendito.
- 16 Consuetudo interpretatiua non censetur sublata à legibus gabellearum, sed tantum derogatiua.

QVÆSTIO LXXVI.

De pane cocto, quare non debeat gabella

Q Vero de ratione, intellectu & praxi, 34. in princ. tit. 18. hoc lib. 9. nou. Collect. Reg. dum præcipit: Que no se pague alcavala de pan cozidos. Cuius decisionis duplicem quidem rationem refert Lassat. de decim. vend. c. 20. n. 7. Prima est, ut pauperibus consulatur, qui soli regulariter panem coctum emunt in plateis, & foris: diuites enim triticum habent, & vel sibi decoquant, vel pistonibus dant ea lege, ut tot panes coctos, prout conuenit, pro qualibet faneca tritici accipiant. Secunda ratio est, quia inter omnia, que veniuntur homines, panis coctus primas tenet, unde dicitur, panis cocto propter sui excellentiam immunitatis gabella privilegium fuisse concessum: Quibus rationibus non solum in gabella, sed etiam in hia, quia nulla, nec alia impositio imponi possit in pane cocto, late probat Boba dill. in sua Pol. de Correg. lib. 3. ca. 3. n. 8. pag. 59. Ego vero nullam necessariam concludentem rationem huius privilegii rationem assignari posse censeo, nisi quod sic placuit simile privilegium concedere aliis rebus, in quibus non eadem ratio militare videbatur, & nihilominus ex congruo concessum est, ut patet in quampluribus legibus eiusdem tit. 18. hoc lib. 9. & infra videbimus.

Nihilominus tamen rationes supra assignate persvadent merito panis cocto id privilegium immunitatis concessum fuisse. Unde cum verba hæc de pan cozido generalia sint, late patet, ut de quocumque pane simplici ex farina, & aqua confectio intelligatur, hinc quidem panis iste ex tritico, sive ex hordeo, vel ex typha, aut ex mayz, aut alio quoque semine ad vesendum conficiatur, cum hic etiam panis coctus ad vesendum factus sit: Cum ergo verba nostræ legis, & mens in hac conueniant, & eius dispositio locum habere debet, l. 4. §. v. cum similib. ff. de dam. infest. licet generaliter legis nostræ acceptio recepta est secundum Lassat. d. cap. 20. n. 4. sequitur Bobad. vbi supra. d. n. 38. tamen alias autonomastice, proprie, ac simpliciter loquendi panis vocatur, qui conficitur ex farina triticea cum aqua; Nam, qui ex aliorum frumentorum, aut leguminum farinis conficitur, ut tempore caritatis annonæ fieri solet, panis cum adiectione dicitur, panis hordeaceus, typhaceus, fabaceus, ut docet Valles Regius Medicus in lib. de Sacra Theolog. cap. 27. super Psalm. 103. in illis verbis, & panis cor hominis confirmet, quem refert Lassat. d. c. 20. n. 4.

Ex quibus semel in facto consilius respondit, quod cum homines cuiusdam oppidi exequutoffis licitis in contadictorio iudicio latis fuissent condemnati, ut domino temporali illius oppidi soluerent certam quantitatem frumenti (hoc, scilicet, nomine) de pan cada año que lo sembrassen, & cogiesen, nec aperiretur, si aña de ser de trigo, & cada o centeno que cogiesen, & de todo, & de cada una especie del dicho pan la dicha cantidad de fanegas, & forsan videri posset de omnibus suis seminibus esse solvendam præfatam quantitatem singulariter, & quia frumenti appellatione veniunt omnia, que aërta continentur, nempe triticum, hordeum, siligo, spelta, & alia id genus, gloss. in l. 1. C. de condit.

condit. in publ. barre. lib. 10. & ibi Lucas de Penna, de scilum incautus fuit à quodam aduocato veterano: nihilominus mihi vitium fuit contrarium, nempe, que aunque cogiesen los labradores trigo, centeno, & cada, que de solo el trigo han de pagar la dicha cantidad de fanegas de pan, & quia licet prima facie appellatio frumenti, hoc est de pan, generalis quidem sit, & vtrumque comprehendere videant: nihilominus tamen proprie sumptum in potiori significatu accipiendum est, nempe de solo trigo, cum hæc species frumenti ceteris præeminetior sit: Et quia cum hordeum, vel typham significare volumus, adiectione solemus, de cenada, o centeno: nihil vero adiectione de tritico intelligimus, & cum sententia sit stricti iuris intelligi debet stricte, & proprie interpretari, ut minus ledat condemnatum, præmaxime propter odium, & præsumptionem violentiæ, quam ut plurimum solent habere huiusmodi exactiones fieri solite à dominis suis vasallis. Accedat præterea, quia frumentum capitur etiam strictius pro specie nobili tritici, quod siligine, hordeo, & aliis nobilibus est: & sic ex consuetudine frequenter capitur, licet large capiatur pro omni blado, ut docet, & mire probat Rebuff. in l. 77. in vers. frumentum dicitur ff. de verb. signif. pag. 499. & in terminis ita cum aliis tenet, & probat Castill. de Bobadill. ex su. Pol. de Correg. lib. 3. c. 3. n. 15. vers. 8. alio en los contratos, & c. hæc nisi ex probationibus à domino factis in iudicio in quo late fuerint dicte literæ exequutorie aliud consilium ego enim solum vidi chartam exequutoriam, in qua simpliciter de pan continebatur, sin declarat que lo que anian de pagar fuisse trigo, cenada, o centeno.

Sed ut ad propositum d. l. 34. redeamus, obseruandum erit ex paniculis salis cocti gabellem proculdubio deberi, ut indicatum fuisse commemorat Lassat. d. c. 20. n. 5. quia hic non est panis coctus, de quo loquitur, & intelligenda est, dicit l. 34. nempe, de pan para comer no para sa lar, & dar daber a lo que se come: nulli licent hoc privilegium salis coctæ concessum reperitur, sequitur Bobadill. vbi supra. Quintimo si verus panis, de quo loquitur præfata l. Regia, cum se alia ita intueatur, ut in aliam speciem transcat, nonnuncque nomen rotatur, gabella ex eius venditione debetur: est enim aliud plulquam panis, & tertia species, argumento text. in l. si quis vinum. ff. de iur. iur. oleoque leg. ut resoluat exemplum hugens Salaz. de usu, & consuet. c. 5. ex n. 32. cui libenter assentitur Lassat. dist. c. 20. n. 6. & Bobadill. vbi supra, dist. n. 38. ibi: De los vizcochos, & de los pastelles, buñuelos, & de otro genero de pan mantecado, adonde dice, que de estas cosas bien se deve alcavalar, por ser cosa compuesta, & no simple, ni absolutamente pan cozido, & unque Gironda de gabel. 7. part. 8. 1. numer. 17. que alli refiere tenga lo contrario, ut infra numer. 13. dicemus.

Sed cum triticum meum do panificæ, ut certos quosdam panes ex eo coctos det mihi pro qualibet faneca, nulla gabella ex hac conuentione debetur, quia neque venditio est, nec permutatio, qui duo contractus duntaxat gabellem debent, ut in l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. & supra diximus, sed potius est pactum quoddam modum coherentia traditionis rei proprie vestrum, iuxta l. in traditionib. ff. de pact. ut late probat Lassat. de decim. vendit. c. 20. n. 8. cuius seqq. aduersus

Didac. Perez in l. 1. gl. fin. tit. 17. lib. 8. Noua Collectio Regie, asserentem, depositum esse, ac proinde colligit, panificas si non adimplent conuenta cum dominis, quotidie carcerari, & cellate prisulegium l. 62. Tanti, quia cum depositum non reddant, furtum videtur committere: est tamen plulquam depositum, atque illa praxis carcerandi panificas non adimplentes conuenta, aliam rationem habet, ut ibi inquit Lassat. & sequitur Azoued. n. 8. in loco statim citando, reddens aliam rationem, & praxis communis accepit, vi panificæ gabellem non soluant ex hac specie conuentionis per nostram l. 34. nec dantes eis frumentum, nisi in caso infra proximo, & quod non solvatur gabella, del contrario que se haze con los panaderos, para que den por cada hanega de trigo tantos panes, tenet etiam Bobadill. vbi supra. d. n. 58. & Azoued. late in l. 34. n. 5. tit. 18. & 69. quod si procedit non inuestigato, an ex eodem tritico, quod probetur, vel alio panes cocti dentur dominis, indistincte enim obseruatur ex huiusmodi conuentione, & contractu gabellem minime solui.

Quod si panis coctus præfatus daretur simpliciter pro tritico, exit contractus permutatiouis, ac proinde ex parte dantis triticum, debetur gabella, sed ex parte panificæ propter panis cocti privilegium, de quo in hac l. nostra 34. ut in terminis bene probat Lassat. d. c. 20. n. 11. & Bobad. vbi supra. d. n. 58.

Denique, ut ex litera nostræ l. a contrario sensu, ibi: De pan cozido patet, debetur gabella de pane non cocto vendito in massa, & tenet in terminis Girond. de gabel. 7. p. 8. n. 7.

Eadem ratione de venditione farinae debetur gabella, ut contra Dyn. in l. quæstionem §. illud for. iusse. ff. de leg. 3. tenet Barr. ibi n. 1. & Bald. in l. non dubium. C. de legibus, quos refert & sequitur Fitman. de gabel. 8. par. 2. membro. n. 14. vol. 11. tract. diuers. Doct. & Girond. eodem tract. 8. par. n. 4. Bobadill. vbi supra.

De venditione autem arrocærum, buñuelos, & frustra de farten, gabellem non deberi, sicut de pane cocto illa non debetur per nostram l. probat Girond. de gabel. 7. par. 8. n. 17. etiam si in dictis arrocæris caro sit inclusa, quia tantum consideratur panis coctus, argumento text. in l. si quis peruenianus ff. de auro, & argent. & leg. 1. & vbi probatur, quod cum quid est propter aliud, consideratur id, propter quod est, & cuius species est maior, & ideo argenteo vase legato veniunt gemme eidem incluse, ut notant Barr. & scribentes ibidem: Contrarium tamen probat Bobadilla vbi supra, n. 58. vers. De los bizcochos, quod est verius, ut supra probauimus. Quidquid postea distinxerit Azoued. in dist. l. 34. n. 2. cum seqq. gabella, ut ex arrocæris, & pastillis non debeat gabella, cum Girond. sedus vero, de buñuelos, & farta de farten, quia defecit qualitas coctura: sed de vitio que debetur gabellem probat, sicut del alfajor, ut voluit Salaz. de usu, & consuetudine. c. 4. n. 3. & nisi consuetudine interpretatiua legitime præscripta, aliud fuerit introductum, & que conuenio inter pretatiua non censetur sublata à legibus gabellearum, sed tantum derogatiua, ut per Lassat. de decim. c. 2. n. 24. & in casibus dubijs vere interpretatiua est præd. consuetudo.

SUMMARI A.

- 1 Gabella quare non debeat, de los cauallos, mulas y machos de silla que se vendieren, y trocaren en fillados, y en frenados.
- 2 Equitandis vsus in pace incundus, & in bello non modo utilis, verum etiam per quam necessariū, ut experientia docet.
- 3 Gabella non debeat, de los quartagos que se venden en fillados, y en frenados, ni de los rozines, y hacas.
- 4 Gabella non debeat, de las yeguas que se venden en filladas, y en frenadas, excepto sino son domadas, ut in n. 7.
- 5 Malculium comprehendit genui femininum etiam in priuilegiis.
- 6 Gabella ad hoc, ut non debeat, de los cauellos, mulas, y machos que se venden en fillas, os, y en frenados, Equitator simul, que antes sean de silla, o si baltan que se vendan con silla, y freno, aunque antes no fueren de los & in numeris segg.
- 7 Los criadores de qualquiera potros no pagan alcavala de la primera venta que dellos hizieren, aora los vendan en fillados, o en frenados, o en cerro.
- 8 Gabella debeat ex equo nouo, & indomito vendito etiam si cum sella, & freno vendatur.
- 9 Gabella tunc non debeat ex equo ornato sella, & freno vendito, quando hoc simul cum equo venduntur, & non alias.
- 10 Equo simpliciter vendito ornato sella, & freno causa venditionis nulla facta mentione sella, aut freno, ornamenta hoc venisse videntur: sed si equus non vendendi causa, sed inuenis occasione ornatus duceretur cum sella, & freno, ac deinde venierit, nulla ornamentorum mentione facta, ut in num. 13. sed contra numer. 16.
- 11 Gabella debeat ex equo nudo vendito.
- 12 Gabella debeat ex venditione sellarum, & frenorum scorsum facta, & per se sumpta, & n. 19. & 20.
- 13 Gabella debeat ex iumentis venditis.

QVÆSTIO LXXVII.

Quare non debeat gabella, de los cauallos, mulas, ni machos de silla que se vendieren, y trocaren en fillados, y en frenados?

Quarto de ratione, intellectu, & praxi l. 34. tit. 18. hoc lib. 9. non Collect. Reg. dum in ea cauetur: *Que no se pague alcavala de los cauallos, ni de las mulas, y machos de silla que se vendieren, y trocaren en fillados, y en frenados: circa rationem dicimus, tam esse fauore militiæ, ut bene notat Dida. Perez. in l. 1. tit. 17. lib. 5. Ordin. pag. 192. col. 1. vers. forte est ratio, quia ex his, que sunt esse necessaria ad militiam non debeat gabella, ut equus, mulas venditis cum sella, & freno, & armis, &c. Est enim equitandi vsus (addit Lassar. de deci. vend. c. 20. num. 15.) in pace incundus & in bello non modo utilis, verum etiam per quam necessarius, ut experientia docet, & tradit l. 1. tit. 17. lib. 6. Recopil.*

Et quidem primo obseruandum est circa intellectum nostræ l. Regiæ, ut non solum equus, sed etiam rozinius quoque, est qui sunt alia istius speciei animalia continentur, & si minoris longæ staturæ, & dispositionis fuerint (veluti quartagos,) quia licet in corpore, & statura differant secundum plus & minus, non dicuntur corpore, & statura differre, argum. text. in l. fin. ff. de fund. instrum. instrumentoque leg. l. scaphan. ff. de emtion. ita tenet Mexia in l. Regia Tolæ. de los terminos. 2. p. fundamento 4. n. 10. quem sequitur Lassar. d. c. 20. n. 16. licet Girond. de gabell. 7. p. §. 1. n. 25. cum segg. non putet hodie iure Regio esse veram hanc opinionem: quia honos tribuitur equis, habentibus membra congruentia, vulgo dictas cauallos de marca, per l. rozin. 21. p. 2. ad medium, tribui non debet a los quartagos, & quia consuetudo non debet extendi de vno casu ad alium præiudicium tertij, & Regi patrimonio, iuxta auctores ibi per eum allegatos: Verum eius in hoc particularis opinio, quo ad nostrum propositum attinet, falsa est omnino in eo iudicio, & sic præcautio proba in hoc opinione contrariam, que prædiximus Mexia, & Lassar. scilicet, quod ex rozinis, & equis paruis hoc est, quartagos, y hacas venditis, iuxta formam, & qualiter nostræ l. 34. requiritur non debeat gabella, quia d. l. loquitur de equis venditis, ut in ea cauetur nulla adiectione circa statutam facta, nempe de grandes, ni de marca: At quis negabit equulos paruos, equos esse? Cum igitur lex non distinguat in hoc, nec nos distinguere debemus, ut in iorib. vulgaribus præcipue in odiosis, præmaxime cum in dubio (si in hoc esse mus, quod negamus) contra gabellam sit iudicandum, ut sup. resolimus §. 6. n. 10. ubi quomodo hoc sit intelligendum explicuimus: nec fatemur, consuetudinem solum esse non soluendi gabellam de equis, sed nostram hanc l. 34. hoc expresse præcepisse, que indistincte in praxi obtinuit, siue equi magni, medi, vel parui sint: Quod si aliud diceremus, quælo dicas mihi, cuius staturæ debet esse equus, ad hoc, ut ex eo vendito iuxta formam l. non debeat gabella, vel ipsa debeat, estne aliqua lex in proposito gabellæ non soluendi, vel soluenda, que hoc declarat? Perfecto nulla: Iudices igitur in hoc diuersimode iudicarent, si opinio Girondæ vera esset, & quandoque iuberent solui gabellam ex illis equis, ex quibus alij contrarium iudicarent, & e contra: si que Res publica, & Regnum in hoc consensione impleteret, atque decilio nostræ l. 34. obicere inique redderetur, cum ipsa clara, & generalis sit, omnes equos venditos, vel permutatos cum sella, & freno comprehendens.

Quinimo, & secundo de equibus quoque accipiendum est verbum illud, cauallos, quia masculinum comprehendit genus femininum ex regula l. si ita scriptum est. de leg. 2. l. si quis legatus. ff. de in l. qui duos. ff. de leg. 3. de qua regula late agunt l. si quis id. quod. ff. de iurisdict. omni. ind. n. 20. cum pluribus sequentibus, Abb. consil. 36. in 1. par. D. Covar. in cap. Raynuntius de test. a. n. 2. Auiles in c. 1. praxi in gloss. De singula persona, & alij quam plures auctores, & habet etiam locum in priuilegiis, ut resoluit Tiraque. de reuocata. l. 1. §. 1. gloss. 9. n. 209. & in terminis nostræ l. 34. ita tenet, & probat eadem, vel maiori ratione Lassar. d. c. 20. n. 16. & 17. & Girond. d. 7. p. §. 1. n. 22.

Nec obstat l. 1. eodem tit. 18. hoc lib. 9. dom 7. præcipit, de equibus solui gabellam debere,

en ellugar de la Puebla de Villa franca del Arcahispa, quia de indomitis equibus intelligenda est, non vero de domitis iuxta formam nostræ l. 34. venditis, ut obiectat Lassar. d. cap. 20. numero. 17. ad fin. vel quod cum lex illa localis sit, videtur in contrarium esse ius commune in alijs oppidis.

Sed illud inter nostras magis controversum est circa intellectum, & praxim nostræ l. 34. est, an dum ipsa loquitur de equis venditis, ut de hac venditione non soluitur gabella, intelligatur esse necessarium ad hoc, quod duo copulatiue interueniant. Primo, quod equus fuerit antea de silla, & sicque fuerit a huicæctus sellam portare. Secundo, quod equus freno, & sella ornatus veniat, an vero hoc vltimum tantum sufficiat, nempe, quod equus veniat cum freno, & sella, licet primum non concurrat, vel nullum eorum? In mulabus enim & mulis venditis ad non soluendam gabellam vtrunque copulatiue requiri omnes fauentur, & probant ex licita clara nostræ l. ibi: *Ni de las mulas y machos de silla que se vendieren, y trocaren, en fillas, y en frenados*: sed in equis venditis hoc non ita patet: Quinimo contrarium verius videtur generaliter, nempe, ut quomocumque cum freno, & sella non antea ferocierint, sed neque in sella, & cum freno, aut nullo, ut vulgo dicunt venduntur, gabella non debeat ex huiusmodi venditione, ut probare nititur Mexia ubi supra d. n. 10. nempe ex equorum venditione quomocumque facta gabellam non debet decens, hoc satis deduct ex Lipsa Regia si per puncta, & comata, quibus constat, legatur nempe, ut post verbum illud cauallos, punctus sit adhibendus: quasi ibi requiritur sensus, & tradit illis hac deinde alia dispositio sequatur, qualifacata, ibi: *Ni de las mulas y machos de silla que se vendieren, &c. y trocaren en fillados, y en frenados*: itaque hæc verba, *De fillas, & legueta, En fillados, y en frenados*, tantum referantur ad proxima, & sic a las mulas, y machos, non vero ad equos venditos: quasi illa dispositio de equis pura remaneret: additque, se ita vidisse, solitumque esse prædicare: cuius opinionem sequitur dicens, cum veriore videri Girond. de gabell. dicit. 7. p. n. 1. num. 22. sed aliter intelligit Mexiam, quam ipse verè loquitur: Patet namque Girondæ Mexiam tenere, sufficere equos venditos esse cum sella, & freno, vel cum muelo, licet antea in eo tantum ornato non seruiert: & hoc in Girona semper consuetudine approbatum vidisse: Attamen reuera, ut vidimus, Mexia ubi supra plus dicit, & tenet: nempe, quod ex equis simpliciter, & generaliter venditis non debeat gabella, quantumque cum freno, & sella non antea ferocierint, sed neque in sella, & cum freno, aut muelo vendantur: Dixeris igitur hic casus est ad eo sensu, quem Girona tribuit Mexia: Mexia igitur tenet ex equis venditis quomocumque nullam gabellam debere ex nostræ l. 34. Girond. vero ita demum eam non debere, si cum sella, & freno vendantur, vel cum muelo, licet antea in eo tantum ornato non seruiert.

Sed vtrumque falsum videtur: vtriusque est, ita demum ex equis venditis gabellam non debere. *Ni de las mulas y machos, quando los vno, y los otros eran, y seruan antes de silla, y se venden sin ornamento en fillados, y en frenados: demanera que no bastaria para no deuerso, ni pagarse de los cauallos alcavala, ser ellos primero de silla, sino se venden en fillados, y en frenados: ni venderse en*

fillados, y en frenados, si antes no eran de silla, como en las mulas, y machos: claramente lo prouea, y decide nuestra ley, sin contradiccion de nadie: Quod idem in equis probate censendum est, cum sit vna eademque dispositio generalis, equos, mulas, & mulos equaliter comprehendens, & verba illa: *De filla*, sicut cætera sequentia, *En fillados, y en frenados*, relecti debent ad omnia superiora de equis, mulabus, & mulis disposita in eadem oratione ut in l. satis scriptura eum similib. ff. de legat. 1. l. heres meus. §. uxori meæ. ff. de legat. 3. quia eadem ratio adest, argumeto l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdict. vno. iud. Y el ser de silla significa habito, y costumbre de ministerio ordinario, y no el acto simple de tenerla a caballo al tiempo de la venta, pues ambas cosas como diuersas las pone, y requiere la ley: y de otra manera en todas las bestias de albarda, y carga, se defraudaria facil mente la alcavala: ebandotes vna silla, y freno de poco valor al tiempo de la venta: Et ad hoc videtur alludere, l. 2. §. fin. tit. 17. lib. 6. Nonne Collectio Regiæ, qua cauetur: *Que para que los vezinos de los pueblos se animen, y apliquen mas a la crianca de las yeguas y cauallos manda, que de la primera venta que los criadores dellos hizieren de qualquiera potros, aora los vendan en fillados, o en frenados, o en cerro, no paguen ni se les lleue alcavala alguna*. Est igitur hic casus specialis in fauor de los criadores de yeguas, y cauallos: Ergo in contrarium est ius commune extra hunc casum speciale, nempe, que si antes no eran de silla aunque se vendan con ella, y freno, se deuera alcavala, ut in terminis rectius probat contra Mexiam Lassar. de decim. d. c. 20. n. 20. citans in idem Dida. Perez. in d. l. 1. tit. 17. lib. 5. Ordina. pag. 192. col. 1. & Cellin. Repertor. Legum Regni. verb. alcavala. linea 18. & tandem inquit Lassar. num. 18. quod hoc iure vultur, & d. num. 20. quod ita communis praxis, & consuetudo recepit, ut illic qualitates modum in mulis, sed in equis requirantur, ut illorum priuilegium locum habeat.

Sed Dida. Perez ubi supra non videtur tenere hanc opinionem: requirit, scilicet vtrunque copulatiue in equis, sed potius sufficere posterius: loquitur enim ibi, verbis: vnum tamen est notandum, quod vendito equo, seu mula cum freno saltem, & sella non debeat gabella ex tali contractu, prout receptum est in nostro regno Castellæ, nisi intelligamus loqui iuxta l. Regiam de hoc agente, nempe d. l. 34. ut patet quia loquitur Perez etiam in mula, in qua nemo dixit vnumquemque non requiri: Ergo idem in equo vendito videtur sensisse, & sic in sensu, quo cum citauit Lassar.

Quid tenendum? Ego hæc secundam opinionem longe veriore esse censo, & tenendam in praxi præcipue si ita est receptum (ut dicitur, præfati auctores) Cæterum si opinio Girondæ alicubi in praxi recepta sit, vel consuetudine obseruata, nempe, ut ex equi venditione cum freno, & sella venditi non soluatur gabella licet antea in eo tantum ornato non seruiert, non mihi displicet: videtur tamen ipse Girona sentire, & præsupponere in sua opinione, quod equus sit venditus antea in vtroque ministerio seruierat, nempe, de silla, y albarda: dum inquit, *in eo tantum ornato non seruiert*: Ergo in vtroque, alias enim si equus venditus cum sella, & freno antea nunquam fuit de sella, nec credo in praxi immineat esse a gabella, nec verum est quidem et sit artem

dispositione nostræ. I. sicut prædiximus explicata, quia alias passim frans fieret eidem contra Regium sicutum. Procedit igitur opinio Girondæ, quando elcauallo sermia antes de silla, y albarda, & tunc potius inspiciendum est, quod magis consuevit fieri, hoc est, id in quo frequentius sermiat equus, ut si magis cum sella non debeat gabbella: si vero contrarium, ipsa debeat, & ita intelligendum est Girond. ut ipsemet postea, n. 32. seipsum noncupatim declarat, addens, idem esse intelligendum de mulis, & mulabus, ut quod præuulerit inspiciendum sit: Opinio vero generalis Mexicæ nullo modo tenenda est, quia vera non est, sed potius falsa.

13 Ex quibus primo deducitur, quod si equus nouus, & indomitus sit, ex eius venditione gabella debet: quod etiam probatur ex l. 1. tit. 1. §. hoc lib. 9. ubi: Et potius licet talis equus nouus, & indomitus vendatur cum freno, & sella, siue sine eis, ut bene probat Mexicæ d. c. 20. n. 12. addens, hoc intelligendum nedum in pullis equinis, qui matres sequuntur, & adhuc earum lacte nutriuntur, nisi de prima eorum venditione facta ab educatoribus eorum, iuxta d. l. 2. §. fin. tit. 17. lib. Noua Collect. Reg. supra citatam, quod debuit aduertere hanc præd. author. sed etiam in quibuscumque aliis maioris ætatis, modo indomiti sint, quos potros dicimus: quia tales pulli, & equini, cum sint indomiti de sella non sunt, & sit necessarium esse de sella, ad hoc, ut ex eis gabella non debeat.

13 Secundo deducitur, non sufficere, ad hoc, ut ex equo ornato sella, & freno vendito etiam si sella sit, quod equus frenum, & sellam habeat impositam tempore venditionis, nisi hæc simul cum equo vendatur, ut recte probauit idem author, n. 25.

14 Quinimo, n. 27. etiam obseruat, equo simpliciter vendito, ornato sella & freno, causa venditionis, nulla facta mentione sella, aut freno, ornamenta quoque hæc uenisse uidentur, ex tex. in l. adiles, l. 2. in princip. & in ff. uendendi autem causa, l. 1. de adilit. adilit. & traditis per Ant. Gomez. 2. tom. var.

15 resol. c. 2. n. 17. quod si is equus non uenditur causa, sed lincris occasione ornatus duceretur cum sella, & freno ac deinde ueniret, nulla ornamentorum mentione facta, quamuis eo casu solum equus sine ornamentis uenditum intelligat esse iurisconsultus in d. l. adiles, & docet Anton. Gom. ubi supra, & communiter DD. ex noua tamen istius tributi gabellæ consideratione, quam Iurisconsultus non nouerat in ea, l. rei sine, & equi traditio inspicienda sunt, ita ut si uenditum cum freno, & sella tradiderit equum, sic eum uendidisse intelligatur præd. legis Regiæ 34. beneficio gaudere uolens: si lecus uera si eum nudum dederit quia tunc iure potius communi uis uidebitur, & gabellâ soluet.

18 Ex uenditione etiam sellarum, & frenorum seorsum facta, & per se sumpta gabella debetur, ut in l. 3. ubi: Quod esse uisum los silleros, y freneros paguen alcauala de las sillat, y frenos, y espuelas que uendieren, tit. 18. hoc lib. 9. solum enim inueniuntur privilegiati per d. l. 34. equi de sella uenditi. En sillades, y frenados, iuxta in præd. citata.

19 Quo casu neque ex ipsis sella, & freno, quibus equus de sella est ornatus tempore uenditionis, gabella debetur: scus uero erit, quando sella, & frenum per se solum absque equo uenduntur, quia sicut equus per se uenditur sine freno, & sella immunitatem non habet, ita frenum, & sella, nisi cum equo de sella uendantur, nullum privilegium habent, ut recte etiam obseruauit Lassart. d. c. 20. n.

20 26. Cui adde id procedere, nedum quando uen-

ditio sella, & freni, per se sine equo sit ab artificibus sellarum, & frenorum, quo casu loquitur d. l. 1. §. 8. sed etiam si ab alio quocumque fiat ex suprad. ratione, & sic ampliatur dispositio d. l. 38. ut in hac quoque specie procedat, & locum habeat ex generalitate, l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.

Ultimo obseruo id, quod de equis, & mulis utriusque sexus sanctum est in d. l. 34. minime esse ad reliqua iumenta extendendum, ut contra Didac. Perez inaduenit aliquid tenentem, probauit merito Lassart. d. l. c. 20. numer. 30. estque de hoc lex expressa l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. ubi: De las Azemilas, potros, y asnos.

S V M M A R I A.

- 1 Gabella non debetur de pecunia percusa hoc est, la moneda amonedada, & quomodo hoc intelligatur, & n. 2.
- 2 Gabella non debetur de libris, de quo agitur etiam n. 4. & 5.
- 3 Gabella non debetur, de falcones ni ottas aues de cada.
- 4 Gabella an debeat ex permutacione rei immunis a solutione gabellæ, cum alia non immuni: & n. 8.
- 5 Gabella non debetur, del pan que los estrangeros destos Reynos traçeren a uender a Seuilla por la mar: ex uenditione tamen illius trisici gabellæ debetur, ut in n. 10.
- 6 Gabella nec alia iura debentur, de los pinos que se uendieren para las atarazanas Reales de Samilla.
- 7 Herradores de que cosas son libres de pagar alcauala.
- 8 Sylleros, y freneros pagan alcauala de las cosas que uenden de los officios.
- 9 Appellationes armorum non continentur, estribos, y espuelas.
- 10 Gabella de armis perfeltis non debetur: scus de las armas que non estan acabadas.
- 11 Gabella non debetur, de los ubones de malla: peto si de los otros ubones, anque hasta aqui no se aya pagado.
- 12 Gabella non debetur, de los arcabuzes permitidos, ni vedados.
- 13 Gabella non debetur, de las espadas y dagas, peto si de los cuchillos pegueños: scus de maiores, ex numero 19.
- 14 Gabella debetur de ensibus lucidis, omnino consummatis, nullo tamen capulo ornatis.
- 15 Gabella auri quando, & qua gabella debeat?
- 16 Gabella ex argento, quando, & qua debeat?
- 17 Gabella non debetur, de la primera uenta de los cauitinos, y otras cosas sacadas de tierra de Moros en tiempo de guerra.
- 18 Imunitas a solutione gabellæ, de otras cosas, y personas aqui referidas.
- 19 Los boticarios de que cosas, y medicinas han de pagar alcauala, y de quales no? & n. 8. seg.
- 20 Gabella non debetur ex uenditione iurium Regalium, neque ex redemptione aliorum iurium redimibilium super his impositorum.
- 21 Gabella an debeat ex uenditione uestimenti, & aliorum ornamentorum pro diuino cultu consecratorum.
- 22 Gabella non debetur de rebus Cruciate uenditis.
- 23 Gabella de niue debetur.

Q V A E S T I O LXXVIII.

De pluribus rebus, ex quarum uenditione gabella non debetur.

Verò etiam: An sint alia rei immunæ a solutione gabellæ præter enumeratas in quibuslibet præcedentibus, & quæ? Responsum, alias quam plures esse, quæ patent ex l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. noua Collect. Reg. & ut singulas perstringamus, & nonnulla circa eas in praxi dicamus.

Capio 1. nunc pecuniam percusam, hoc est, la moneda amonedada, de qua gabella non debetur, nec soluitur, ex l. 34. d. tit. 18. ubi: Ni de la moneda amonedada, quod procedit siue, ut talis pecunia iuxta intrinsicam eius ualorem a lege impositam una cum alia permittetur, siue, ut qualibet species inspecta materia, & ualore intrinsico pro alia quantitate pecunie uendita fuerit, & siue pro alia re generica, uel specifica permittetur, iuxta speciem l. fin. ff. de condit. caus. dat. Etenim generaliter statuitur in hac l. Regia, ut ex moneta percussa nulla gabella soluitur, modo uere pecunia, & moneta sit, hoc est legitimi ponderis, probæ materie, & forma publica ex causa, l. 1. ff. de contrab. emp. alias enim pecunia sine moneta dici non potest.

Sed 2. quomodo sit pecunia reproba, & non expeditibilis, modo sit anrea, uel argentea, nulla ex eius uenditione, & permutacione gabella soluetur, quia generaliter ex argento & auro distrahitis nihil gabellæ nomine pendit debet, ut probat l. 8. ubi: T que aras personas algunas, & c. tit. 17. hoc lib. 9. & in terminis probat Lassart. de decim. uendit. cap. 2. c. n. 32.

Deinde 3. eadem l. 34. canetur: Que no se pagne alcauala de los libros assi de Latin, como de Romance, en quadrados, y por enquadernar, e ferros de mano, y de mude, quod antea esse dispositum, & auro aptique affirmat Firmian. de gabell. quem refert Girond. de gabell. 7. par. 5. 1. 1. n. 15. ubi id limitat, si codex scriptus non fuerit, sed manualis, hoc est, in blanco, de hoc enim inquit gabellam deberi ex uerbis nostræ libi: E ferros, a contrario sensu, quia requirit hanc qualitatem, ut codex sit scriptus, ad hoc, ut ex eius uenditione gabella non debeat: nihilominus tamen in hoc standum est consuetudini interpretatur, 31. legitime inductæ præcipue Cortæ, & Vniuersitatum huius Regni, ubi semper uenduntur huiusmodi libri manualis in albo, & apud libentarios hæc res comperit erit.

Verum 4. dum lex nostra loquitur de libris: Ansi de Latin, como de Romance. idem intelligendum est, etiam si Gallicæ, Italicæ, aut Græcæ, uel quacumque alia lingua conscripti sint, ut a notauit Lassart. d. c. 20. n. 32. quia in omnibus libris scriptis militat eadem ratio, & gratia exempli fuerunt apposita uerba illa: Ansi de Latin, como de Romance.

Similiter 5. eadem l. 34. canetur: Que no se pagne alcauala de falcones, ni de azores, ni de otras aues de cada, quod intelligit Lassart. d. c. 20. n. 33. siue ab aliis partibus a portentur, siue in his Regnis nutriantur: generaliter enim lex nostra loquitur, ac proinde generaliter est intelligenda.

Verum 6. circa intellectum eiusdem l. 34. in rebus quas immunæ a solutione gabellæ, eadem l. facit obseruat idem Lassart. de decim. uend. c. 17.

n. 19. quod cum unusquisque ex permutacionibus soluetur debeat decimam ex ea re, quam in pretium rei a se date ab alio receperit, si tamen quæ alias uendita immunis esse solet in pretium receperit, non ideo rei illius pretiolegio excusabitur: uelut si fundum pro equo ornato, sella, & freno, uel libris, aut alio ex enarratis in d. l. 1. §. 34. sed potius secundum equi æstimacionem, & librorum ualorem decimam soluturas sum, iuxta l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. etenim ea privilegia locum habent, quando res illæ in contractum ueniunt, ut merc, non ut pretium, atque ita debere intelligi d. l. 34. affirmat protvlati aperte recipi ex ea ait: ubi: Ni de la moneda, ubi si pecunia ueniat in contractum ut merc, aperta immunitatem habet, sicut panis coctus, & cetera ibi expressa: & tamen constat, quod ex pecunia, ut pretium deducta in uenditione, & permutacione, decima debetur, ut in l. 1. & 2. d. tit. 17. hoc lib. 9. tunc non soluatur decima ratione ipsius pecunie, sed ratione rei uenditæ, aut permutatæ pro ea: hæc ille, quod repetit iis author d. c. 20. n. 34.

Hæc tamen 7. obseruatio ex parte recipientis rem immunem a solutione gabellæ loco pretij rei suæ, quo casu loquitur Lassart. recte procedit, & uera est: Ceterum cum ex parte dantis rem præd. immunem, ea merc non ut pretium ueniat in contractum, quia tunc est res non immunis ab eo recepta loco rei suæ immunis, ex quo gabella non debetur propter immunitatem rei a se date: non etiam debetur gabella hac in specie a dante rem suam immunem, siue pretio, siue pro alia re non immuni, id quod manifeste probat d. l. 34. ubi: Quo se uendieren, y trocaren, & c.

Uterius 8. l. 36. tit. 18. hoc lib. 9. canetur: Que 9 sean francos, y no paguen alcauala los estrangeros de fuera destos Reynos del pan que traçeren a uender a Seuilla: quod ideo procedit, ut exteri inueniantur, quo magis titanicum portent ad hæc Regna tempore necessitatis, ut notat Mexicæ in pragmatica taxæ panis, conclusioe 5. n. 38. quem refert & sequitur Lassart. d. c. 20. n. 34. ubi inde recte deducens, quod ex uenditione illius trisici gabellæ debetur, cum non ipsi titico, sed primis illis exteria uenditionibus, quæ illud portauerint in Hispaliem. Cuiusmodi, & ibidem uendiderint, aut permutauerint immunitas concedatur.

Non debetur etiam gabella, nec alia iura, de los pinos, que se uendieren en qualquier manera para las atarazanas Reales de Seuilla, ut in l. 37. tit. 18. hoc lib. 9. Inuadenda persona que los comprare que son para ellas, y no para otras personas, ut in d. l. Regia canetur.

Son 10. tambien francos de alcauala los herradores de todo el herraje que gallaren en los Reales y con la gente de las guaraniones, que per mandado del Rey estuieren en qualquier lugar: pero los otros herradores han de pagar el alcauala de todo el herraje que gallaren en todas las otras partes. T los 13 silleros, y freneros de las sillat, frenos, espuelas, y espuelas que uendieren, ut in l. 38. d. tit. 18. hoc lib. 9. 7. ex quo deducitur: Que los espuelas, y espuelas non continentur appellatione armorum in hac materia, ut notat Montalio in Repert. d. Ord. in uerb. Alcauala, alias enim eorum uenditio immunis esset, ut statim dicemus.

De las armas ofensiuas, o defensiuas que se 15 uendieren no se paga alcauala alguna, quando trocaren, y acabadas en la forma que se suele, y acosumbra ofar de ellas, ut in l. 40. d. tit. 18. hoc lib. 9.

lib. 9. ubi additur: *Que de las cosas de que se hacen los dichos armas, y de las mismas armas, no estando acabadas en la manera: y perfeccion que se suele usar dellas, y de los aparejos para usar dellas, aunque sean tocantes, y anexos a las mismas armas, se pague alcavala quando se vendieren, o trocaren.* De los rubones de malla no se dene ni ha de pagar alcavala pero si de los otros rubones, aunque hasta a qui no se oya pagado, vt in l. 4. eiusdem tit. 18. hoc lib. 9.

17 Ex qua lit: *Que de los arcabuzes, y otras qualesquier piezas, y tiros de artilleria non debentur gabella, nec ex armis etiam lege prohibitis, veluti in casu, l. 8. tit. 6. lib. 6. & in l. 14. tit. 4. lib. 6. noua Collect. Reg. nre. De los arcabuzes menores de una vara de medir el canon, y de nuevas formas de armas, y artes prohibidos, cum hæc omnia sint arma, & armorum appellacione continentur, vt probat Lassat. d. c. 20. n. 67.*

18 Similiter quæ de censibus, & sic is gabella non debetur, quia hæc arma proprie sunt, quibus in prælio utitur, & ipsa tamen debentur de cultellis minoribus, nempe vnus palmi plus minus, quorum vnus domesticus potius est, & familiaris pro vlti mensa, vel domus, argumento text. in authent. de armis, §. vt autem, collatione 6. ibi. *cultellos minores, quibus nullus in prælio utitur: non vero debentur, de cultellis, & gladiis maioribus ad prælium aptis, ita probat, & indicant in facti contingentia Lassat. d. c. 20. num. 69.*

20 Secundo quæ ex litera d. l. 40. supra relata constat ex censibus lucidis, & omnino consummatis, nullo tamen capulo ornatis gabellam debent, *Porque no haffan hechas, ni acabadas en la forma que se suele, va costumbre usar dellas, como se requiere por la dicha ley, quelo esten para que no se deua alcavala, & ita fuit in terminis postea declaratum Madridi in Curia anni 1582. pessione 79. vt refert Lassat. d. cap. 20. num. 70.*

21 Item *es libre de pagar alcavala el oro, fino es quando lo vende el mercader que lo labra vender, que paga de la ganancia quitada la cuarta de maravedis por onca l. 18. tit. 17. hoc lib.*

22 *Y assi mismo de la plata nadie paga alcavala, sino el mercader, o cambiador, o platero, que pagan quando compran cinco maravedis por marco, y despues, quando venden de las piezas de vn marco, o desde arriba lo mismo cinco maravedis por marco, y da las de marco abajo pagan de sola la ganancia quitada la cuarta de diez maravedis vno, vt in d. l. 18.*

23 Item *no se paga alcavala de la primera venta de los cauinos, y ganados, y otras cosas que qualesquier personas assi de acauallo, como de apio sacaren de tierra de Moros en tiempo de guerra, y las vendieren en estos Reynos, ellos, o otros por ellos despues de sacado, y puesto en salno, vt in l. 10. tit. 18. hoc lib. 9.*

24 Item *se exceptan de no pagri alcavala las cosas de las personas ventas, y lugares particulares contenidas en las leyes del quaderno de las alcavalas, que se refieren desde la l. 11. hasta la l. 33. tit. 18. hoc li. 9. que por ser privilegios particulares: que su duçion no los eluidan, y no ser leyes generales, no se refieren a quan por esten.*

25 Sed cum l. 14. tit. 17. hoc lib. 9. *dim. cantum effect: Quo todo los boticarios paguen alcavala a assi*

de las medicinas, como de todas las otras cosas de su officio que vendieren excepto los boticarios declarados en la l. 1. y siguientes del tit. 18. deste lib. 9. pragmática quadam 91. in ordine Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabeth, condita anno Domini 1493. 18. die Junij fuit declaratum (quamuis in hoc lib. 9. non reperitur) sed potest fuit supradicta, vt hi apothecarij solent teneantur gabellam ex medicamentis simplicibus duntaxat, que ab ipsis venduntur: secus autem ex compositis, y de aguis destiladas: ex qua tota pragmática Regia ea regula generalis deducitur.

Quod quæ quotiescunque medicina, aut alia res venditur, talis, qualis à natura productur, vt sunt radices, herbe, folia herbarum, & arbutorum, flores, semina, fructus, cortices, gummi, masecala, veluti lapides, & metalla, & similia, gabella prestij debetur. Idem est ex venditione earum rerum, que licet compositæ sint, attamen, & sanis quoque ac bene valentibus proficua vendi solent, como son conserua, y conserua, o otras cosas semejantes que se suo len dar a saldos: quas diiudicare poterit iudex suo arbitrio iuxta loci consuetudine, vt arbitratu Lass. n. 73. latam citanditate harum namque venditione, & similia gabella quoque soluenda est.

Si vero res est, aut medicina talis sit, que industria, & operæ apothecarij ad usum, solamque infirmorum vtilitatem redocatur atque componitur cum admisione alterius, sine sine ea gabella soluenda non est, vt latissime explicat ea lex, ibi: *Que las cosas compuestas, & infra: itaque in ratione alcavala facienda est distinctio inter industrialis & naturales medicinas, vt latius deducit, & profequitur hoc Lassat. de decim. d. cap. 20. n. 72. & 73. addens n. 74. se ex hoc semel indicasse mulierem vendentem aquas destillatas ex his, que medicinales sunt, de quibus loquitur, & intelligenda est dict. Regia pragmática, ibi: *Y aguis de alquitaras, gabellam non debent.* Ex quibus suppleendus est Salazar. de vsu, & consuetudin. cap. 4. num. 55. dum dicit. pragmática non meminit, sed tamen l. 104. in quaestio gabellatum, que est dicit. l. 4. tit. 17. hoc lib. 9. & cauendum ab Azeued. in d. l. 14. num. 1. dum cenet dicit. pragmática scilicet de medicamentis simplicibus, que Medici infirmis, & dolentibus iubent prestari, nullam gabellam debent, cum tamen contrariam expresse præcipiat d. pragmática in medicinis simplicibus, vt ex ea patet, & est prædictum.*

Denique quæ praxis communis huius Regni etiam obtinuit, vt ex venditione iurium Regalium, quinimo, & de redemptione aliorum iurium redimibilia super his impositionum gabella non debetur: *Y assi se dan pofisiones Reales de la Contraduria Mayor de su Magestad, para que no se pague, ni se lleue desto alcavala hasta que otra cosa se pague.*

Ex venditione quoque recto pretio ab herede laico facta cuiusdam vestimenti ex iis, quibus Ecclesia pro dimino cultu in sacrificiis, & altariis vti solet, nec consecratis quidem, quia nondum Ecclesie vltus destinatum fuerat ætenuaria lata in Regali Cancellaria Vallisoletan. ann. Domini 1570. mense Junio, declaratum fuisse gabellam non debent, commemorat Lassat. d. c. 20. n. 71. dicens, sibi magnopere hanc sententiam cum religione, & pietatis plena sit, & quod ubi hæc vigerit consuetudo pie religioseque eam esse seruam

QVÆSTIO LXXIX.

Cui gabellario debeat gabella ex venditione rerum consistentium in pondere, numero, vel mensura?

Quæro quæ modo, quando, & cui gabellario debeat gabella ex venditione earum rerum, que pondere, numero, mensuraue consistunt, quando ad pondus numerum, vel mensuram venduntur?

Ad quæ quæstionis decisionem necessario est præmittenda alia, an scilicet, venditio harum rerum sit pura, vel conditionalis. Si enim pura est, statim vt contrahitur, debetur gabella gabellario illius temporis: si vero conditionalis, ipsa non debetur, nisi tunc demum, cum adimpleta fuerit conditio, ac gabellario temporis adimpletæ conditionis.

Et quidem, vt res hæc clarius resoluatur, incipiamus à decisione aures text. in l. quod sepe, §. in iis, ff. de contrab. emt. ex quo text. clare constat, non aliter harum rerum perfectam esse venditionem, etiam si de pretio conuenierit, quam si ad mensuram, appensam admodum fuerit, vt obsecratum fuit in prædicta causa.

Denique de rebus Cruciatæ venditis non soluitur gabella, vt cauetur in l. 5. titulo 18. hoc libro 9. ita disponente: *Et nuestra merced, que de las cosas que se tomaren por qualesquier Tejedores, y Receptores de la Santa Cruzada, y de las que se vendieren por ellos, o sus hazedores no se pague alcavala.*

De l. si niene se deue alcavala, como que da dicho arriba con Parladou. libro 1. rerum quodidinarum, 1. parte, §. 1. a. numero 25. & Lassat. de decim. vendit. capit. 2. numero 30. nunc addo eos sequentem Bobadilla in su Polística de Corregidores, libro 3. cap. 4. num. 10. en el qual en el n. 9. se veeran muchos cosas en fauor del uso de la niene para enfiar la bebida, y prouea ser cosa muy saludable.

SVMARIA.

- Gabellario cui debeat gabella ex venditione earum rerum, que pondere, numero, & mensura constant, resoluatur n. 1. & 7.
- Venditio earum rerum, que pondere, numero, & mensura constant, an sit pura, vel conditionalis non est perfecta ante ponderationem, numerum, vel mensuram, vt in n. 2. nisi vnico pretio totum conuenierit, vt ibidem, & n. 8. est conditionalis, & tamen interim non est locus panitentia, vt in n. 6. & 7.
- Quod sepe, §. in iis, ff. de contrab. emt. loquens in rebus mobilibus ad mensuram venditis, habet etiam in rebus immobilibus ad mensuram distrahitis, & in n. 6.
- Distrahitis Bald. in l. si sit periculum, n. 1. veti. sed quid si, C. de act. empt. reprobatur circa duas formas venditionis vini ad mensuram.

si vero in singula corpora certo pretio non erit perfecta, quousque numerentur animalia, vt in ceteris præcedentibus: Quod si ex dollario pars vini venierit (veluti metretæ centum) verissimum est, & constare videtur, antequam admittatur, omne periculum ad venditorem pertinere: Nec interest etiam pretium omnium centum metretatum insimul dictum sit, an in singulas eas. Hæc textus ille, & per cum Doctores communiter, præsertim infra citandi, nempe Conarr. Lassat. Azeued. in l. 1. n. 40. & 141. tit. 17. hoc libro 9. & Molina Teholog. in secundo tomo de inst. & iur. disp. 366. col. 697. ad fin. & col. sequenti, & ceteris quam plures.

In summa, cum res consistent in pondere, vel mensura, venditur ad pondus, numerum vel mensuram certo quodam pretio conuenito, pro quolibet pondere, numero, vel pro quolibet mensura, imperfecta venditio est, quousque admodum, admetta, appensave ea sint: quia venditio quasi sub hæc conditione videtur fieri: secus quando vno pretio venduntur vniuersaliter sine

pondere, numero, vel mensura. Ita desinit ex preste textum d. 5. in iis, quæ limitatio probatur in l. 23. tit. 5. p. 1.

4. Et si illius textus dispositio loquens in rebus mobilibus ad mensuram mensuram distrahatur, ex rebus immobilibus ad mensuram distrahatur, ex textu in l. fin. venditionis, §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. ubi notatur Bart. & communiter Doctores teste Domin. Couarr. in Practi. Quæstion. cap. 3. n. 2. ut sicul. 10. ex his inferunt, & n. 10. nec non & Lassart. de decim. vendit. cap. 5. n. 28. & nos lib. 3. Practi. quæst. 194. n. 15.

5. Ex quibus proculdubio respondendum erit ad nostram primam, & principalem questionem, ut in specie ipsius gabella non debeatur, nisi demum rebus ponderatis, numeratis, vel mensuratis, quia tunc adimpleta tacta conditio temporis venditionis, & sic primo, non vero secundo gabellatio, qui erat tempore perfectionis contractus, & adimpleta conditio, iuxta supra tractatus, & adimpleta conditio, iuxta supra tractatus, & adimpleta conditio, iuxta supra tractatus.

6. Est tamen prædicta venditio ad pondus, numerum, vel mensuram, ut in d. 6. in iis, iuxta veram & communem sententiam illo textu probatam, quam refert Menoch. consil. 26. num. 28. vol. 1. & Deci. consil. 179. n. 1. lib. 1. quos ad hoc refert, & sequitur Lassart. d. cap. 5. sub n. 29. atque ideo nemo potest altero iure, ab ea venditione recedere, etiam ante mensuram adhibitam, secundum P. in Paris. consil. 59. n. 9. lib. 1. Couarr. d. cap. 3. n. 6. & Lassart. ubi supra d. n. 29. licet enim quo ad translationem domini, & quo ad periculum, & commodum non solum in rebus mobilibus non dicatur perfecta venditio ante mensuram, vel pondus, quod venditio ad mensuram, vel pondus fuit facta, ut in d. quod sepe, §. in iis, & in l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. l. 24. tit. 5. par. 5. sed etiam in rebus immobilibus ad mensuram venditis, ut prædictimus: tamen quo ad effectum, vel non sit licita penitentia ante mensuram, venditio est perfecta, sicut in ceteris venditionibus conditionalibus, ut resoluimus lib. 3. Practi. quæst. 194. n. 15. cum seqq.

7. Et in terminis nostræ questionis per prædicta eam sic decidit Lassart. d. c. 5. n. 21. cum sequentibus, quem sequitur Azmed. in l. 1. n. 43. tit. 17. hoc lib. 9. & Moli. Theolog. de inf. & iur. 1. tom. dissertatione 306. col. 698. quibus adde, quod si venditio harum rerum non fiat ad pondus, numerum, vel mensuram, sed vniuersaliter vno pretio, sine mensura, pondere, vel numero, debet statim gabella ex eius pretio, iuxta regul. d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. cum simulque de venditione conuenierit, statim sit perfecta venditio, sicut in ceteris rebus, quæ pondere, numero, vel mensura non constant, & probatur in d. 12. tit. 5. par. 5.

8. Vnde tamen facile vides, amantissime Lector, quantum in hac re ab scopis veritatis deuiantur Bald. in l. fin. periculum, n. 1. ver. sic, sed quia ff. C. de alti. em. quem sequitur Paul. de Caltr. ibi, dum distinguit inter venditionem illam. hæc modo conceptam, Vendo tibi vinum totum, quod est in ista vasa, & aliam, Vendo tibi tot salmas ex tali vasa, vel ex tali cellario, nempe, ut in primo casu non dicatur venditio facta ad mensuram, quia tunc mensuratio non venit ad substantiam, sed ad declarationem solius pretij, quod etiam in se ipso certum est tam naturaliter, quam per artem geometricam, & sic contractus est perfectus in ipseca veritate sicut quando contrahitur sub con-

ditione de præterito, licet de essentiali talis conditionis incerti sumus: in secundo vero casu prædicti venditionis sub forma mensuræ: vnde substantia formæ, materiæ, & contractus est in ipsa mensura, & sic antequam mensuratur est emptio imperfecta, & non habet substantiam materiam certo, & determinato modo, sed quasi conditionaliter.

Hæc namque differentia Baldi confunditur aperte ex decisione text. in d. 5. in his legibus quæ sepe, ff. de contrab. empt. Ex qua constat in utroque prædicti casu venditionem fieri ad mensuram quasi conditionalem eo modo, ut prædictimus: licet enim, quando totum vinum venditur ad certum pretium pro qualibet mensura, & tunc natura certum sit, quantum sit pretium totius vini: alia tamen ratione videtur non ad speciem, & corpus, sed ad mensuram esse venditionem contractam, quia, scilicet, non est determinatum pretium, & vti tunc vini, sed singulatum pro qualibet mensura, & sic totum corpus non potest dici venditum esse, & ita merito contra Bald. cum reprobandus, tenent Salicet, in proprio loco n. 4. & Curt. Junior. Domin. Couarr. d. c. 5. num. 7. & Gregor. Lopez. (licet tandem relinquat cogitandum in l. 24. tit. 5. par. 5. glo. 2. & affirmatine Lassart. d. c. 5. numer. 25. cum sequentibus, pro qua opinione contra Bald. videtur d. l. 2. tit. 5. par. 5. ubi: No las pesando, ni midiendo, ubi Gregor. Lopez. glo. fin. tam lex pendit contra Bald. dicens, quod per eam videtur destrui dictum Bald. ubi supra.

SVMARIA.

- 1. Consciens bona fide speciem ex aliena materia, tenetur antiquo domino ad pretium actione in factum.
2. Gabella non debetur ex pretio, quod quis tenetur solvere antiquo domino ex eius materia bona fide speciem consciens.

QVÆSTIO LXXX.

An gabella debeatur ex pretio materiæ alienæ, ex qua quis bona fide speciem fecit.

QVÆRO: Supposito, quod consciens bona fide ex aliena materia speciem tenetur antiquo domino ad pretium actione in factum iuxta l. in rem alio. l. 1. §. item quæcumque, ff. de rei vendic. glo. fin. §. cum ex aliena, verb. spicas, in fin. de rerum diuisi. communiter approbata secundum Lassart. ubi addit ad Portium.

An ex isto pretio debeatur gabella, necne? Et videtur ipsam deberi, quia vera soluitur pretium illud pro materia: Ergo est venditio, quia interuenit pretium, iuxta gl. communiter approbatam per text. ubi in l. fin. C. de prædictis Decret. lib. verb. intelligi, & in l. cum dotem, gloss. penult. C. de in. dor. ve. per Padillam in l. voluntas n. 10. & 11. C. de fideicommiss.

Nihilominus tamen in questione præmissa contrarium reuelo esse tenendum, quia in ea bona fidei possessor cum domino materiæ nullum negotium habuit, nec gessit, cum tamen ad rei venditionem requiratur mutus consensus partium, ut patet: sed cum is naturalis ratione dominus

dominus fieret eius rei, quam fecit, iniquum esset, eum cum aliena iactura locupletari, & ideo ad materiæ pretium obligatur, non ad rem: Nulla igitur ex hoc venditio considerari potest, sed potius eius, quod interest solutio ex equitate, l. si me, & Titium cum ibi notatis, ff. de cert. pet. & in terminis ita bene probant Lassart. de decim. vendit. c. 12. n. 1. qui numeris sequentibus, per totum illud caput peribelle agit, an & quando faciens sibi ex aliena materia speciem, dominium sibi acquirat, vel non: sed quia hoc est extra materiam huius tractatus, id omitto.

SVMARIA.

- 1. Gabella an debeatur in specie text. in l. insulam, §. si qui potior, in pig. habeantur? resoluimus? in 5.
2. Pensiones rei vendite, quæ antea locata erat emptori cedant, & debeantur? & num. seq.
3. Fructus maturi atque pendentes, qui in fundo vendito sunt tempore venditionis emptori cedant, nisi aliud inter partes conueniat.

QVÆSTIO LXXXI.

De quo debeatur gabella in specie text. in l. insulam, §. si qui potior, in pignor. hab.

QVÆRO: Cauetur in l. insulam, quod insulam, quam locatam habebam in aliquos annos certa metcede, puta viginti aureorum in singulos annos constituta, mille vendidi tibi pacto coadiactio, ut prioris anni pensio mihi, sequentium tibi esset accessura. An scilicet, nedum ex mille aureis conuenit sed etiam ex viginti, quos pro prima locationis pensione accipiam, gabellam sim soluturus, quos videtur accipere ex pacto venditionis, necne?

2. Videtur tamen hæc questio pendere ab ea, quæ habet, qualiter pensiones rei vendite, quæ antea locata esset emptori cedant, & debeantur? Quæ in re multipliciter distingui solet, ut constat ex tractatibus per Salicet. in l. si libianus, §. si fructibus ex n. 8. ff. de alio. empt. & Domin. Couarr. d. l. var. resolut. c. 15. n. 3. in id tamen DD. magis communiter consentiunt, eatenus pensiones rei locata, quæ post locationem vendita sit, emptori, vel venditori cedere, quatenus fructus ipsius rei ad emptorem, vel venditorem pertinet debuisse, si locata non esset, pro ut singulos casus prosequendo docet Salicet. in d. §. si fructibus, n. 8. quem sequitur Couarr. ubi supra, vno casu tantum excepto, de quo in l. si §. si ff. de iur. sif. est: quæ communis, recepta, ac vera sententia, ut cum aliis resoluimus lib. 1. Cano. Quæst. c. 33. n. 20. ubi n. seqq. late egimus de hac materia.

Verum tamen non sine Lassart. de decim. vendit. c. 15. n. 35. duas regulas inquit colligi in hoc ex d. §. si fructibus, ex quibus recte explicatis tota materia intelligitur.

3. Prima tamen regula est: fructus maturi atque pendentes, qui in fundo vendito sunt tempore venditionis, emptori cedunt tanquam fundi pars, nisi aliud inter contrahentes conuenierit. Ceterum de fructibus, qui post venditionem nascuntur, nulla dubitatio est, quin emptori sint restituendi, nulla

eius mora intercedente quo ad solutionem pretij, iuxta materiam Lenrabii. C. de alti. em. Et hæc prima regula verissima quidem est, & tenenda, ut supra resoluimus.

Secunda tamen regula est, quod si fundus venditus locatus prius erat, pensiones omnes, siue quæ iam debentur propter tempus locationis transactam, de quibus nulla poterat esse dubitatio: siue quæ postea debebuntur ex locationis progressu, ei cedent, qui locauerat tam in prædictis rusticis, quam vrbanis, nisi aliud nominatim conuenierit inter contrahentes tempore venditionis: quod cum ita generaliter dicat, & statuat Iurisconsultus in d. d. §. si fructibus, miratur quidem Lassart. ubi supra, quod DD. nostri ad eo recedentes tot distinctiones induxerint, & numeris sequentibus, late agit de intellectu dict. §. si fructibus, hæc secunda regula non ita plane procedit, nec ex text. illo colligitur, ut prima, & ita ipsemet Lassart. n. 36. supplet illi text. eumque intelligit, ut eam regulam veram efficiat, ubi ex lege venditionis actum esset, ut emptor staret locationi. Ergo vero teno, quod resoluimus in hoc ubi supra.

Ad tamen nostram questionem principalem accedens circa casum d. l. insulam, §. si qui potior, hab. respondeo, quod aut pactum est ibi de stando locationi per emptorem, & tunc illud solum estimabitur, quia ex eo procedit, ut venditor pensionem rei locatae consequatur, & illud pactum vltius adiectum, de quo in d. l. insulam, scilicet, de locata, per venditorem pensio prioris anni, tanquam superfluum venditori, estimandum non est, cum abique eo pacto habitus esset pensio, ceterum si in casu d. l. insulam, adiectum non esset pactum de stando locationi per emptorem, cum nisi illud de lucranda pensio specialiter conuenisset, nihil foret habitus venditor, velle videtur esse illud pactum, & pars pretij erit censendum, ac proinde estimandum ex l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. debet igitur gabella in omnem euentum in specie nostræ questionis, nedum ex mille in pecunia solutis nomine pretij, sed & ex viginti, quæ ex vno, vel altero pacto venditori proueniunt, ut bene resoluimus Lassart. d. c. 15. n. 46.

SVMARIA.

- 1. Gabella an debeatur, de la venta de las cabeças, pules, y manos de carneros, y otros animales, resoluimus affirmatiue.

QVÆSTIO LXXXII.

An debeatur gabella ex capitibus, & pedibus arietum, cæterorumque animalium, quorum corpora iuentur ponderari?

QVÆRO: An ex capitibus, pedibus, manibusque arietum, & cæterorum animalium iuenturum, quorum corpora iuentur ponderari, debeatur gabella? Et non debet probare videtur, l. 10. tit. 19. hoc lib. 9. dum præcipit: Que los carniceros sean obligados a pesar la carne de arescenera, sin la cabeça, y las pies, antes que lo corten por menudo: porque desta manera los arrendadores de las alcaualas podrán saber lo que pesan, y conforme a ello pueden cobrar el alcavala. Ergo de prædictis capitibus,

capitibus, & pedibus ipsa non debetur: nihilominus tamen procedit obio contrarium est dicendum. & tenendum imo, quod ex dictis capitibus, pedibus, manibusque debeatur etiam gabella, & solvenda sit ex regula generalis, l. i. tit. 17. hoc lib. 9. precipiens: Que de todo lo que vendieren paguen los vendedores el alcavala de diez vno. Neque obstant verba d. l. 10. supra in contrario expressasque de xarse de pesar los pies, cabeças, y manos, no se dize en la ley a fin de libertarlos de alcavala, sino porque esto no se suele comunmente vender peso, porque no es uniforme su estima, y valor con el valor de la canal ni puede sin perjuicio meterse en el peso aqueño que no vale tanto precio con lo que vale mas, y pues no se vende a peso, no era menester pesarlo, basta saber el numero de las cabeças, y menudas, para cobrar della el alcavala.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex duobus rebus uno pretio venditis, quarum una libera est à solutione gabella?
- 2 Quando unum pretium soluitur pro duobus rebus, tantum pro qualibet censetur solutum, quantum unicuique earum convenit secundum valorem earum.
- 3 Pluribus hominibus uno pretio distractis, unus vitiosus redhiberi potest, nisi separari non possint, tunc enim omnes redhiberi possunt.

QVÆSTIO LXXXIII.

An gabella debeatur ex duobus rebus uno pretio venditis, quarum non libera est à solutione gabellæ?

QUæro 1.º etiam: An aliqui debeatur gabella ex duobus rebus simul unico pretio venditis, & forte pretiosior libera est, atque exempta à solutione gabellæ? Et dicendum censco, quamlibet rem suo iusto pretio ex præcepto iudicis estimandam fore (nisi inter partes aliter convenierit) & gabellam deberi ex pretio rei tributariæ definitio, argumen. doctrinæ Paul. de Cast. in l. si quod ex Pamplona, n. 2. ff. de lega. 2. ubi tenet, quod quando unum pretium soluitur pro duobus rebus, tantum pro qualibet censetur solutum, quantum cuique earum convenit secundum valorem earum, facit rex. in l. adites, §. si an h. ff. de edict. edict. ubi pluribus hominibus uno pretio distractis, unus vitiosus redhiberi potest, nisi separari non possint, tunc enim omnes redhiberi possunt, vel oti. si trigadi sunt, vel mimi, non enim est in potestate partium, ut gabellatio præiudicent præd. res unico pretio vendendo, alias enim facile Regio fisco itaus fieret, quod non est permittendum, l. i. tit. 17. hoc lib. 9. ibi. O hazen oros frandes por encubrir la dicha alcavala; deshagan los dichos frandes, y hazgan acudir al nuestro Arrendador, o Receptor, con todo lo que montare el alcavala, anido respecto al verdadero precio que intervinere.

SVM MARIA.

- 1 Omnes regulariter vendentes, & permutantes cuiuscunque sexus, generis, & conditionis sint, gabellam solvere tenentur.
- 2 Nobiles, clarissimi que viri gabellam solvere tenentur.
- 3 Nobilitati non nocet gabella solutio.
- 4 Advena quoque, & alienigena, qui in his Regnis vendiderint, aut permutaverint, gabellam solvere tenentur.
- 5 Gabella ius Regale in totius Regni utilitatem, & defensionem penditur.
- 6 Gabella à solutione non excusatur quis, eo quod nunquam eam solatur.
- 7 Confectudo, vel usus immemorialis non excusat à solutione gabellarum, nec alia ratio, caritas, o privilegio, ni aluaales Reales, & aunge eam confirmados, &c. sino estoveren assendos en los libros Reales de lo saluado, y sobre electio de los Contadores Mayores.
- 8 Confectudo interpretatiua contractuum bene excusat à solutione gabella, sed non derogatoria.
- 9 Confectudo non solum est interpretatiua legum, sed & privilegiorum, & scripturarum, que ex decennij lapsu interpretantur.

QVÆSTIO LXXXIV.

De personis, quæ tenentur, & non tenentur solvere gabellam?

QUæro, quæ persona gabellam solvere tenentur, & quæ non? Quo ad primum hic breviter agam: quo ad secundum aliis sequentibus diffusius disseremus.

Omnes igitur homines vendentes, vel permutantes ad gabellam tenentur, cuiuscunque sexus sint, ætatis, religionis, conditionisque, siue masculi, siue femine, siue maiores, siue minores, siue Christiani, siue ethnici, siue particulares personæ, siue Vniuersitates, & loca, nobiles, siue ignobiles, vel quacunque dignitate prædicti, quales sunt Comites, Marchiones, & Ducës, l. i. tit. 18. hoc lib. 9. Ex qua hanc regulam constituunt Parlad. rerum quotid. lib. 3. cap. 35. n. 16. Laffar. de decim. vend. c. 19. n. 1. Gironi. de gabell. 7. part. in princ. n. 1. & ceteri communiter DD. de hac re agentes.

Nec mirum, quod nobiles clarissimos que viros hoc gabellæ tributum comprehendat, quos tamen antiquissimum Hispaniæ ius ab omni tributum liberauit, ut probat Otalor. de nobilit. 2. p. c. 4. & p. 5. c. ff. in princ. quia cum plebs reliqua potens non esset omnes necessarios sumptos Regibus suppeditare propter magnam fortissim Hispaniæ nobilitatis multitudinem, æquum fuit, ut nobilitati auxilio eleuaretur, ut considerant Domini à Soto, lib. 3. de iust. & iur. q. 5. art. 7. quem refert & sequitur Laffar. de decim. vendit. cap. 19. num. 2. Non tamen ideo nocet gabellæ solutio nobilitati, secundum eundem Laffar in præfatione ad eundem tract. de decim. vendit. c. 33.

Advena quoque, & alienigenæ, qui in his Regnis vendiderint, aut permutauerint, gabellam solvere tenentur, ut constat ex l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. &c.

& probat Bertrachi. de gabell. 7. p. n. 6. & Mencha. lib. 5. contraver. vsu frequenti. c. 2. n. 2. idque iustitiam rationes, quia in totius Regni utilitatem, & defensionem hoc ius Regale penditur, argumen. tex. in auct. de mandati. Princip. §. publicorum, quo casu, & peregrinos grauari debet Regnicolarum tributum, ut animadverterent Angles in suis Florib. Theologi. Quæst. in q. de restituione veltig. 2. dubio diff. 6. & Laffar. d. c. 19. n. 3.

Nec excusari poterit cuiquam à solutione gabellæ, eo quod nunquam cam soluetit, ut inabile probat l. i. tit. 18. hoc lib. 9. ibi: No embargante que digan que nunca la pagaron, y que estan en posesion de no la paga. In hincamque iuris in corporalibus negativis factum contradictionis requiritur, ut quasi possessio acquiratur, in v. doctrinam glo. communiter ubique approbata in l. qui luminibus ff. de seruit. urban. præd. & in l. 1. c. de seruit. & ag. in glo. 1. versu. & incip. ubi Padill. n. 14. plures allegans, testatur esse communem, & in propriis terminis, de quibus agimus probat Petr. de Rebus in 3. rom. ad l. Regias Gallic. in tr. de materia possess. in præfatione, n. 159. quem refert & sequitur Laffar. d. c. 19. n. 4.

De præscriptione autem iuris Regij hic esse agendum, nisi prius de eorum disceptum esset à nobis supra alia questione, ibi dicta in proposito, hic etiam tenentur memoria recolenda.

Nec etiam excusatur à gabellæ solutione consuetudo, nec usus immemorialis, nec alia villa ratio, caritas, privilegio, ni aluaales de los Reyes, & aunge san confirmados, nisi ordo ordenamiento Real, que se aya fecho, saluo si las tales mercedes, y franquicias fueren assendadas en los libros Reales de lo saluado, y sobre ofertas de los Contadores Mayores, ut in l. 1. tit. 18. hoc lib. 9.

Sed quænam consuetudo etiam immemorialis legis gabellatiæ derogatoria non excuset à solutione gabellæ: consuetudo tamen interpretatiua contractuum, ex qua gabellæ solutio cuitetur, bene iure valet, nec censetur exclusio ea, l. Regia, ut supra, non semel reholuimus, atque probauimus, & tenet Laffar. d. c. 19. n. 4. Et hoc coadiuuatur ex traditis à nobis, lib. 3. Prædicarum q. 62. n. 26. & 27. ubi quod consuetudo non solum est interpretatiua legum, sed & privilegiorum, & scripturarum, quæ ex decennij lapsu interpretantur, de quo etiam egimus supra q. 37. n. 20. cum seqq.

SVM MARIA.

- 1 Fiscus an tenentur solvere gabellam ex suis venditionibus, & permutationibus, conductuibus gabellarum ab ipso fisco titulum locationis habentibus? & numeris seqq. restituitur negativæ.
- 2 Fiscus intelligitur de Imperatore, vel Republica Romana.
- 3 Civitas, vel villa locan darium, vel gabellam saluam de contrahib. postea ab ea celebratis gabellam suis conductuibus solvere tenentur? & n. seqq. & quid in Magnatibus huius Regni, in n. 7. & in publicano maioris, respectu minoris, ibidem restituitur n. 10. & 12.
- 4 Cessio maxime differt ab immunitate, & exemptione.
- 5 In venditione, vel cessione iuris ad hereditatem solam venit ius, quod venditor, vel cedens habet, non vero actio, vel ius, quod cedens non habet.

- 11 Alia semel extincta amplius non venisificat.
- 12 Domini temporales locantes gabellas suorum oppidorum, tenentur solvere conductuibus earum, quas ipsi contraxerunt, vel ab aliis recuperaverunt illomet anno locationis, num. 7. 10. & 12. cum seq. nisi aliud conuenierit, ut ibidem limitatur, n. 16. sed contra num. 17. distinguitur optime, n. 18.
- 14 Domini temporales oppidorum vendentes proprietatem gabellarum quam habent, tenentur deinde gabellam solvere emptori suarum venditionum, & permutationum.
- 19 Regia ex contrahibus venditionum, & permutationum rerum suarum gabellam non debet, nec Princeps, nec Infantes huius Regni.

QVÆSTIO LXXXV.

An fisco solvere teneatur gabellam conductoribus gabellarum ab ipso fisco titulum locationis habentibus & quid de aliis locantibus gabellas?

QUæro modo: An fisco solvere debeat, & teneatur gabellam ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum, conductuibus gabellarum ab ipso fisco titulum locationis habentibus? Et non teneri probat expressa Licetario, §. si cum ff. de public. & veltig. ubi omnes notant, & in l. si peculium §. sicut de pecu. Bald. in l. emptor ad fin. & ibi Salic. C. de hered. vel actioe vendit. dicit veterem, & communiozem Boët. decil. 21. n. 2. in fin. & cum eo Bobadill. lib. 2. de iur. Politic. de Corregidor. c. 16. n. 173. littera I sequitur dicens, ita esse definitum in d. §. si quis, Parlad. lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 1. num. 31. & 32. Probat in l. 5. in versu. Et au de rinos, tit. 7. par. 5. expressa l. 3. tit. 18. hoc lib. 9. que ita se habetur: Ordenamos, que nos no pagemos, alcavala ni algunos por las villas, y lugares, y hereditamientos, y otras cosas que vniuersales muelles como rayes nuestros, que se vendieren, o trocaren.

Que lex cum generaliter loquitur, procedit, & intelligenda est in quacunque istius Regni parte Rex ipse vendiderit, vel permutauerit, siue in Regali loco, vel alieno alicuius domini particularis, ut recte obseruauit Laffar. de decim. vendit. c. 18. n. 9. §. c. 19. n. 8. Gabella enim Regibus debetur à vassallis, & subditis, non etiam ab ipsismet Regibus, ne sibi ipsis, aut aliis tributarij sint, vel quasi quod est impossibile: nulla etenim persona, vel res sibi ipsi seruire potest, l. vii. ff. de usufruct. per. l. in re communi. ff. de seruit. urbanor. præd. quia cum Regni causa id tributum inuentum sit, absurdum esset eo iure Reges subditi, argumento tex. in l. in perquum, ff. de vsur. Actio enim, & passio non se compungunt, cui rationi immittitur, & fondatur, d. §. fisco, & nostra l. 3. præallegata in eodem iure communis, ut notatur in l. vxor tua. C. de bon. auct. iud. possid. & tradit Carol. Molinens in consuetudi. Parisien. tit. 4. §. 1. gloss. 1. n. 56. licet conductor fisco non cesset actionem contra se, quia nemo contra se eam habet, & ideo inquit ibi Bart. 4. quod d. §. fisco, intelligitur de Imperatore, vel Republica Romana, qui sunt domini huius iuris, & obligationis, non vero de feruis. Idem Bart. consilio 226. conuertit Haino: non vero fundatur ille

ille text. in aliquo fisci privilegio, nec specialitate, tamen contrarium docet Parlat. ubi supra d. n. 32. nec non & Gironi. de gabell. 7. part. s. 1. n. 13. & quicquid Petrus Lopez de Ayala in Chronico. Regis Petri, ann. 2. sui Regni, cap. 18. prope fin. & vulgares existunt, quod nec Rex ipse ab hoc tributo excusatur, hoc enim fallum est, vt patet, & præterea tenet Lassart. ubi supra.

Ex t. quibus decidenda venit quæstio illa satis difficilis: quidam condixit communi civitatis, vel villæ dactum, vel gabellam salis, modo commune emit, vel vendit saltem, de qua emtione, vel venditione salis alias debeatur gabella, conductor ille petit a communi gabellam dict. salis commune autem respondet simul teneri solvere, quia non locavit nisi ius, quod habet, l. qui habet ius, ff. de contrahen. emptio. sed non habet ius contra se exigendi, & petendi gabellam salis, ne sit idem debitor, & creditor, ex notatis in l. emtor, C. de hered. vel alione vend. Ergo illud non locavit gabellario: quæritur quid ius sit in hac specie statuendum: Et hanc quæstionem inquit ita pro communi determinatam fuit a Bald. in d. l. emtor, numero quarto, per D. Rayner in d. s. ff. de iur. & ibi Bart. eandem sententiam tenet: In generali namque sermone persona loquentis videtur excepta l. inquisitio. C. de solution. quod exornat late Bernard. Diaz de Lygo in regul. 307. ubi ad hanc primam sententiam applicat eius addition. Saldæ allegans Baldum ubi supra, & quatuor cogitantem relinquat super ea Boer. decisio. n. 13. hanc opinionem negatiam sequitur, & probat Gironi. de gabell. 2. part. s. 2. n. 34. & dicit communem, & veterem Boer. ubi supra, n. 1. & 2.

Contrarium tamen in hoc opinionem tenuit, & probavit Barto. sibi conuarius consil. 226. incip. cauetur Statuto, imo, quod in præmissa specie commune civitatis tenetur suis publicanis gabellam solvere ex ea venditione duplii fundamenti, vt ibi per eum sequitur Parlat. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 5. s. 1. n. 3. loquens etiam in Magnatibus huius Regni, si in vestigialibus locandis sibi non caveant, vt conductores ab illis vestigial exigere non valeant, quia hi, scilicet, Magnates sicut non habent, vt notat D. Simanc. de institut. Catal. tit. 9. num. 128. Addit Parlat. n. 37. idem iudicandum esse de publicano principali, seu maiore alteri minori vestigialia locantibus enim maxime differat ab immunitate, & exemptione, vt per Molin. in consuetud. Parisi. tit. 1. s. 15. n. 6. & s. 24. n. 4. Igitur nisi illi domini in contractu locationis gabellarum suas venditiones, & permutationes exceperint, tenebuntur de eis gabellam solvere: tenetur enim venditor, & locator de emtione emtori, vel conductori, vt patet ex tit. de contrahen. emptio, & de locatio, & conduct. aliudque est vendere hereditatem, vel cedere ius, & actionem ad eam, l. hereditatem ff. de hered. vel alione vendit. In venditione namque hereditatis venit omne illud, quod sub hereditate includitur, & comprehenditur: t. In venditione vero, vel cessione iuris ad hereditatem solum venit ius, quod venditor, vel cedens habet, non vero actio, vel ius, quod cedens non habet, vt probat etiam l. venditor, ff. de hered. vel alione vendit. ibi. Tamen rem debent non alione nem, glo. in l. non vniur, si de usufruct.

Ex t. quibus profecto videtur resoluendum, vt si quidem in locatione gabellarum ab illis dominis facta tantum venit actio, & ius, quod ipsi domini tunc habebant tanquam res locata, tunc

non teneantur solvere gabellam de venditionibus, & permutationibus rerum suarum post locationem factis, quia actio cessa, quæ alias vocatur dativa, vt per Alex. in l. iuris gentium in princ. n. 1. ff. de pall. non ligat Dominum, cum eam non traderet, cesserit nec cedere potuisset contra se, vt prædicimus, nec etiam actione propria nativa, quæ orta fuit ex eodem contractu locationis pro emtione contra dominos, gabellam contra eos possunt petere conductores, quia in eo contractu non venit tanquam res locata, nisi tantum actio, vel ius, quod ipsi domini habebant contra alios, non vero contra se, quia nullum contra se habebant.

Sed si in locatione prædict. non venit ius & actio, quod domini habebant, sed potius res ipsa, hoc est, Todas las alcavalas de tal lugar vniuersalment, o las alcavalas de tal lugar indefinitamente, que tiene tanta fuerza como la vniuersal, tunc sub hac locatione gabellarum includi videntur, & comprehenduntur gabellam ipsorum dominorum locantium eas generaliter, nisi specialiter excipiantur in contractu locationis: Et hoc non quidem actione prædict. cessa, quæ cedi non potuit, cum non esset contra dominos, sed actione nativa propria conductorum ex prædict. contractu orta pro emtione res locatæ: Quæ sententias alcavalas arrendadas de aquel lugar o las alcavalas de tal lugar, que es oracion indefinita, obratadas como vniuersal, prout in similibus terminis in materia feudali tenent Carol. Molin. in consuetud. Parisi. tit. 2. s. 5. glo. 1. n. 11. 13.

Cum enim prædict. domini sint subditi huic iuri gabellatio, non possunt se iurare ex decisione text. in dict. s. sicut cum similibus, qui loquuntur in fisco, & nullo modo subiecti huic oneri. Vnde licet locet gabellas sibi fisco, non tenebitur actione nativa contractus de emtione ad solvendam gabellam de suis contractibus, quia non locavit nisi tantum debitas, fisco autem eam non debet, sed ceteræ personæ: Ergo diuersa ratio est inter fisco, & dominos priuatos, locantes gabellas suorum oppidorum.

Nec t. tenendo hanc partem obstat, quod obligatio soluendi gabellam confunditur cum dominio, quod illi domini particulares habent gabellarum in suis oppidis, & dominiis, & actio semel extincta annis non renouiscit, l. qui rem, s. aream, ff. de solut. cum similibus, quia si domini locarunt gabellas, non vero ius tantum, quod ad eas habebant, parum refert, quod dict. obligatio soluendi gabellam fuerit confusa, cum ius ipsum solum, quod domini habebant ad eas exigendas non veniebat in locatione tanquam res locata ad hoc, vt quod confusum erat non includeretur in locatione, sed potius ipsamet res principaliter fuit deducta in locatione, scilicet, las alcavalas de tal anno de tal lugar. Et itaque cum domini prædict. in hac specie teneantur de emtione omnium gabellarum illius anni a se locatarum simpliciter, hoc est, de todas aquellas que obrata, y se incluyen en este nombre alcavalas de tal tiempo a tal tiempo, tenebuntur profecto solvere gabellas suorum contractuum venditionum, & permutationum illius anni, nisi eas exceperint.

Ideoque t. si locatio gabellarum (verbi gratia) esset facta anni 1596. vel alterius antequam hic annus inciperet, & dominus gabellarum locatarum post hanc locationem contraxerit eodem anno iam cepto debitum gabellæ, de quo agimus, iam

agimus, iam tunc temporis locator non erat dominus fructuum illius iuris, quod prius cesserat, & locauerat, sique confusio esse non potuit: Ceterum si locatio gabellarum fuerit facta incepto, & currente dict. anno (verbi gratia) mense Martij eiusdem anni de omnibus gabellis illius anni, debitum autem gabellæ a domino fuit contractum a principio eiusdem anni vsque ad diem locationis exclusive, licet confusio facta esse posset, factique fuisset, qui tunc erat dominus gabellarum illius anni: nihilominus tamen conductoribus non nocet, quia quociescumque constat ob expressionem rei venditæ, vel locatæ, vel per diminutionem partium, quas eadem res habet, vel per relationem ad aliud intentionem partium fuisse, vt extensio fieret etiam ad consula, licet prædict. intentio verbis clavis non exprimeretur, vt in casu l. debitor, C. de pall. ubi glossa, sed aliter a contractu, & mente contrahentium colligeretur, constituitur obligatio de nouo, quæ extenditur etiam ad consula ex traditis per Carol. Molin. in consuetud. Parisi. p. s. 1. glo. 1. n. 63.

Quod in specie nostra ita videtur contingere, primo ob expressionem rei, quæ in contractu venit tanquam res locata, scilicet, las alcavalas de todo aquel año, vniuersaliter, vel indefinite absque aliqua exceptione, argumento l. 2. s. cum quis, & d. l. si hereditatem, ff. de hered. vel alione vend. & ea, quæ sunt confusa, non quidem restituantur sua prima, & originaria actione, quia iam erant extincta, & amplius non renouiscunt, sed de nouo producantur ex ipso solo locationis contractu absque alia prioritate, nec qualitate prioris temporis, iuxta Paul. de Cast. & Ias. in l. si maritus inprin. C. de inefficis testam.

Secundo, quia licet locatio gabellarum facta fuerit prædict. mense Martij, adhuc completæ gabellas contractas a principio eiusdem anni, si quidem fuit facta pro gabellis totius integri anni, siquidem non prout ex nunc, sed prout ex tunc, quod si fuit facta principio anni, a fortiori illas comprehendit.

Tertio hoc præmaxime constaret, vel saltem apparet, si portio fructuum rei locatæ relata ad pretium, vel mercedem venditionis, vel locationis eiusmodi esset, vt ex ea resuleret iniquitas, nisi consula comprehenderentur in contractu, argumentum l. 1. ff. de reb. dub. Ergo iuxta prædicta remanet probatum secundum membrum distinctionis supra positum, nempe, vt locatæ gabellis talis anni in huiusmodi locatione (nisi aliud conueniat) veniant, & includantur gabellæ ab ipsismet dominis contractæ.

Quæ t. opinio eo simili corroboratur, quod si hi domini gabellarum a principio d. anni tempore a mense Ianuarij, vsque ad mensem Martij, quo eas alij locarunt pro toto integro anno, aliquas gabellas ab alijs excepissent ante locationem, non ne (alio non conuenit) tenebuntur conductoribus illius anni exactas iam gabellas illomet anno ante locationem restituere: Proculdubio tenebuntur, atque ideo contractas iam gabellas exigere non possent, sed conductoribus ipse remanebant: nec audiendi essent præd. domini, si se excusantes dicerent, debitum venditorum extinctum fuisse solutione eius ipsi dominis facta, nec non actionem contra ipsos confusione etiam fuisse extinctam, ac prout ead. non potuisse contra se conductoribus: Hoc namque repugnat verbis, & intentioni contrahentium volentium, expresse omnes gabellas illius anni deducere, & venire

in eo contractu: Vnde nisi alias excipiantur, iam exactæ sub ea locatione manifeste comprehenduntur atque includuntur, quia neque ipse fisco hoc allegans audiretur, nempe, que le auia de que dat conlo que su Receptores, y fisco cobraron a quel año de las rentas estando en fieldad. argumento l. venditor, s. 1. ff. de hered. vel alione vendit. porque sino lo saca para si el fisco en el contrato de arrendamiento que despues hizo de todo aquel año, es claro que entra en el dicho arrendamiento lo caydo antes del en el mismo año que se arrienda por la accion de emtione nativa del mismo contrato.

Simili ergo ratione idem dicendum videtur in nostra specie, de qua agimus, quando el señor de las alcavalas despues de aver contratado en su persona algunas, arrienda a otros, o lecede, y transpasa por precio las alcavalas de aquel año, no sacando las suyas: porque asiendo de hazer cierto el arrendamiento como esta obligado a ello, bien parece que se figura que no solo le ha de dexar cobrar las que despues cayeren, sino tambien las que auian caydo antes en el mismo año del arrendamiento, aora las dexan a otros, aora el propio señor y que las que auia cobrado antes de hazer el arrendamiento el mismo señor en el mismo año se las ha de restituir, y por el consiguiente tambien las que el auia hecho y contratado, vendiendo, o trayendo alguna cosa: porque de otra manera no se cumpliria emeramente el arrendamiento fecho, y tanto menos gozaria del el arrendador, quanto valiesen las alcavalas caydas en el mismo año, asi de otros como las suyas, y si otra cosa quisiera el señor, lo auia de declarar en el mismo arrendamiento, y no lo declaranda, contra cum debet fieri interpretatio, l. veteribus cum similibus, de pall.

Deinde t. hæc pars eo astruitur fundamento, quod si hi domini gabellarum vendant alijs proprietatem earum, tenentur proculdubio deinde gabellam solvere emtori, vel domino earum ex ius venditionibus, & permutationibus postea contractis, & contrahendis, vt patet, quia alias venient contra ius venditionis, pro qua de emtione tenentur, quod ex eo prononit, quoniam hi domini particulares principio subiecti fuerunt legi gabellarum, a qua nemo regulariter excusatur, sed ea omnes comprehendit, vt in dict. l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. præter fisco, vt in l. 3. eiusdem tituli: Ergo cum ipsi domini particulares habentes gabellas in suis territoriis ex privilegio, & titulo Regis vendant proprietatem earum alijs, remanent in priori statu subiectionis soluendi gabellam in possetum suarum venditionum, & permutationum, licet durante tempore, quo fuerunt domini proprietatis gabellarum, consula esse videretur obligatio soluendi gabellam cum dominio, & proprietate ipsarum: Secus est in fisco, quia ipse nunquam fuit, nec esse potuit subiecti subditus, nec tributarius: Ergo licet vendat gabellas, non eas solnet, quia semper fuit liber: Si hoc igitur verum est, vendita proprietate per dominos particulares, idem videtur dicendum eisdem locatis, durante tempore locationis, cum emtio, & venditio pari passu ambulent cum locatione vt in l. veteres, ff. de alione emt. & in l. 2. ff. locat. & in princip. instit. de locatione, & conduct. cum similibus.

Tandem pro hac parte est bonus textus in dict. s. fisco, versus mercatores, ubi quod mercatores

instituta. & iura in tractat. dist. 75. versic. in Regno Castelle. col. 4. 17.

- 3 Sed pro parte, & in favorem concilij, & communitatis conuenit facit illa iuris regula, & conclusio, que habet, quod contractus recipit interpretationem à consuetudine l. quod si uoluit. §. quia assidua. ff. de adilit. edit. l. i. ca. omni. que sunt mora. & consuetudini in bona fide iudicis debent uenire: sed hic contractus locationis est bonæ fidei, ut in §. actionum iustit. de action. & ibi omnes. Ergo in eo intelligitur, & venit præd. consuetudo, & iuxta eam debet contractus interpretari: ex quo textus d. §. quia assidua, inquit Cap. pol. in l. ad res. donatas. n. 1. ff. de adilit. edit. l. i. quod in contractu aliquid uenit ratione consuetudinis, quod aliter non ueniret: & alia plura cumulat idem Cap. polla. n. dist. §. quia assidua. præcipue, n. 33. ubi ait, quod si sit de consuetudine, ut uendens fundum sub pacto legis commissorie apponat pactum, quanto minoris uenditor uendat fundum alteri, quod illud minus sibi emptor primus restituat, & postea fiat una uenditio sub d. pacto legis commissorie, neque fuit appositum aliud pactum, quod nihilominus censetur esse appositum, ut tenet gloss. in l. si fundus, §. in commissoria, per illum tex. ff. de lege commiss. quam sequitur infinitos auctores citans, qui generaliter docent, quod contractus recipit interpretationem à consuetudine, Ant. Gabriel in suis communibus opinionibus lib. 6. conel. 1. in princip. tit. de consuet. & inquit Petrus Sard. conf. 94. n. 22. lib. 1. quod consuetudo solet interpretari quoscunque hominum actus, & quolibet dispositio secundum consuetudinem interpretatur, Innocent. e. olim. de verb. signifi. lat. in l. ut liberis. n. 7. C. de collat. Beccius conf. 101. n. 4. ubi ex Bal. in l. si certis annis. C. de pact. ubi concessio in duo censetur facta secundum consuetudinem, & morem concedentis. Idem quod probat in feudi concessione, & inquit Philip. Decius in l. semper in stipulationibus, n. 7. ff. de regur. per tex. ibi, quod si non appareat, quod actum est, consequens erit, ut id sequatur, quod in Regione, in qua id actum est, frequenter, & quod in contractibus, si non apponatur, quod actum est, recurritur ad consuetudinem, & imptimis inspector consuetudo ipsius contrahentis, ut in l. ut uini, ff. de pignor. act. & in aliis iuribus ibi ab eo citatis, ubi concessio facta ab Ecclesia videtur facta secundum consuetudinem loci contractus, ut notat Alexand. consil. 124. consideratis, col. 1. n. 4. lib. 5. quem ibi sequitur Decius.
- 9 Sed cessante consuetudine contrahentis, secundum consuetudinem loci contractus interpretatur, ut in d. l. semper in stipulationibus, & in d. §. qui assidua, & in aliis iuribus, que ibi citat n. 8. in ferens, n. 9. quod Doctor conductus videtur contractus secundum consuetudinem studij, & tandem n. 10. inquit, quod generaliter quilibet dispositio recipit interpretationem à consuetudine secundum Innocent. quem refert & sequitur Abb. in c. certificari de sepulch. & late plura congerit Felin. & alij quos citat ibi Dec. & bonum tex. pro his in l. item coram, §. sed si ita, ibi secundum consuetudinem locorum, ff. quod cuiusque uniuers. n. 2. ubi: Ego uero nisi constaret, contrahentes noluisse sequi consuetudinem, ut cum Gualden. obliuiscit Aut. Gabr. ubi supra, n. 70. Opus ergo est ad

hoc, ut secundum consuetudinem non uideatur contractum, hoc expresse dicitur sic etiam uideamus, quod consuetudo non solum est interpretatiua legum, & privilegiorum, sed etiam scripturarum ex decernij lapsu, tex. cum dilectus, & ibi Ant. de Barr. n. 13. C. 23. ad fin. & Abb. n. 7. de consuet. & communis ut resoluimus lib. 3. Pract. q. 63. n. 26. sequitur, & probat Tyber. Decian. respos. 51. n. 51. vol. 2. & n. 53. 54. 55. 58. 59. & 60. & consil. 46. n. 128. cum segg. vol. 2. idem consil. 32. n. 16. vol. 2. & consil. 124. n. 27. vol. 3.

Secundum principaliter in favorem dicti concilij, & communitatis hoc uidetur in terminis decideite Bart. in l. 1. C. de Pascuis publici. & prima. lib. 2. ubi ita inquit: & nota argumentum ex fine huius l. quia si officiales deputantur ad uendendas gabellas communis, quod omne pactum initum per istos officiales cum emptoris gabellarum contra istum modum uendendi est nullum, quia intelligitur eis concessa potestas, ut uendant more solito, & non aliter quom. sequitur B. trachina tract. de gabellis in 2. pa. p. 1. c. 3. n. 11. vol. 1. tract. diuers. in antiquis: & addens, quod in dubio in ipso contractu, & quolibet alio censetur repetita consuetudo, & stipulatum censetur, quicquid est consuetum ex d. §. quia assidua, iuxta Bald. in l. 1. in 2. q. n. 4. C. pro soc. ibi: & si ita est contentum, intelligitur etiam tacite hoc actum, quod consuetudo, & tacitum pactum deducunt uictoris, quem refert, & sequitur Anton. Gabriel. ubi supra, n. 3. ubi inidem citat Carol. Ruy. consil. 72. vol. 1. est bonus tex. in l. licet. C. locat. ibi: si tamen non est expressum in locatione mor. Regionis postulat, & rationem rei iuxta bonam fidem haberi recte postulat, tanque formam, qui ex appellatione cognoscitur, sequitur. & Omnis namque dispositio accipit interpretationem, & complementum à consuetudine, & ab eo, quod fieri solet, secundum Dec. consil. 441. n. 9. quem refert & sequitur Decius. Genes. 26. n. 14.

Nec contra hanc partem obstat, si dicatur, quod consuetudo excipitur hoc in aliis locutionibus, uenditionibus, & permutationibus ipsius concilij non sit uniuersalis, quia sæpe omittitur, & omnia sunt ea pacto atque exceptio, ut præponitur, & sæpe etiam adicitur, quo casu cessat dispositio d. §. quia assidua, & omnia supra dicta per eum tex. & in terminis sic declarat hanc materiam Ant. Gabriel. ubi supra. & ubi consuetudo uaria est, attenditur ius commune, uel id, quod magis, & frequentius fuit obseruatum, Beccius conf. 101. n. 51. & facit Menoch. lib. 4. presump. 31. n. 8. & Beccius conf. 7. n. 27.

Nam respondeo primo, communis, & frequentius esse solere apponi præd. pactum, & exceptionem in favorem concilij, ut ex processu constat, & præterea hanc esse conditionem expressam inter alias ipsius concilij positas in suo libro communi semper obseruatum in similibus locutionibus, nempe, ut concilium non soluat gabellam suarum uenditionum.

Secundo, quod etiam si uaria esset consuetudo id excipiendi, uel non: attamen illa consuetudo certa omnino, & inuariabilis est, quod sine id excipiat, sine non excipiat, concilium nunquam soluerit gabellas, quamuis sæpe, ac sæpius hinc casus acciderit: At hinc consuetudo excepta uidetur, ac secundum eam contractum, licet eius mentio facta non fuerit in hac uictima locutione gabellarum, uel in quibusdam alijs præcedentibus: siquidem sine excepta fuerit, sine non ad hinc consuetudo

consuetudo legitime præscripta (de cuius valore non subicitur) habet gabellam concilium non debere de suis uenditionibus, nec unquam eam soluisse: Hæc igitur semper censetur excepta, & iuxta eam facta locutio gabellarum: cum etiam si expresse fuisset dictum contrarium per commissarios concilij, non ualere huiusmodi pactum contra consuetudinem ex defectu potestatis, datur à concilio officialibus ad uendendum, uel locandum gabellas, ut supra iure probauimus.

18 Non obstat etiam l. 1. tit. 18. lib. 9. noue Collect. Reg. allegata pro prima parte, quia hoc casu concilium non inuatur ex sola consuetudine non solendi gabellam, quod prohibet d. l. 1. sed præcedat, ut iuxta præd. consuetudinem uilum sit locale gabellas, & sic quod in eorum locutione excepte sint, que alias ex suis uenditionibus deberentur, prout expresse poterat excipere, & pacifici, ut eas solueret non teneretur: quia quod consuetum est, censetur in contractibus dictum, & exceptum, ut supra late probauimus: Itaque præd. consuetudo potius est interpretatiua uoluntatis contrahentium, quam derogatoria legis, & At consuetudo interpretatiua attendenda est etiam in materia gabellarum non solendi, nec censetur sublata d. l. 1. sed tantum eius derogatoria, ut in terminis d. l. 1. probat Lassard. de decim. uendit. cap. 2. n. 3. ad fin. & diximus non semel in quaestione præcedenti. & Licet enim statutum excludat consuetudinis allegationem contra iura scripta, non tamen uidetur comprehendere consuetudinem interpretatiuam, Decius consil. 21. quoniam indicatum n. 10. uel nec obstat, Tibert. Decian. conf. 11. n. 36. uolunt. 2. & consil. 44. n. 19. e. idem uol. & ibi d. n. 16. præmaxime, quod hic non agitur de præiudicio Regis, si quidem ei integre soluendum est pretium capitationis, sed particularium conductorum.

21 Quibus uisus, & consideratis protuli sententiam in causa magni ponderis in fauorem concilij, & communitatis de la villa de Zeclan, absolueno eam in totum à præd. petitione gabellariorum, quibus perpetuum silentium imposui decimotertio die Nouembris ann. 1594. quia reuera fundamenta pro concilio supra adducta expressa sunt, & uigentia, quam prima pro contraria parte, & ideo in hanc sententiam adiectus fui, cum ex supra dictis, que sola sufficiebant: tam etiam ex aliis ex parte concilij insuper probatis, que simul iuncta rem manifestam faciebant, nempe, quia aderat vnus testis deponens affirmatiue, qui fuit presens præfate locutioni gabellarum, nempe, quod fuit recepta sponso iuxta conditiones concilij apponi solitas in præcedentibus locutionibus, hoc est, que elocentio no pagase alcualda de las uenas que biziesse, & otras condiciones, & quod errore calami, & negligencia tabellionis fuit hoc omisum in scriptura sponsonis, & receptionis locationis: aderat etiam alij testes deponentes, quod locatio tunc fieret sub præd. conditione, ut fieri solebat abique eo, quod contra consuetudinem ueniret, & quod hæc fuit intentio rectorum locantium: Iurauerunt etiam alij testes, semper intelligi appositam dictam conditionem, licet non exprimitur: Accessit præterea quod gabellarius actor erat vicinus illius oppidi, & sciebat illam conditionem solere apponi in aliis locutionibus gabellarum, ut constabat ex processu, & quod illa conditio apponi solita erat publica, & notoria in oppido, ut fuit proba-

tum, & licet ignorantia facti in dubio præsumatur: fallit tamen hæc regula in consanguineis, uicinis, & ciuibus, quando extat fama eius facti, cuius scientia præcedit in uicinitate, & ciuitate ut late probat Malcard. de probat. vol. 2. conel. 879. in ep. ignorantia semper præsumitur, n. 11. cum seg. maxime in actis lucceusis, ut ibi per eum n. 14. ut est consuetudo, & in actis publicis, ut est in decretis publicatis ut ibi numero. 23. & in edictis iudicis ordinarij publicatis, ut ibi: & in statutis quorum scientia præsumitur, ut ibi n. 24. Ad conditio præd. & consuetudo erat publica, & notoria, & sæpe publicata, & præterea statutum concilij: Ergo publicani ignorantiam eius iuris præcedere non poterant: Denique in materia gabellariorum, quam odiosa, facienda est interpretatio in dubio contra exigentem, ut uoluit Bosius, titulo de uelital. numero undecimo, quem refert & sequitur Beccius consil. 96. in fin. lib. 1. & diximus supra quaestione. 6. n. 10.

SUMMARI A.

- 1 Ecclesia, Monasteria, & persona Ecclesiastica gabellam non debent, nec soluant de uenditionibus & permutationibus rerum suarum, tam iure huius Regni, quam communi, ut in numero. 2. & 3.
- 2 Gabellarius exigens à clericis gabellam indebitam, si est priuatus excommunicatur ipso iure, si uero uniuersitas interdictum incurrit, nec absoluitur donec restituerit gabella ex alia, & quomodo hoc intelligatur.
- 3 Vendentes Ecclesiam, & personas Ecclesiasticas gabellam solvere tenentur, etiam si prædicentores extorserint, comprehenso horro ad alcaualda.
- 4 L. 8. tit. 18. lib. 9. nou. coll. Reg. ratio, & intellectus, & numero 4. & 6. & laus numero. 9. per totum.
- 5 L. 7. tit. 9. lib. 6. ordinamenti veter. non est seruanda, & ideo merito non fuit posita in noua Recopilatione, & n. 3.
- 6 L. 31. & 32. tit. 19. lib. 9. nou. coll. Reg. intellectus, & n. 10.
- 7 Emores ab Ecclesiis, uel personis Ecclesiasticis, si uendant eisdem res, gabellam soluere tenentur.
- 8 Mutatione persone privilegium amittitur, n. 11.
- 9 Gabella non debetur ex fructibus beneficij uocantis uenditis per laicum administratorem, uel sequesterum, ut in n. 5. nisi de fraude uicaria gabellam constaret, ut in n. 14.
- 10 Gabella debetur ex re communi laici, & clerici uendita pro parte preij laici.

QVÆSTIO LXXXVII.

De Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis immunitibus à solutione gabellarum.

Varo de intellectu, & praxi l. 6. tit. 18. hoc 1. nou. coll. Reg. qua cauetur, ut los arrendadores, & otras que sequester personas que ouieren de recadar las alcualdas, non lampidas, ni demanden de las uenas, que bizieren de sus bienes, qualquier Iglesia, y Monasterio, Perlados, y Clerigos de estos Reynos: ni de los rrequezes, por lo que a ellos toca, y puede tocar.

Imprimis obseruandum est, legem hanc non esse

esse iuris novi promulgatoriam, sed potius declaratoria, etiam siquidem iure communi satis exprefsum, clericos ad huiusmodi iurib. esse exemptos, vt constat ex c. quanguam de censib. lib. 6. & Clem. presentem eodem tit. tradit Abb. in c. 1. n. 1. de censib. & in c. non minus, p. 21. de immunit. Ecclesiæ; & in terminis Bertach. de gabell. 7. p. n. 9. & 10. Dec. consil. 496. per totum loquens in Ecclesiis, & in clericis quod gabellam soluere non teneantur: Didac. Petez. in l. 1. gl. 1. col. 9. 3. in fut. 3. lib. 1. ordina. Paclad. rer. quot. 3. §. 1. n. 16. Matien. in l. 11. tit. 1. n. 2. li. 5. Lassar. de decim. c. 19. n. 9. & cum communi probat Girond. de gabell. 7. p. in prim. n. 3. 2. ¶ Vbi quod gabellarius exigens à clericis gabellam indebit, si est primatus, excommunicatur ipso iure, vt in iuris. Interdictum in iuris, nec abfoluitur, donec restitutor gabella exacta, vt in d. c. quanguam, quod verum intelligit ipse Girond. ibi n. 3. si gabellarius gabellam exigat à clerico inuito: secus si à sponte solente, iuxta gl. verb. extorsit in elem. si de censib. arg. in c. dilectus et de simon. Eandem primam obseruationem decedit l. 3. & l. 1. in prim. tit. 3. lib. 1. non. coll. Reg. ubi dicitur: *Emptor debet ser. los. Sacror. dotes, y Ministros de todo tributo, segun derecho, & in vnt. E qualquier, in ponitur pena contrauentibus trium millium dipondiorum vltra restitutionem principalis cum duplo, & in terminis d. l. 6. Porque cuifras intenciones, que a los clergos, & Yglesias de nueftras Reynos les sean guardadas las franquias, que por derecho les competen, tambien en lo tocante a las alcavalas.*

¶ Tamest aliud iniuste determinatum fuisse in his Regnis ante pradi. 6. tempore Regis Ioan. II. vt referri, & late disputat Montala. in l. 50. in gl. que seruan. tit. 6. p. 1. quem merito reprehendit Lassar. vbi supra, & iuxta dispositionem d. l. 6. debet restitui, & limitari lex generalis, que videbatur contraria Regis Henrici IV. Cordub. ann. 1445. que fuit collocata in ordinamento veteri sub tit. 4. lib. 6. l. 4. præcipiens Clericum venditorem teneri solvere gabellam sub penis, de quibus ibi, ita Greg. Lop. in d. l. 50. in gl. seruan. tit. 6. p. 1.

Nen tamen adeo latum, & amplum est privilegium Ecclesiarum, & clericorum, vt ad venditores laicos res suas Ecclesiis, vel clericis vendentes extendantur, cum solis ipsius Ecclesiis, & clericis vendentibus sit à iure communi, & Regio concessum: Quare hinc est, vt iulle l. 8. dicto tit. 18. hoc libro 9. præcepit: *Que los vendedores leges, y Clerigos, y Yglesias, y Monasterios, y otras personas estmptas, paguen el alcavala, como si vendiesen a personas legas, no embargante, que los compradores estmptos compren los bienes herros de alcavala, y aunque digan, que si los dichos vendedores la pagassen, verrian ellos a comprar mas caro: y que por esta razon les ha de aprouechar su privilegio: si quidem citet res laicorum, & eorum contractus versatur, quomodo inde damnnum aliquod Ecclesiasticis personis provenire videatur, iuxta ea, que alias resolutum Morant. disputatione S. & n. 25. & Mexia in pragmatica parisi. concl. 5. n. 39. & in terminis d. l. 8. hanc esse veram eius rationem decidendi contendit Lassar. d. c. 19. n. 10.*

¶ Quæritioe lex illa prætenit, etiam alienationem, eas, scilicet, pignori subiciendo, antequam ad dominium clericorum emptorum transcant: *Que si los vendedores no pudieren ser auidos, que de los heredamientos, y otras cosas que se vendieren a los dichos clergos, y personas estmptas, se pueda cobrar el alcavala: y que para este efecto,*

siempre, y en todo caso, y en todo tiempo sean obligados los dichos heredamientos, y cosas, que fueren vendidas, y iuxta consimilem doctrinam Bat. in l. rescripto, §. fin. ff. de numer. & honor. cuius opinio eo caso seruanda est, cum de evitanda fraude agatur (non de damno Ecclesie inferendo) vt euenit in specie d. l. 8. nec, debite obtentiones, & iura Regalia deficient, iuxta tradita per Didac. Petez. in l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. col. 9. q. 1. casu lex secularis, scilicet, ad obviandum fraudibus lata valet, & obsecunda est, secundum Petrum Ancharran. consil. 11. factum super quo petitur, quem referunt, & sequuntur Mexia vbi supra. n. 38. & Lassar. d. c. 19. n. 11.

Sic etiam videatur instam esse decisionem l. 7. tit. 9. lib. 6. ordinamenti veteri, qua cauebatur, que qualquier lego sujeto a la jurisdiccion Real, que dynare, vendiere, o en otra qualquier manera a enagenare qualquier bienes rayzes, a Vniuersidad, Colegio, o persona estmpta de la jurisdiccion Real, que a la quinta parte del vnderado valor de las cosas y bienes rayzes, que assi se donaren, y enagenaren, denas de la alcavala, quando por manera de venta fueren enagenadas, y desde luego los obliga a la dicha quinta parte: y manda, que pasen con la misma carga, y que sean auidos por tributarios: y desde luego por tales los haze, y constituye, en quanto toca a la dicha quinta parte, &c.

Nihilominus tamen ex quo ibi non de tam præcædendo antiquo tributo, ordinatioque Regio iure, vt fit in d. l. 8. quam de nouo imponendo agitur in damnum Ecclesie, & clericorum merito non erit seruanda, vt obseruauit Ioan. Matien. in l. 1. §. glossa. 5. ex numero 4. tit. 10. libro 5. non tollit. Reg. quem sequitur Lassar. d. c. 19. n. 21. Quare merito hac soltan ratione d. l. 7. non fuit posita in hac noua collectione Regia, sicut nec d. l. 4. tit. 4. lib. 6. ordinamenti veteri, quæ præcipiebat, clericos teneri solvere gabellam.

Non tamen admittitur, aut probare possum restrictionem, & intellectum Lassar. n. 1. ad d. l. 8. nempe, vt procedat tantum cum venditor laicus forensis est, aut potentior persona, vel cum clericus emptor contractum non manifestauerit gabellario intra tempus aliis laicis emptoribus statutum in l. 3. §. 32. tit. 19. hoc libro 9. vt, scilicet, quibus casibus laicus emptor ad totam venditionis gabellam, quæ solit venditori incumbere obligatus manet legali, ac personali obligatione, vt in dictis l. l. Regis clericius licet emptor ex legali rei vendit pignore teneatur, non quidem semper, vt ceteri emptores, sed in subsidiis duntaxat, quando, scilicet, à venditore commode exigi gabella non possit propter vitandam fraudem, quæ facile alias possit committi: Itaque si laicus venditor ex potentioribus non esset, de quibus in d. l. 3. §. 32. & clericus emptor manifesta- ret venditionem gabellario infra terminum d. l. 3. ad finem, cum hoc casu laicus emptor ad nihilom etiam ratione pignoris teneatur, siue venditor haberi queat, siue non nec quidem clericum istum emptorem teneri dicendum videtur, quomnis venditor haberi nequit, ne peioris conditionis sit clericus in hoc, quam laicus.

Hic enim intellectus maxime restingit literam d. l. 8. cuiusque generalitatem, ipsamque offendere videtur, cum sit certa quedam noua- que principalis decio formam præscribens, que siuilem

similem declarationem non patitur, nec personas clericorum emptorum villo modo obligat, sed bona tantum eis vendita pignori subicit ante translationem domini earum in eisdem clericis, pro securitate solutionis gabelle eo solum casu: *Que los vendedores no pudieren ser auidos: Nec decio d. l. 1. §. 31. & 32. ubi potest ad clericos emptores, quia dum loquitur de emptoribus, tantum disponit contra laicos, eos obligando ad solutionem gabelle eo casu cum pena de qua ibi: Vnde verisimile non est contra clericos emptores loqui voluisse, cum ipsi alias à iure sint exempti & priuilegiati, nec ex venditionibus, & permutationibus reum suarum, aut aliis contra tribus gabellas aliare tributa, aut impositiones soluant, vt in l. 6. hoc tit. 18. Ergo multo minus cum emptores existit, vt in specie d. l. 8. quos, vt prædiximus ea lex non obligat, sed tantum bona eis vendita pignori ante translationem domini earum, vt ex fine d. l. 8. patet. Similiter ergo, nec eos comprehendunt dictæ leges §. 31. & 32. ne alias statum esse videatur contra libertatem Ecclesiasticam, quod abhorret nostri Catholici Reges Legislatores: d. l. 1. §. 6. dicentes: *Porque nuestra intencion es, que a los Clerigos, & Yglesias de nueftras Reynos les sean guardadas las franquias, que por derecho les compete: tambien en lo tocante a las alcavalas, mandamos, &c.* Hac autem immunitas non tantum consistit cum clericis vendunt res suas, vt de eorum venditione gabellam non soluant, sed etiam quando clerici sunt emptores, quo casu laici non semper, sed certis quibusdam casibus tenentur gabellam soluere, vt cauerit in d. l. 31. & 32. vt in eisdem clericis emptores gabellam minime soluant:*

Supereft igitur ex his vt decisiones dictarum legum sint seruandæ singule in suis casibus, in quibus loquuntur, nempe d. l. 8. cum venditio bonorum sit à laicis, clericis, vel Ecclesiis, *hora de alcavala, dicitur vero l. 31. & 32. cum sit laicis, cum quilibet horum casuum suam particularem decisionem habeat, & ideo vnus decio ad alium casum non est trahenda, nec è contra: præterquam si clericus ex negotiationis causa emerit, tunc enim quoad exemptionem gabelle ab eo faciendam laico æquiparatur, vt in l. 7. tit. 18. hoc lib. 9. Ego merito quod in clerico negotiatore emente procedant quoque, & locum habeant dict. tit. 31. & 32. licenti, & ceteræ gabellarie leges de emptoribus agentes, vt probauit Lassar. d. c. 19. sub n. 31. in versu, que sane limitatio.*

Secundo principaliter obseruandum erit, quod licet clericus, & Ecclesie vendentes immunes sint à solutione gabelle, emptores tamen laici tenentur Ecclesiis non gaudent eadem immunitate: quoniam gabellam, & vtiliter solvere tenentur, si eas vendiderint, quia hoc priuilegium concessum fuit personis clericorum, & Ecclesiis, non vero rebus: & sic amittunt mutatione personæ, iuxta textum l. licitatio, §. fin. versu. mercatores ff. de public. & vtilit. & ibi Doctores. Et in terminis ita voluit glossa in clement. fin. verbo, non negotiandi, & ibi etiam Paul. de Eleazar. & Imol. col. 1. de censib. & hæc est communis opinio, vt plures allegans, affirmat Tiraquell. de retr. lignag. §. 1. gloss. 13. n. 11. vbi citat Bald. consilio 496. lib. 4. dicentem, hanc vbiq; locorum seruari: estque communior opinio, secundum Boetium dicit. 213. n. 19. quato sequitur Bertachin. de gabell. 7. p. princip. §. 8. n. 17. ad fin. & Petrus de Antioch. de numer. 3. p. §. 1. n. 7. vol. 1. n. diuersi. Doctores.

D. Castillo in l. 6. Taur. gloss. magna in versu. & quod dixi, & in l. 3. Taur. n. 10. cum seq. & in l. 70. Taur. in verb. T. el alcavala, in addit. in fin. & Montala. in 3. tit. 14. p. 1. quem citat, & Par. ad. rerum quotid. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 14. vbi quod hoc iure vtimus, & eam latissime plures comprobant Roland. à Valle consil. 61. per totum vol. 4. & sequitur Petrus Surd. consil. 127. n. 66. lib. 1. & Lassar. d. c. 19. n. 13. & 27. diximus supra. §. 44. n. 2.

Quod si fructus vacantis beneficii Ecclesiastici per laicum administratorem vendantur, gabella non debetur, quia vere is Ecclesie nomine, cuius beneficium vacans est, non suo vendit, ex Lassar. de decim. vendit. 5. §. sub n. 9. & c. 19. n. 43. ¶ Nec etiam debetur cum existente lite super Ecclesiastico beneficio eius fructus commisi laico sequestro, ab eo venduntur, quia is etiam non suo, sed alieno nomine, id est Ecclesie negotium gerit, licet, ff. de pign. & in terminis probat Par. l. 3. lib. 1. rerum quot. §. 1. n. 25. iuxta impressionem an. 1595. quem sequitur Lassar. d. c. 9. n. 43. ad fin.

Hoc tamen verum esse censetur, nisi de fraude administrationis bonorum Ecclesiasticorum laico concessæ constaret, nempe quia præcellerat venditio, vel locatio eorum laico vel laicis facta, & ad fraudandam gabellam, hoc tacito committeretur eisdem, vel aliis laicis administratione, & venditio eorundem. fructuum Ecclesiasticorum nomine Ecclesie, vel dignitatis, cuius erant præd. fructus, tunc namque licet nomine Ecclesie, vel dignitatis verbo negotium gerat, vere tamen, & re ipsa non ita est, sed nomine proprio illius qui emerat, vel conduxerat præd. fructus, & plus valere debet, quod agitur, quam, quod simulate concipitur, vt supra quoque in terminis probauimus, & tenuimus d. c. 9. n. 44. n. fin.

Tertio obseruo, quod re communi inter clericum, & laicum vendita vnico pretio, licet clericus pro sua parte gabellam soluere non teneatur, laicus tamen pro parte pretij ad se pertinenti eam debet, argumto d. l. 6. in fin. l. 1. Por lo que a ellos tocar, y puede tocar, & tenet Lassar. d. c. 19. numero 16. & 17. id quod quotidie in praxi habetur in locis, vbi soluit gabella ex locatione defessorum inter plures heredes laicos, & clericum, vel clericos communium pro indiuiso: Laici namque soluant gabellam pro partibus pretij ad se spectantibus, clerici vero minime pro suis.

SUMMARI A.

- Gabella an debeatur ex bonis hereditatis inuentis clericis venditis, vt creditoribus satisfiat? & n. leg. resolutio affirmatiue, n. 4.
- Hereditas, iacens representat personam defuncti, sed hæc representatio ficta est, & imaginaria, vt in numer. 4. ad fin. quia qua personam requiritur ab ipsa hereditate fieri nequunt, vt in n. 5.
- Personalia, que sunt cum persona, extinguuntur.
- Hereditas postquam est adita non dicitur amplius hereditas defuncti, sed patrimonium hereditatis.
- Gabella non debetur ex venditione bonorum laici facta per Ecclesiam, vel clericum ab eo heredem institutum.

clericus testatoris bona illa venderentur per hæredem laicum, aut testamentarios, quia adhuc istius domini vendentis, non Episcopi, aut clerici iuventis persona inspicenda est, vt probat laicus idem Laffar. cap. 16. sub n. 23. & n. 29. vbi n. 30. limitat, si forte bona illa ab ipso clerico testatore venderentur in suo testamento: emptori presentis, de quo supra egimus.

16 Quod si ipse clericus, vel alias exemptus in suo testamento mandat hæredi laico non exempto, vt vendat talem fundum, vel alia bona Titio certo quodam pretio ibi designato, questionis est, an postea, hæredes huc adimpleant, debeant gabellam ex illo pretio? Videtur namque prima inspectione, gabellam non deberi, vt potest venditionis iustitiam fieri à clerico pretio certo constituto,

17 et ex quo videtur celebrata statim venditio, argumento textus in principio, & in §. pretium cum simili. insinuat, de emptione & venditione, glossa communiter approbata. iuncto textu in l. fin. vbi intelligi.

18 Certe prædictis Decretis lib. 1. c. 7. Secundo, quia in hac specie illo, cui mandatur fieri venditio à testatore, oblatio pretii ab eo designato absque alio nono consensu hæredis potest rem illam rei vendicare, tanquam dominus eius, quia in eum legatarium translatum fuit dominium ipso iure, oblique alia traditione, secundum Bart. in l. exco. em. §. agri plagam per text. ibi, ff. de legatis tertio, & in l. si de iur. §. meminit, ff. de legatis primo, cum quo tran. sunt alij, quos refert Laffar. n. 4. vbi n. sequentibus, late agit de eius veritate contra alios.

19 Tertio, quoniam in rebus venditis ab hærede iustu testatoris certo aliquo pretio, non est locus remedio reuocacionis, l. 2. c. de rescindend. vendit. quia ea lex non habet locum, quando necessitas vendendi oritur ex testamento, vt voluit Bald. in dicit. §. meminit in principio, per illum text. & ibi quoque Imol. Cuman. Paul. Castrenf. & Aretin. in secundo notabili, & alij, quos refert Tiraquell. ad finem tituli de retractu lignagier. numero 5.

20 Verum si his non obstantibus contrarium proculdubio probandum est: imo, quod adhuc ea in specie gabella ex ea venditione debeat, & solvenda sit: quia quod testator præcepit, non fuit contractus, sed vltima voluntas deambulatoria, vltique ad mortem: ad hoc enim vt contractus fuisset deberet concurrere, atque intercedere consensus vtriusque contrahentium in vita eiusdem testatoris, essetque tunc irrevocabilis, & non deberetur tunc gabella ratione privilegij venditoris, vt præmissimus: Sed hic omnia hæc defecerunt, quia nec emptor consensit in vita & presentia testatoris, nec fuit celebratus vllus contractus, sed tantum fuit quedam vltima voluntas deambulatoria, vltique ad mortem: Ergo ex ea solam venditio celebrata non fuit, sed potius quoddam legatum, quod post eius mortem, & non antea defector ad legatarium, vt quælibet hæreditas, vel aliud legatum, quo tempore testator iam non est in rerum natura, nec aliqui facere potest legatum. Igitur istemque emptor acceptans legatum, & contentens post eius delationem non contrahit cum defuncto, sed cum eius hærede, qui vere & realiter venditor actualis est, licet præcise tenentur eam rem pretio destinato à testatore vendere, ac tradere, iuxta eiusdem testatoris voluntatem: Non enim l. Regia. l. titu. 17. hoc libro 9. ex promissione, mandato, vel præcepto de vendendo, etiam certo quodam pretio constituto, iu-

ber gabellam solvi, sed ex pretio, quo res veniunt, vt ex ipsamet. l. eiusque litera patet: At re vera in nostra specie ex solo præcepto testatoris hæredis facto de vendenda re Titio, etiam certo quodam pretio ad id præscripto, venditio dici non potest celebrata vllis modo cum ad hoc requiratur mutuo consensus vtriusque partis: ac denique, quia testator, durante sua vita, potest hoc reuocare, & legatarius huiusmodi futurus emptor potest, etiam mortuo testatore, non consentite, nec legatum huiusmodi agnoscere: Interim igitur quod id non acceptat, venditio nulla est contracta: sed tantum ad id præceptum quoddam simplex de vendendo illo pretio, ex quo gabella non debetur: sed tunc demum cum venditio ipsa celebratur accedente consensu legatarii, quo tempore cum hærede defuncti dicitur contrahi venditio: non vero cum defuncto, qui non est in rerum natura, nec hic venditio tenetor uti potest ad tempus præcepti testatoris, seu legati de vendendo, quia non sunt extrema habilia, vel saltem extremum à quo, morte testatoris intercedente: et quia perfectio contractus dicitur esse idem contractus, Bald. in l. si voluerit. C. de rescindend. vendit. & in l. mulum interest. column. fin. n. 11. vers. sed hic quarto. C. si quis alter. vel sibi. Felyn. in cap. 1. n. 31. de spons. Iuuat etiam hanc partem verba testatoris præcipientis, hæredem facere præd. venditionem.

Non obstat primum fundamentum contrarium supra adductum: quia constituto, & designato pretij ad hoc, vt venditionem efficiat, debet esse facta mutuo consensu partium, vt constat ex eisdem iurib. supra allegatis cum similib. At in nostra questione testator tantum fuit, qui pretium constituit, & designauit in testamento, non vero futurus emptor, Secundum etiam non obest, quia Doctores in id adducti, non dicunt in ea specie esse contractum celebratum cum defuncto, neque quid tale iure dicere poterant, vt potest deficiente consensu, vel acceptatione emptoris: sed tantum asserunt, quod legatarius emptor offerendo, siue consignando pretium à testatore designatum, possit rei vendicare rem sibi vendi mandatum, vt iuam, ex quo non inferunt, quod in quantum est contractus venditionis, celebratus fuerit cum defuncto, sed quod adimplete legatio id, quod eidem incumbit (hoc est) solvendo, vel offerendo, aut consignando pretium à defuncto præscriptum, transibit dominium in ipsum legatarium, absque traditione, prout est regulare in ceteris legatis: Competere igitur legatio huic, de quo agimus, rei venditionem, minime probat, venditionem esse celebratam, neque perfectam in vita testatoris clerici, sed potius cum ipsius hærede: Dato tamen, sed non concessio, contrario: id quidem re vera per fictionem, & improprie procederet, vt patet: Et ita præiudicium tertij factio non procedit. l. stipulatio de dote, ff. de iur. dot. gloss. in cap. quia nostra de privileg. cum similib. Stante igitur præiudicio tertij præmaxime citæ vera sententia, Cyn. & Iacobi. de Aret. quos refert Bart. in d. l. exco. em. §. agri plagam ff. de legat. 3. tenentium, quod in nostra specie venditio sit hæredis, necessitas vero, & obligatio vendendi à defuncto proce. sst.

Tertium etiam non obest, nempe l. 2. c. de rescind. vendit. non habere locum in re vendita certo pretio iustu testatoris, quoniam testator statuendo certum pretium, vt tenet quod residuum est donare, et ideoque Iacobi Raphael Heron. l. 4. Toti.

Tort. & Iacobi §. meminit, quod si testator putauerit, illud esse iustum pretium, habebit locum dicitur. l. 1. argumento l. cum tale. §. legato falsum, ff. de conditio. & demonstrat. quoniam etiam si testator non præscripserit certum pretium, æque habebit locum dicitur. l. 1. ac si absque præcepto testatoris res fuisset veniuit, secundum ipsum Bald. & Imol. in l. Imperator. §. 1. per illum text. ff. de legatis secundis, quos, & alios refert, & sequitur Tiraquell. vbi supra. n. 9.

25 His et igitur sic explicatis, nostra principalis affirmatiua sententia in questione principali, de qua supra. limitatur, vt non procedat, quando clericus, vel Episcopus testaretur de rebus patrimonij sui, vel etiam de reliquis cum facultate tamen Papæ pro anima suavit, quod omnia bona sua, soluit debitis, & legatis, relinquat expendenda pro expiatio anime suæ, quam instituit hæredem vniuersalem, nempe in Missas, & sacrificia, atque pauperum elemosynas, ex his, quæ supra resoluimus, hæc de re principaliter agentes, quæst. 74. per totam, iuxta quæ hæc limitatio intelligenda est.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeat ex parte hæreditatis adita per vnum ex hæredibus clericum minorem 25. ann. & postea beneficio restitutionis repudiata, stante alio cohærede clerico maiore 25. ann. adquiret? & n. lxxq.
- 2 Restitutio tantum adfert, quantum abstulit lesio.
- 3 Portio hæreditatis repudiata accrescit cohæredi etiam inuito, quod verum est, quando pars repudiata nunquam fuit adita: sed si senex aditus, beneficio restitutionis fuit postea repudiata, vt in numero 5. nisi prædict. restitutio impetrata fuisset propter dolum ipsius cohæredis, qui induxit minorem ad adueniendam hæreditatem, vt in n. 6.

QVÆSTIO LXXXIX.

An debeat gabella ex parte hæreditatis hæredis clerici minoris ætatis vendita, qui postea petita restituta in integrum aduersus suam additionem, repudiavit hæreditatem?

1 QVæro etiam, existentibus duobus hæredibus clericis patris sui, ipsique hæreditatem aduenibus, vnus eorum, qui erat minor 25. ann. restitutus fuit contra acceptationem, & postea suam partem hæreditatis repudiavit, quo vendita fuit ante, vel post ad solvenda debita hæreditaria: an ex pretio huius venditionis debeat gabella?

Et videtur, ipsam non deberi: quia, ex privilegio, vel exemptio repudians ab ea non excuset, quandoquidem suam partem repudiavit, & proprietatem per acceptationem prius quaesita, restituta sit ad non caulam propter restitutionem, & repudiationem postea subsequantam, ac si à principio non fuisset acquisita, et quia tantum adfert restitutio, quantum abstulit lesio, vt in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. cum similib. et tamen cum portio repudiata accrescat cohæredi inuito in testamento, C. de impub. & aliis iussit. l.

vltima cum materia C. quando non per. par. & in l. re. conuulsi. ff. de legat. 3. tex. in l. vnicuique, vbi ita definitur, ibi, hoc volentibus ipso iure accrescat. C. de caduc. tollend. & cohæres, qui adinit hæreditatem, sit etiam clericus, videtur quod ex sua persona gaudere debeat immunitate eo quoque pars, quæ sibi accrescit, sicut propria, in qua fuit hæres institutus.

Nihilominus tamen his non obstantibus 4 contrarium probandum venit eo casu, quo hic cohæres maior noluerit sibi acquiri partem accretentem, sed eam repudiauerit, prout potest, et quia licet pars hæreditatis repudiata accrescat aliis cohæredibus inuitis, hoc tamen verum est, & procedit, quando pars repudiata nunquam fuit adita: tamen si postquam fuit adita, beneficio restitutionis fuit repudiata, non acquiritur ceteris cohæredibus, absque eorum voluntate, vt in l. si minor. ff. de acquirend. hæred. Ergo cum in specie nostre questionis portio hæreditatis prius fuerit adita, & postea repudiata, consequitur, vt si cohæres suam partem agnoscent, noluerit sibi acquiri partem prædictam, sibi inuito non accretet, sed remanebit creditoribus hæreditatis, ac proinde gabella ex pretio eius debetur: sed erit dicendum, si hic cohæres clericus adierit, vel agnouerit partem præfatam (sui cohæredis minoris), beneficio restitutionis repudiata: tunc namque gabellam ex eius venditione non soluet ex omnibus supradictis pro hac parte in principio huius questionis.

Limitatur tamen d. l. si minor, quando restitutio in casu eius impetraretur propter dolum cohæredis, qui induxit minorem ad adueniendam hæreditatem, tunc enim accretet eidem cohæredi pars repudiata etiam inuito, vt post alios docuimus in repetit. l. nemo potest. n. 39. ff. de leg. 1. quo casu si sit clericus cohæres, non debetur gabella ex prædicta venditione privilegio perone, per supradicta.

SVMARIA.

- 1 Clericus hæres defuncti acceptans eius hæreditatem enidenter damnosam, vt potest non sufficientem ad debita defuncti persoluenta, cum beneficio inuentary in eum finem, vt ex venditione rerum hæreditatis non solvatur gabella, sed integrior fiat solutio creditoribus hæreditariis, nihilominus gabellam soluat, necne? resoluuntur affirmatiue n. 2. nisi fraudis probetur contra gabellam arbitrio iudicis, vt in n. lxxq. & n. 12.
- 2 Fraudus, dolus, vel delictum, in dubio non presumuntur sed competentibus iudiciis probatur, vt in n. 3. 4. & 5.
- 3 Gabellam fraudans peccat mortaliter. Veltigal iniustum, & illicitum fraudans non peccat. d. n. 6.
- 4 Fraudare non licet consanguineo commodo, & beneficio retractus sibi iure sanguinis competentis, & num. 8. & quando dicitur fraudem fieri eidem.
- 5 Gabella fraudatur, quando quis eo solo animo locat, vt gabella euictetur alia venditurus.
- 6 Potest quis alium prouide in sui fauorem facere, licet inde in consequentiam minus principaliter alteri damnus sequatur, & n. 10. & 11. quomodo hoc intelligatur?

QVÆSTIO. XC.

An clericus hæres defuncti adiens cum beneficio inventarij eius hæreditatem evidenter damnosam, vt non soluat gabellam, sed vt fiat integrior solutio creditoribus hæreditatis, teneatur adhuc eam solvere ratione fraudis præsumptæ, necne?

Quæro + ulterius, an clericus qui est vnus ex hæredibus defuncti, adiens eius hæreditatem evidenter damnosam, vt non sufficiens ad debita defuncti per solvenda cum beneficio inventarij ad finem (vt creditur) vt ex venditionibus rerum hæreditatis non solvatur gabella, eam nihilominus solvere teneatur ratione fraudis præsumptæ, necne?

Respondet: In dubio fraudem non presumi, dolum, nec delictum, nisi probetur. I. merito, ff. pro soc. l. quæritur, §. qui dolo, ff. de probat. cum similib. Mascard. de probat. volum. 2. c. 1. §. 1. n. 2. cum sequentibus. & ideo regulariter, nisi aliud constet, vel probetur, clericus hic, cum sit innocuus à solutione gabellæ, vt in nostra l. 6. tit. 18. hoc lib. 9. eam solvere minime tenebitur ex prædicta venditionibus in præmissa specie, cum per additionem hæreditatis sit effectus dominus rerum hæreditariarum, vt diximus supra quæstione ab hinc secunda: Cum enim utatur iure suo adiens hæreditatem cum beneficio inventarij, non est, cur ei aliquid imputandum sit, præmaxime cum potius sit præsumendum hoc fecisse, vt voluntatem relatoris exsequeretur, eaque debita solveret, quod iustissimum est, quamvis gabellam fraudet, & inde minus principaliter sequatur damnum gabellarij: Id namque quod principaliter agitur, semper est attendendum, nisi quis, ne casum, & ibi l. 1. numero 4. ff. si certum petatur, cum similibus. + Ceterum si clericus hic principaliter intendat ex suo facto præiudicare, eumque gabella fraudare, hocque indicis competentibus saltem constitit, l. dolus, C. de dolo, cum similib. late Mascard. de probat. 1. tom. conclusio 530. numero 2. cum sequentibus, vbi qualiter hoc sit intelligendum, debet proculdubio gabellam, ne fraus sua sibi parocinetur, & quia in materia gabellarum potissimum fraudibus obviandum est, vt constat ex l. 1. titulo 17. hoc lib. 9. & in aliis legibus huiusmodi libri: difficile tamen erit hoc competere. + Nihilominus fraus in hac specie probari videbitur, si cum essent hæres simul clericus, & laicus hæreditatis adeo evidenter damnosæ, vt constaret minus sufficienter esse ad persolvenda omnia debita defuncti, nihilque aliud commodi eius resultat, quam se esse ministros creditorum, inter se agerent, vt hæres clericus tantum adiret hæreditatem, non vero laicus, ne gabella deberetur, aliive actus præcedentes huius fraudis probarentur in præiudicium fidei, vel gabellatorum: tunc enim cum clericus hic magis censendus sit minister creditoris, quam dominus hæreditatis, cum notorium sit, nihil ex ea sibi remansurum, ratione huius fraudis admittæ, tenebitur quidem gabellam solvere. + In summa, rectè indicis arbitrio relinquitor, quando, & qualiter hæc fraus suffi-

cienter probata videatur, cum alias sit difficilia probationis, quia rectè probari non potest, vt in dict. l. dolus, & cum aliis tenet. Com. Bec. quæst. 103. n. 4. & Menoch. de arbitrar. iudic. centuria 2. casu 116. n. 2. & late Carter. in pract. crimin. §. homicidij autem species, n. 30. vers. sed qualiter, & Mascard. vbi supra n. 1. plures autem modos probandi fraudem congerit idem Mascard. 2. volum. de probat. concl. 815. per totam. Cum enim hoc gabellæ tributum iustum sit, id fraudare non licet, vt supra resoluimus quæstio. 2. §. 3. quod secus esset, si vethigal illicitum, & iniustum esset, Bart. & Romanan. l. vethigalia, ff. de public. & vethig. Bald. in l. cum proponas in fin. C. de nautic. furor. & plures alios allegans, Tiraquell. in præfatione de viroque retr. a. n. 68. cum sequentibus. Vnde cum leges gabellarum nostri Regni sint iustæ, & obligent in conscientia, vt prædictimus, is qui facit in fraudem eorum, vel consuetudinibus, peccat mortaliter, vt ultra in prædicta nostra practica quæstione allegatos, tenet cum aliis pluribus Tiraquell. vbi supra n. 73. cum sequentibus, vbi generaliter loquitur, + & præterea in terminis legis, vel consuetudinis pertractatis tractatum iure sanguinis, vt minime liceat fraudare consanguineum commodo, & beneficio eius statuti, legis, vel consuetudinis, + & addit vbi Tiraquell. tunc fieri in fraudem legis, vel statuti, hinc consuetudinis, etiam cum quid sit vere, sed eo tantum animo, vt evitetur lex, quod alias non fieret, l. si libertus minore, ff. de tur. patronat. & in terminis gabellæ probat. Lassart. de decim. vendit. cap. 1. n. 17. dicens, quod quando eo solo animo locatur, vt res gabellaria evitaretur, alias venditur, tunc fraus esset, quæ si sic non noceret, + licet enim, quis possit actum factum provide in sui fauorem, licet inde in consequentiam minus principaliter alteri dampnum sequatur, arg. l. 2. §. de iure, ff. de aqua plu. arcend. C. l. Peonius, ff. de dona. in sol. + Hoc tamen intelligendum est, quando id principaliter, & directe ageretur, vt ibi prospiceretur, ne aliud forte dampnum indebite pariatoretur, si quis id faceret eo animo, & consilio principaliter, vt alterum circumveniret, & sus sum fraudaret, vt probat Tiraquell. in præfatione, vbi supra n. 77. argumento l. non omne, ff. de stat. lib. vbi ita scribitur, non omne ab hæredis persona interuentis impedimentum statu libeto pro expressa conditione cedit, sed id duntaxat, quod impediende libertatis causa factum est. Vnde hic secundum ipsum Tiraquell. post Stephan. Phed. quem refert + quod cum actus non destinatur directe ad finem, sine effectum fraudandi legem, sed ad alium, licet incidenter ad eum finem perueniatur, non censetur esse prohibitus, nec factus in fraudem: Ad quod etiam optime facit, l. qui natura, §. sed cum me absente, ff. de neg. gest. qui text. loquitur de eo, qui alium subiecit: & l. seruis dotalis, ff. solut. matrim. C. l. cum pater, §. Titio, ff. de legat. secundo, vbi dolo (quod iam supra diximus) non attribuitur, sed providentia: verum est text. præstantior cæcis in proposito, & secus in terminis in l. si pupillus 42. post principium, ff. de acquir. vend. hæreditat. ibi: nec enim videtur voluisse fraudare, qui sibi prospicit, ne oneribus patris pupilli hæreditarij implicetur.

Ex + quibus omnibus mire confirmantur omnia supradicta, scilicet, tam nostra decisio huius quæstionis principaliter, vt regulariter, & in dubio clericus hic, de quo agitur, gabellam solvere non

non teneatur: cum potuerit id facere principaliter vt animæ defuncti faceret, opusque pium exsequeretur, vt in dubio est præsumendum, quam vt gabellarium læderet, atque fraudaret, licet inde in consequentiam dampnum ipse gabellarius indirecè patiatur: quam etiam limitatio supra assignata ad nostram præfatam sententiam, & decisionem, vt ipsa non procedat, quoniam constaret, iniuste principaliter, id actum fuisse in præiudicium, & fraudem fidei, vel eius conductoris ne gabellam inde consequeretur. In eo autem difficultas consistit, quomodo, & quando sufficienter de hoc constabit? Ideo iustices prudenter, & circumspicte se habeant in hoc, nedum volunt operi pio plus debito facere, gabellario nocere, vel fraudem minus sufficienter præsumentes, creditoribus hæreditariis præiudicent, nos enim regulam generalem hic præfigere non possumus, cum pro diversitate casuum, & probationum, diversimode sit iudicandum: Ideo religiosi, & prudentes atque circumspicè iudicis arbitrio hoc relinquimus, qui pro animi sui iusto motu hæc discernat.

SVMARIA.

- 1 Clericus prima tonsuræ tantum, an debeat solvere gabellam, & resolutur affirmatiue n. 5.
2 Clericus prima tonsuræ appellatione clericorum intelligitur, præcipue in favorabilibus, & n. 3. quomodo hoc debeat intelligi.
3 Clerici coniugati etiam cum unica, & virgine duobus tantum privilegijs utuntur, fori, nempe, & canonici, quoad cetera vero clericorum privilegia laici omnino censentur, vt suis gabella, & vintus.
4 Clerici prima tonsuræ beneficium Ecclesiasticum actualiter habentes non debent solvere gabellam: secus si possessionem eius non habeant, vt in n. 9.
5 Clericus prima tonsuræ debet solvere gabellam infra est, & ideo merito obseruanda, & de eius ratione, n. 8.
6 Clerici prima tonsuræ qui privilegio fori, & canonici gaudere debent, iuxta Concil. Trident. & illum Regni.
7 Clericus prima tonsuræ pensionem Ecclesiasticam habens gabellam solvere tenetur, nisi pensio sit constituta in titulo beneficii, & n. 11.
8 Pensio Ecclesiastica non est beneficium Ecclesiasticum, nisi constituta sit in titulum beneficii.
9 Clericus habens actualiter capellaniam collatiuam, non tenetur solvere gabellam, quia est beneficium Ecclesiasticum, & n. 14.
10 Clericus habens pensionem Ecclesiasticam actualiter in titulum perpetuum non soluit gabellam, alias fecus.

QVÆSTIO XCI.

An clericus primæ tonsuræ tantum debeat solvere gabellam, ex suis venditionibus, & permutationibus?

Quæro modo circa dict. l. 6. tit. 18. hoc libro 9. dum agit de exemptione clericorum à solutione gabellæ, an habeat etiam locum in clericis

prime tonsuræ, ipsiunque comprehendat: In qua quidem quæstione, ita distinguendum videtur, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gaudeant hoc privilegio, & immunitate, vt gabellam non soluant, sicut clerici in facis: clerici vero primæ tonsuræ coniugati, eo non gaudeant, & sic gabellam solvere teneantur ex suis venditionibus, & permutationibus, ac ceteri laici.

Primum membrum huius distinctionis, quod habet, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gabellam non debeant, nec soluant, probatur ex generalitate nostræ legis. 6. ibi: + Clerigos, + Appellatione enim clericorum ille quoque intelligitur, qui prima tantum tonsura est insignitus præcipue in favorabilibus. secundum Abb. in rubric. de vita, & honestat. cleric. & in cap. 2. de prebend. & ibi Decius traditur in clericis de iudicis, text. in l. præsbytero, C. de Episcopis, & cleric. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 1. ordinament. colum. 106. in versicul. nomine etiam clericorum, & latius Rodric. Suarez in quæstio. de maioratibus, num. 34.

Et in terminis nostræ quæstionis ita tenet Ioan. à Medina in suo C. de restitutione, cap. 1. in principio, & D. Conarr. in pract. quæstion. cap. 3. sub n. 9. dicens, quibusdam legibus ordinamenti veteris hoc probari, esseque communem opinionem, & intellectum ad omnes iuris canonici constitutiones, quibus clerici eximuntur ab his muneribus secularibus personalibus quidem, & mixtis, & Gregor. Lopez in l. 10. titulo 6. part. 1. in gloss. verb. fori non per text. ibi, & Didac. cum Perez in dict. l. 1. gloss. 1. colum. n. 99. versicul. clericus etiam coniugatus, titul. 3. lib. 1. ordinament. & in l. 2. per text. ibi titulo 4. lib. 4. ordinament. gloss. fin. quos refert Girond. de gabell. 7. p. in principio, numer. 6. & Matien. alios allegans in l. 1. tit. 10. lib. 5. non collectio. Reg. gloss. 1. m. 4. & Bobadilla in sua Politic. de Corregid. lib. 2. c. 18. n. 11. litera E.

Sunt tamen, + qui existimant, hanc opinionem admittendam fore, cum clerici primæ tonsuræ probant, & honestam rationem viuendi sectantur, saltem vestes & tonsuram non dimittentes, quod deducere videntur ex Innocen. in cap. primo, de apostatis, & hi sunt plures, quos refert D. Conarra. vbi supra dicens, hanc interpretationem non esse fortassis à mente iuris canonici alienam, passim possetur hinc temporibus, quibus tot clerici primæ tonsuræ, absque tonsura, & vestibus vagantur, moribus, ac vite honestate à ceteris laicis minime distincti: Tandem resoluti Conar. quod cum hæc exceptio iure sit tantum humano instituta, plurimum poterit circa eius vim, & usum consuetudo legitime præscripta præmaximeque non erit eius quævis interpretatio Republicæ conueniens à facienda, cum de muneribus agatur, quæ mixta sunt, & ratione rerum temporalium personis, quoad census, & pecuniæ contributionem indicuntur: etiam hi iuxta iuris canonici rigorem, clerici primæ tonsuræ non sint privandi hoc privilegio ex eo, quod tonsuram, & vestes dimiserint, nisi prius tertio moniti in hanc incidissent contumaciam. Sufficeret tamen ea monitio, quam fit per publicationem constitutionis Alexandrinæ. Eandem interpretationem ad hanc primam conclusionem voluit Didac. Perez vbi sup. & Matien. vbi sup. n. 4. alios allegans nihilominus tamen inquit Conar. de vidisse semel Regiæ literas in hoc decretas, vt clerici primæ tonsuræ.

tonsuræ, etiam non coniugati, cogantur solvere decimam partem pretij, quo res proprias, etiam seculi mercimoni, & negotiationis causa vendiderint, quo ius alsacala Hispani, alij gabellam appellant: cum tamen ius Pontificum in cap. quanguam de censib. in 6. non minus hanc exactio- nem, quam alias in clericorum rebus, & per- sonis prohibuerit: Unde fateri oportet | Iste in- quit | posse multum in his immunitatibus con- sistentem.

Secundum membrum principale diste distin- ctionis, quod de clericis primæ tonsuræ coniuga- tis agit, nempe, vt hi gabellam solvere teneantur, ex eo probatur, ¶ quoniam hi etiam si con- iugati, & virgine sint coniugati, & tonsura, vestibul- que coniugalibus vtantur, tantum duo privile- gia, seu videlicet, & canonis obtinent: & gaudent: ad reliqua namque privilegia clericorum laici om- nino carentur ex text. singulari, & ibi glossa com- munitur recepta, verbo, *clericus in cap. de cleric. coniug. lib. 6.* sequitur plures referens D. Covarr. vbi sup. expresse probans, huiusmodi clericis con- iugatis iure negari privilegium immunitatis, quod gabellas, munita secularia, indictiones colle- ctas, aliæque, quævis Regalia obsequia, censum, & his similia: hæc namque subire tenentur hi clerici, sicut subeunt, & præstant omnino laici, quod in specie adnotantur, gloss. prædict. in dist. cap. vnic. & ibi omnes Abb. in cap. ex parte, decla- ric. coniug. Guid. Pap. qu. 393. Bertach. de gabell. 7. parte n. 22. volum. vndecimo tractat. diuersi. Doctoi. Angel. in authentic. de Monach. §. penultim. Ioan. Mauritan. repetitione l. vnic. C. quo loc. munera subis. folian. lib. 10. pag. 75. Quorum opinio commu- nis est, & ab omnibus approbatur in dist. cap. ex parte, atque item dist. leg. Regia. 23. teste Covarr. vbi supra, qui eam sequitur, quam etiam proba- runt Petrus Duennas in. regul. 100. limitation. 10. & D. Azced. in l. 2. titulo 4. n. 2. libr. 1. noua collect. Reg. & Matien. vbi supra n. 5. & Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 11. vbi alios allegat.

His tamen non obstantibus indistincte hodie profertur, quod clericis primæ tonsuræ, siue solutus, siue coniugatus etiam deferentes habitum, & tonsuram clericalem non comprehendit sub privilegio, & dispositione nostre l. 6. sed quod hi omnino tanquam laici, nisi beneficium Ec- clesiasticum obtineant, non coniugati gabellam solvere teneantur de venditionibus, & per- mutationibus rerum suarum ex expressa in hoc dispositione noua nostri iustissimi Regis Phi- lip. II. in l. 1. titulo 4. libr. 1. noua collect. Reg. quæ ita se habet:

Los clérigos de Corona y menores Ordenes, que conforme al decreto del santo Concilio de Trento, y a las leyes antes desta queden gozar del privilegio del fuero, sea, y se entienda solamente quanto al privilegio del fuero en las causas criminales. Pero en todo lo demás, así en el pechar, como en el pagar alcaval, y en todas las otras cosas no sean exemptos, ni gozen de privilegio: y paguen, y contribuyan como los legos, en esto, y en todo lo demás sean auidos por tales, salvo los no casados, que aliu- almente tuieren beneficio Ecclesiastico.

Ex ¶ qua l. declaratur nostra l. 6. vt non procedat in clericis primæ tonsuræ solutis, nec coniuga- tis, vbi illi soluti beneficium Ecclesiasticum adualiter continant eant quod perdist. l. 2. nuncupatam, vt clarum obseruant nonnulli, necpe Olanus in concordia autonoma litera C. num. 21. Paulatrar. queridian. lib. 1. cap. 7. §. 1. numero 3.

Matien. dist. numer. 5. Azced. in dist. l. 2. & Las- sart. de decim. cap. 19. numer. 18. vbi numer. 19. inquit, quod cum dist. l. 2. est totus Hispaniæ vsus, sequitur etiam Homadad Greg. Lopez in dist. l. 49. titulo 6. part. 1. in gloss. verb. *has franquezas*, numero 4. & Girond. de gabell. 7. part. in princip. numero 7. sequitur, plures allegans, Bobadill. in sua Politic. de Corregid. lib. 2. cap. 18. numero 10. vbi quodiam præcatur in his Regijs, & numer. 263. & 285. quam praxim agnouit etiam Farinac. in sui quæst. criminal. tit. de inquisition. quæst. 8. num. 7. in si. relatus per Bobadill. d. n. 110.

Et præd. l. Regia iusta est, & ideo merito ob- seruanda: Non enim videtur contraria iuris ca- nonici dispositioni, nempe de. *quanguam, de cen- sib. in 6. & c. aduersus, & c. meminimus de immuni- Eccles.* Nam si credimus Ioseph. Angie. in sua Floribus Topologi quæst. in quæst. de vestib. veligal. in primo Rubric. difficultat. 5. in præd. tit. volum sit mentio Ecclesiasticorum habentes autem primam tonsuram, non sunt Ecclesiastici, vt ille ait, quia quamuis privilegia Canonis gaudeant, non tamen privilegio fori. Hoc autem reponso non est certa quoniam iuxta sacrum Concilium Trident. sess. 23. c. 6. §. l. 1. tit. 4. libr. 1. nou. coll. Reg. habentes pri- mam tonsuram gaudere debent privilegio fori, si non coniugati, & habentes habitum clericalem in aliquo ministerio, & officio ex mandato Episcopi seruiant Ecclesie, vel in seminario clericorum, vel beneficium Ecclesiasticum obtineant, vel de licentia Episcopi, quæst. ad alios ordines promouentur, in aliqua schola, vel vniuersitate studiant.

Sed ¶ verior ratio in proposito est, quia præ- terquam quod est fundata in antiquo Hispaniæ vsu, & consuetudine, quæ in his clericorum im- munitatibus plurimum valet, secundum Covarr. vbi supra, habentes primam tonsuram, quicquid in eis omnia alia requisita necessaria ad fori pri- uilegium concurrant, ad hoc Ecclesiastici omnino non sunt, si Ecclesiasticum beneficium simul non obtineant, & ideo gabellarum immunitate gaudere non debent, tam iuxta ius canonicum, quod de personis Ecclesiasticis expresse loquitur in dist. cap. quanguam cum similibus quam Regium, de quo in hac l. 6. iuncta dist. l. 2. vt latius probat Lassart. dist. cap. 19. numero 21. dicens hanc esse veram, ac fundamentalem rationem dist. l. 2. eamque iustissima ratione nitit, & num- ero 21. refert nonnullas differentias inter cle- ricos in minoribus constitutos cum benefi- cio Ecclesiastico, & eisdem, id non obti- nentibus.

Sed ¶ pro declaratione, & præd. dist. l. 2. titulo 4. lib. 1. obseruandum erit, ex illis eius verbis: Saluo los no casados, quæ actual mente tuieren benefi- cio Ecclesiastico excludit eos clericos, qui licet collationem beneficij habeant, & bonum in eo ius, non tamen adhuc adepti sunt eius possessio- nem, cum lex illa expresse requirat, quod cle- ricus minorum ordinum actualiter obtineat benefi- cium Ecclesiasticum ad hoc, vt fruatur immu- nitate, non soluendi gabellam, vt voluit & recte Lassart. d. c. 19. n. 24.

Secundo circa eisdem l. 2. praxim, & intelle- ctum obseruandum est, non sufficere regulariter, quod clericus minorum ordinum habeat pensio- nem Ecclesiasticam ad hoc vt immunitas sit a gabella nisi illa pensio sit constituta in titulum beneficij, alius enim licet pensio dici queat beneficium, non

non tamen est, nec dici potest Ecclesiasticum, vt probat Gigas de pensio. q. 1. n. 28. §. 2. & 86. & alios plures referens Azced. in l. 1. tit. 4. libr. 1. nou. coll. Reg. n. 5. vbi id pluribus comprobatur, & n. 7. & Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 1. q. 10. n. 68. & lib. 2. q. 15. n. 11. vbi quod est communis opinio idem testatur lib. 1. q. 4. n. 32. & in terminis nostræ l. ex præd. hanc resolutionem tenet Lassart. d. c. 19. n. 24. ¶ quidem probat respectu gabellæ non soluendi, quoties pensio est relectuata in fructibus beneficij resignati ab ipso pensionario, quia in fauorabilibus huiusmodi pensionarij Ecclesiasticus beneficiatus dicitur, vt resoluit Gigas de pensio. q. 94. n. 8.

Adhuc tamen in hac specie, cum hic pensio- narijs vere beneficiis Ecclesiasticum ante re- gressus verificationem actualiter non possideat, sed tantum pensionem de qua dist. l. 2. non loquitur, credo, huiusmodi pensionarij ex causa resignatiōis teneri soluere gabellam, præterquam si expresse in titulum beneficij sibi sic pensio refer- uata, vel si sacro ordine fuerit insignitus, quod solum sufficit ad non soluendam gabellam, vt in nostra hac l. 6.

Similiter etiam clericus minorum ordinum habens capellaniam in titulum perpetuum con- cessam a Papa, vel alio Ordinario, ¶ cum hic dicitur habere, & possidere beneficium Ecclesiasticum iuxta glossam in element. fin. de decim. Gometius in reg. de infra. ref. q. 2. §. 2. & Decius conf. 210. n. 4. quos, & alios refert, & sequitur Azced. in d. l. 1. n. 7. & Lassart. d. c. 19. n. 26. non tenetur soluere gabellam.

Necnon, & præfationum habens in titulum perpetuum, cum tunc dicitur beneficium Ec- clesiasticum, alius secus, vt late probat Azced. in d. l. 1. sub n. 1. & Lassart. d. c. 19. n. 26. non tenetur soluere gabellam per prædicta.

SVM MARIA.

- 1 Clerici, Ecclesiasticæque persona, an iure tenentur soluere ssum, vel aliam contributionem a Rege, vel alio iudicibus secularibus vtilita- libus impostam, como es los millones concedidos a tu Magellad, pot el Reyno? & n. segg.
- 2 Clerici tenentur contribuere in tributis, & contributionibus in dictis omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem atque necessitatem, & n. 40.
- 3 Clericorum exemptio a contributionibus est concessa eisdem per leges ciuiles Regum, & Imperatorum.
- 4 Principi privilegia a se concessa, etiam ab que causa legitime reuocare potest, sed vide n. 57. & 58. & 59.
- 5 Clerici tenentur soluere ssum, seu gabellam im- postam a Consensibus cum consensu domini reu- paralis super vtilitatibus, vt hic, sed contrarium late probatur n. 8. cum seqq.
- 6 Ecclesia emens, vel alio modo acquirens predia a laico tributaria Regi, tenetur Regi satisfacere pro eis, vide n. 61. quomodo hoc intelligatur, & n. 62. & 65.
- 7 Clerici non solum sunt exempti intra possessio a solutione tributorum, & aliarum, & aliarum impostio- num, sed etiam sua exemptio a iuro diuino originem trahit, vt hic, & in n. seqq. latissime probatur, & præcipue cap. 47. Gen. & c. 7. lib. 1. E. Jura, & c. quanguam de censibus

- lib. 6. quicquid contrarium velit Belarm. vt in n. 14. vt resoluitur cum communi, n. 20.
- 11 Cap. quanguam de censibus & exactio lib. 6. licentia, & intellectus, & n. 12.
- 12 Ex ratione generalis omnes casus similes deci- duntur, & expressi loco exempti habentur.
- 13 Cap. non minus de immunit. Ecclesiast. litera referatur.
- 14 Cap. aduersus de immunit. Eccles. litera referatur.
- 15 Clericorum exemptio probatur etiam sacri canonibus, & auctoritatibus sacre pagine, & di- uersi epistolæ Summorum Pontificum, vt in n. 18. & auctoritate decreti sancti Concilij Tridentini, vt in n. 19.
- 16 Concilium generalibus Summorum Pontificum summa fides adhibenda est.
- 17 Bulla in Cana Domini casus 17. alias 18. referatur contra imponentes clericis collectas, & alia onera, & c.
- 18 Episcopi tenentur denunciare, eos, qui in cen- suras Ecclesiasticas incidunt ob impositionem collectarum, & aliorum onerum clericis.
- 19 Successor in officio alius qui ssum impostus cleri- ci remanet in eisdem censura conclusus, nisi satisfecerit intra mensem, non tamen ea censura est reseruatæ ob non satisfactionem, si non ex- ceptio de nouo impositionem ab alio factam, sed statim esset, de quibus autem bonis satisfactio præd. facienda sit, agitur, n. 21.
- 20 Contradictio impositionis si, vel collectæ clericis faciendæ, faciendo quod in se est, licet maior pars id decreuerit, non incidit in censuram Bullæ.
- 21 Successor scienter exequens de nouo impositi- onem contra clericos ab alio factam, ex actionem continuando incurrit censuram Bullæ referatam propter nouum consensum tacite re ipsa a se præsumptum, & c.
- 22 Excommunicatio Bulla in Cana Domini, lata contra imponentes collectas, aliaque onera clericis, est reseruatæ.
- 23 Summo Pontifice mortuo, durante censura lata in Bulla Cana Domini, nisi in ea aliud canca- tur, & n. 30.
- 24 Clerici sine expressa licentia, & concessione Ro- mani Pontifici grauari non possunt ssum, nec alio tributo, ni millones, & n. 35. etiam si ssume clericis velles soluere collectam, nisi vt in n. 31.
- 25 Laici imponentes, & exigentes ssum, & alias impositiones clericis licentia Summi Pontifici, peccant mortaliter, præter excommunicationem, quam incurrun, & n. 36. el legendo.
- 26 Excommunicatio præsupponit culpam mortalem propter subordinationem, & absque culpa, & contumacia mortaliter nullus potest excommunicari.
- 27 Facientes contra legem iustam in ra graui, pec- cant mortaliter.
- 28 Clericum securitate conscientia non possunt dissimulare, nec consentire in collectæ, ssum im- postum.
- 29 Ecclesiasticum Status grauitas est quam pluri- bus oneribus de quibus hic.
- 30 Nobiles non contribuntur in los millones.
- 31 Leges ciuiles præcipientes clericis teneri ad collectas, & onera impostio pro communi vtili- tate, & necessitate sunt correctæ sacris Canonibus secundum commitem Duæ. sententiam, sed in hoc ponitur vera resolutio, n. 42. & 43.
- 32 Ecclesia, & clerici, quamuis possint exhorrari & reguii per iudices seculares vt contribuntur

- in casibus ad iure canonico permittit, non tamen possunt ad id cogi nisi per iudicem Ecclesiasticum competentem. & n. 45.
- 46 Clerici in casu necessitatis compelluntur per suum Episcopum ad vigilias, & custodia civitatis, non tamen per brachium seculare.
- 47 Clerici ad hoc, ut teneantur ad refectionem vicariorum, & fontium, atque pontium tria requiruntur, de quibus hic.
- 48 L. 12. tit. 3. lib. 1. noua coll. Reg. non corrigi quantum ad iudicem, qui compellere debet clericos ad contribuendum leg. 54. tit. 6. p. 1. & n. 53.
- 46 Leges nouæ sunt interpretanda, ne ius commune ledant in quantum fieri possit, etiam si verba impropietur.
- 50 Correptio legis antiquæ cum intenditur, solet significari verbis expressis, aut honorifica aliquâ præfatione, & ubi lex Regia non exprimit, non est de eius intentione ius commune corrigere, vt in n. 51.
- 52 Iudices seculares non debent perturbare iurisdictionem Ecclesiasticam.
- 54 L. 2. tit. 3. lib. 1. nou. collect. Regia intellectus.
- 55 Consuetudo compellendi laicos, clericos ad soluendum solum, & alias collectas, non est vniuersalis, nec seruanda, & n. 60.
- 60 Respondetur fundamentis Syluestri tenentis contra communem opinionem, consules, & rectores cum licentia domini temporarii posse imponere clericis solum in vicariis.
- 64 Ecclesiasticus Status non debet contribuire en el donadio de los millones, nisi Romanus Pontifex id præcepisset, exceptis, quæ pro se, & suis familiis consuntur, vt in numeris sequentibus.
- 67 Bona Ecclesiastica non debent contribuire in pretio exemptiensi alicuius ville: patrimonialia autem clericorum sic.

Q V Æ S T I O. X C I I.

An clerici ceteræque personæ Ecclesiasticæ teneantur solvere sifam, vel aliam contributionem à Rege, vel aliis iudicibus secularibus vicualibus impostam, como es los millones concedidos a su Magestad por el Reyno, absque licentia Summi Pontificis?

Q Væstio hæc orta fuit in congregatione omnium Ecclesiarum horum Regnorum Martici facta anno 1596. cum licentia Regis nostri Philippi II. cui interfecti cum mandato procuratorio hulus alme Ecclesia Ciuitaten. vt canonicus Doctoralis ipsius temporis, quo primus fueron concedidos por el Reyno los millones a su Magestad, y toda la Congregacion me cometo lo estudiase, y fundasse en derecho que el Estado Ecclesiastico no estaua obligado a contribuir en ellos, aunque se pretendia por el Reyno lo contrario, y auendolo visto, y estudiado con cuidado, hizo la informacion de derecho siguiente, que se dio impresa, y firmada de mi nombre a su Magestad, con un memorial, y alor señores de su Real Consejo.

Pro parte affirmatiua primo facit, quia clerici teneantur contribuire in illis tributis, & contributi nibus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem, atque

necessitatem Reipublicæ, leg. ad instructiones, & ibi communiter Doctores, C. de sacros. Ecclesia. cum similib. 20. tit. 3. p. 3. & l. 4. tit. 6. p. 1. candela-brum auzem. 7. Sacr. 2. de explanatione Bullæ in Cona. Domin. n. 43. p. 71. vbi plures DD. citat. l. 1. tit. 1. lib. 1. nou. coll. Reg. ibi: Pero que en los pechos, que son para el bien comun de todos, assi como para reparo de muro, o de calçada, o de carrera, o de puente, o fuente, o de compra de termino, o en cusa que se hega para velar, y guardar la villa, y su termino en tiempo de menester, que en estas cosas tales, a fulfillmento de propios de Concejo, deuen contribuir, y ayudar los dichos clérigos: por quanto es pro comunal de todos, y obra de piedad, & l. 1. c. in dem. tit. 3. lib. 1. ad fin. ibi: Mandamos, que en razon del pago las penas, y lo que assi fuere ordenado, que todos, assi clérigos, como legos lo paguen assimismo por rata lo que les cupiere: Ergo à fortiori idem videtur dicendum, quando hoc tributum imponitur pro necessitate Regis à quo tanquam à capite dependet vtilitas totius Regni, tanquam in membra.

Secundo, quia sic fertur introductum, atque solitum esse fieri in his Regnis in similibus necessitatibus Regis, vel Reipublicæ, vt clerici in eis quoque contribunt sicut laici.

Tertio, quia exemptio clericorum ab huiusmodi contributionibus est concessa eisdem per leges ciuiles, & Regias conditas ab Imperatoribus & Regibus, l. placet, C. de sacros. Eccl. e. generaliter 40. §. placet, l. 6. q. 1. & l. i. canonicus, l. 2. & ibi DD. C. de sacros. Eccl. cum similib. & in Codice Theodes. relato in c. in quolibet, 2. q. 8. & in l. 50. cum seq. l. 6. p. 1. & in l. 1. cum seq. tit. 3. lib. 1. nou. coll. Reg. & præcipue in d. l. 1. prin. eiusdem tit. 3. que sic habet: Ejemplos deyn ser los Sacerdotes, y ministros de la Santa Iglesia de todo tributo, segun derachos, por ello ordenamos, y mandamos que en quanto en los pedidos de que nos entendamos seruir, y en otros pedidos de qualquier otra calidad los clérigos sean libres de contribuir, y pechar con los concejos. Idem ergo legislatores, hoc est eorum successores in dignitate Reg. tollere possunt præd. immunitatem, atque exemptionem clericis prius tributam, siue concessam eidem derogando, atque contrarium statuere, & decernere, præcipiendo, vt Status Ecclesiasticus contribuat, En los millones que los Reynos concedieron, o concedieren a su Magestad por via de sisa, o repartimiento como los legos, y dar sus provisiones para ello en forma, y Principe namque privilegia à se concessa, etiam absque causa legitima reuocare potest, l. qui fundos, C. de omni agro deseri. lib. 10. lex. & ibi Inn. in c. in nostra de iniurijs glof. in reg. decet de reg. iur. in 6. communis, secundum D. Couar. libr. 3. var. resolu. 6. n. 1. D. Mol. lib. 4. de Hisp. primog. c. 3. n. 8. 16. & 17. vbi lato eam declarat: & ita videtur tenere in terminis Syluestri in summa verb. immunitas et l. in fin. in vers. si vero proper, & vbi dicit, quod quando Consules propter debita, aut aliud gabellam ponunt super carne, aut vino, & huiusmodi, non animo extorquendi pecanias ab Ecclesiasticis, sed quia etiam si non essent Ecclesiasticæ personæ, adhuc eam imponerent, est licitum, habita auctoritate domini temporalis, & habita moderatione, ne ponatur magis super his, que sæpe emuntur à clericis, aut ab extraneis, aut à pauperibus, quam ab aliis ciuibus: & quod sic clerici conueni non possunt: maxime cum alibi possint emere, licet non ita commode, vt inquit probat, ff. de noui oper. nunt. eandem sententiam certiore visam fuisse testatur

testator Octavian. Vulp. de lib. Eccles. 2. p. n. 51. cum Syluest. & aliis duobus.

Quartum, & vltimum fundamentum huius patris est, ex l. 5. tit. 6. p. 1. vbi disponitur, que si per ventura la Iglesia comprase algunas heredades, o se las diesen hombres que fuesen pechoros al Rey, son obligador los clérigos a hazerle a aquellos pechos, y derechos, que auian de cumplir por ellas aquellos de quien las ouieren, ideam probat d. l. 1. in vers. y otro, si heredad que sea tributaria, tit. 3. lib. 2. nou. coll. Reg.

Sed quia accurate diuinas literas, factosque Canones, epistolas, & Bullas Summorum Pontificum perlegit, inuenit, immunitatem Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, & Religiosarum à soluendis tributis, collectis, sifis, & alias quacunque contributiones, & impositiones laicorum, non solum esse de iure positum, sed etiam originem trahere iuris diuini: & itaque status Ecclesiasticus minime contribuere teneatur in prædictis, nec in donatio de los millones per via de repartimiento, sifis, ni de otra manera, sin licencia, y mandado de su Santidad.

Quod primo probatur cap. 47. Genes. cum tempore famis conditorum Aegyptium terram sibi emerat Pharaon, atque sub eadem fame suæ seruituti cuncta subiceret, Sacet dotibus ita necessaria subministrant, vt neque possessionibus, nec liberate donarentur domino ex tunc pronuntiant, sacerdotem in omni gente liberos esse oportere, vt exponitur in cap. tributum, §. quammis, 23. quæst. 8.

Secundo ex c. 7. l. 1. Esdras, vbi refertur quoddam decretum, & stabilimentum Regis Artaxerxis: Por el qual mando a las guardas del arco publica, y teleros de su casa Regal, que todo lo que pidiese el Sacerdote Esdras (e lo diesen sin tardança alguna hasta en cierta cantidad de plata, y ciertas medidas de trigo, vino, y azeyte, y sal sin medida: & statim deinceps inquit: Vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Levitis & Cantoribus, Lantoribus, & Nathinibus, & ministris domus Dei huius, vt vestigal, & tributis, & annonas non habeatis impostas imponendi super eos. Ecce status Ecclesiasticus exceptus expresse, atque exemptus à solutione cuiuscunque tributi, sifis, & impositionum, sublataque potestas populis, Reipublicis, & communitatibus Regni imponendi tributa clericis, quamuis laicis imponenda sint ex iustis, & necessariis causis.

Tertio hoc ipsam declarat vti Bonifacius 8. in e. quammis de censibus, & ex d. lib. 6. ibi cum igitur Ecclesie, Ecclesiasticæque personæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quinimo, & diuino, & secularium personarum exactionibus sint immunes, & constitutum felicitis recordationis Alexandri Pape 4. prædecessoris nostri, qui statuit, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & quidagiam penitus non teneri, neque ad exigendum, vel soluendum talia pro rebus suis propriis, quas non causa negotiandi deserant, vel deserti faciunt, seu transmittant, volentes propter multorum insolentiam, & abusum, penæ adminiculo adiuuare, adictimas illitricus inhihendos, contra-tia consuetudine quorundamque, que dicenda est corruptela verius, non obstante, nec Collegium nec Vniuersitas, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis personarum, cuiuscunque, sit dignitas, conditionis, aut status à præfatis Ecclesiis, aut personis pro personis ipsis, aut rebus præd. talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium suo nomine, vel

etiam alieno, aut res ad huiusmodi persoluenda compellat: qui vero contra fecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis: si autem Collegium, vel Vniuersitas ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus interdicti sententiam ipso facto incurrant: nec ab excommunicatione huiusmodi abolitionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter, Ad idem textum clem. præfatis de censibus.

Nec dicatur quod text. in d. e. quammis, loquitur tantummodo de pedagijs, & quidagis, quoniam ratio illius text. generalis est, vt patet ex eo text. in principio, cum igitur Ecclesia: & ibi à secularium personarum exactionibus sint immunes: Verbum namque illud, Exactionibus, omnia comprehendit: & ex ratione generali omnes casus similes decidentur & comprehenduntur, & expressi loco exempli habentur, vt cum communi resoluimus libro 3. prædicar. quæst. 17. & 18. n. 75. cum pluribus sequent. præcipue n. 80. & 101. Ins præ: etia diuinum, cuius meminit Bonifacius Papa 8. generaliter loquitur in quibuscunque exactionibus: quo fit, vt iuxta hanc tam expressam decisionem arbitri non debeat, ad clericis sint immunes, & exempti à tributis iure diuino: siquidem hoc iam declarauit nuncupatum Summus Pontifex in illo text. dicens, Ecclesias, Ecclesiasticasque personas, ac res ipsarum, non solum iure humano, sed etiam, & diuino à secularium personarum exactionibus esse immunes.

Vnde audiendum minime esse censio doctissimū & illustrissimum Card. Bellar. de controu. orthodox. fides, controuersis, 5. de membr. Eccl. Militian. in 3. par. 1. c. 28. de cleric. folio mibi 161. in paruis, dum defendere, & probare voluit contrarium asserens, hanc exemptionem clericorum esse tantum de iure humano, non vero diuino, loquitur liquidem contra illum text. eiusque aperta verba, cui non bene responderit dicens: Bonifacium eius auctorem nomine iuris diuini intelligere exemplum, quod habetur in scriptura diuina, nimirum Genes. cap. 47. vel certe fuisse Bonifacium in sententia Canonistarum, eamque a permissis, non autem aliquid definitiue, quia non loquitur per modum definitiue rem controuersam, sed simpliciter, & obiter id asserit, & definit: sed vt neque sit, sufficit pro nobis habere interpretationem, declarationem, & auctoritatem Summi Pontificis, cui est standum contra DD. contraria patris, prout etiam fuit declaratum in c. tributum, §. quammis, 23. q. 2. & probatur hodie clare ex Concl. Trid. sessio. 25. cap. 20. ibi Ecclesia, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonibus, sanctionibus constitutam, & ibi namque Dei præcipua, cuiusque parochias recta venerunt.

Quarto in hoc eodem iure diuino nihil est Concilium generale Lateran. relatum in c. non minus de imm. Eccl. dicens: In diuersis mundi partibus Consules eruantur, & recitent, nec non alij, qui potestatem habere videntur rei contra frequenter imponunt Ecclesiis, vt deteriori conditioni fallum sub eis sacerdotum videatur, quam sub Pharaon: fuerit, qui legis diuinae nitentiam non habebat: ille quidem omnibus alijs seruaturi subleuit, & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico ministravit: isti vero uera sua fere vniuersa imponunt Ecclesiis, & tot angustias eas affigunt, ut eis, quæ Hieremias deploret, comprehendere videatur: Princeps pronuntiarum

filla est sub tributo: siquidem fissa, sine impedi-
tionibus, seu alia qualitate sibi arbitrarie addita de
bonis Ecclesiarum & clericorum Christi & sicut de
putatis voluit fore cuncta complere: in iustificationem
etiam, & auctoritatem Prelatorum ita emanant, et
si nihil potestatis eis in suis videatur hominibus
remanere, concludit el text. dicens: Quocirca
sub auctoritate districtissime fieri de cetero talia
prohibemus: & in finalibus text. additur, si autem
Consules, aut alij de cetero ista commiserint, &
communiter defilire voluerint, tam ipsi, quam sanctio-
res eorum excommunicatione se noverint subiacere,
neque communioni reddantur, donec satisfactionem
fecerint competentem: & ita gloss. verbo sub tribu-
to, & communiter Doctores notant ex illo text.
claro, quod sacerdotes, & clerici debent esse immu-
nes ab omni exactione seculari.

16 Quinto hinc entius III. in Concilio generali
in e. aduersus de immunitate Ecclesiarum, quod mo-
do per diximus ex Concilio Laterano addidit, quod
constitutiones, & sententia quæ à talibus, vel de
iporum mandato fuerint promulgatae, manes &
iuribus habeantur, nullo vnquam tempore valitu-
re: Inquiretiamque aeternam, quia fructus, & dolus ali-
cui patrocinari non debet, nullus vno decipiatur
errare, ut intra tempus regimini sustineat auctori-
tatem, quatenus post illud non sit ad satisfaciendum
debitum compellendus, nam, & ipsum, qui satisfacere
recusauit, & successores ipsius, nisi satisfecerint
intra mensem, manere decernimus. Ecclesiastica
censura conclusum, donec satisfeceris competenter,
cum succedat in euer, qui in honore substituitur.

Sexto idem probant sacri canones, nisi aucto-
ritatibus sacrae pagine, ut constat ex text. in e.
conuenerit, ibi, que diuina sunt 23. q. 8. & in cap.
tributum; quibus eadem causa, & questione, ibi,
domino ex tunc pronuntiantes: & in cap. si impe-
rator ad fuerit ibi, omnipotens Deus, 96. dist. 11.
& in d. cap. quoniam de censibus libro sexto, & in
d. cap. non minus, & in e. aduersus de immu-
nitate. Ecclesiastica, textus optimus in cap. primo, &
in cap. clericis, in primo. & in §. 1. eodem tit.
lib. 6. & in clem. 1. eodem tit. vbi quod dantes ad
id consilium, auxilium, vel fauorem, excommuni-
cantur: text. in clem. presentis de censibus, cum
alijs similibus.

18 Septimo idem prohibent in fauorem immuni-
tatis Ecclesiasticae diuersæ epistolæ Summorum
Pontificum, ut patet ex epistola Damasi Papæ
scripta ad Aurelium Cattagino. Episcopum, relata
in 1. tom. Concil. fol. 7. col. 2. Bulla Urbani 6. fol. 9.
& Marini 5. fol. 10. & Innoc. 8. fol. 21. & alio-
rum Romanorum Pontificum, quæ referuntur in
libro, cui titulus, Bulla dierum Romanorum
Pontificum, & in bullario plurimorum Pontificum,
impresso Romæ ann. 1586.

19 Octauo omnia hæc probat, confirmat, & inno-
uat sacrosanctum Concilium Tridentinum, dist. sessione,
23. cap. 20. in decreto de reformatione, vbi monet,
& exhortat Reges Catholicos, quos Deus sancte
Fidei, Ecclesieque protectores esse voluit,
exteriorque precipit, vt inuolabiliter obseruent
immunitatem, & libertatem personarum Eccle-
siasticarum Dei ordinatione & canonicis san-
ctionibus constitutam, decernens, atque præci-
piens, factos canones, & Concilia generalia om-
nia, necnon, & alias Apostolicas sanctiones in
fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis
Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas,
quæ omnia præsertim etiam decreto innovat exacte

ab omnibus obseruari debere: proptereaque ad-
monet Imperatorem, Reges, Republicas, Prin-
cipes, & omnes, & singulos, cuiuscumque status, &
dignitatis extiterint, vt quo largius bonis tempo-
ralibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo
sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sunt, tanquam
Dei præcipua, eiusque patrocinio recta vene-
rentur, neque ab vllis Baronibus, domesticis, & do-
ribus, alijve dominis temporalibus, seu magi-
stratibus, maximeque ministris ipsorum Prin-
cipum lædi patiantur: sed seuerè in eos, qui illius
libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem
impediunt animalucent. Hoc decretum sacro-
sancti Concilij Tridentini, ad literam decidit
calum nostræ quæstionis principalis in fauorem
status Ecclesiasticæ, vt ex eius contextura
apparet, & desinit opinio Synelli, & Bellarmin-
vbi supra.

Quibus verissima, & communis redditur hæc
sententia, nempe quod exemptio, & immunitas
Ecclesiasticæ, Ecclesiasticamque personarum ab
exactionibus, & tributionibus sit à iure diuino, ab
eoque originem suam trahat: & ita iustissime
huius iudicij sunt quam plerumque auctores, quos
omnes causa eisdem de prolixitate hic non citabo
contentus aliquorum relatione. Hi enim ceteros
referunt: imprimis hanc partem tenent gloss.
penultimam in dist. cap. si Imperator, & in d. cap.
quoniam, verb. diuina, Abb. in d. cap. non minus
n. 17. & in e. an. 4. de immunitate, Eccl. & cons.
13. in 2. p. cons. Felin. in c. 2. n. 1. de maior. & obed.
Cardinal. in cap. perpendimus de sententia excom-
m. oppositio septima, Ioan. Lup. in tractat. de
libertate. Ecclesiasticæ, p. quæstio. 2. & latius in 2. par.
quæstio. secunda, Ioann. Equit. in Enchirid.
locorum communium c. 23. Bertrandus consil. 182.
n. 1. d. l. Ioan. Bapt. Ferret. consil. 71. Bertach.
de Gabell. 7. p. n. 8. & 11 Petrus Duenn. reg. 100.
diximus in repetitione, l. nemo potest, n. 107. cum
seq. ff. de leg. 1. Azucen. in l. 5. n. 6. per totum tit. 3.
lib. 1. non coll. Reg. & est communis sententia, vt
plures allegans, eam sequuntur, & probans affirmat
nouissime Analt. Germon. de sacrorum immunit.
lib. 3. cap. 17. n. 18. idem lib. 3. c. 15. n. 18. & 19. &
alij quam plures idem post hæc recepta doctissime
probat Azor. in summa in fit. moral. lib. 5. c. 12. col.
mibi 412. in vers. ego sane.

Non itaque recte se habuerunt Medina, Soto
& alij, volentes hanc immunitatem, & exemptio-
nem clericorum non esse de iure diuino, sed posi-
tuo Ecclesiastico, siquidem contrarium euiden-
ter, & multipliciter probauimus, & tandem
decreto sancti Concilij Tridentini, nec agimus
hic de exemptione, & immunitate clericorum
à iudicio seculari, an sit de iure diuino, an huma-
no, quoniam non spectat ad præsentem materiam,
sed agit late de eo Salon. de iust. & iur. q. 66. artic.
7. col. 13. 62. cum seq. vbi col. 1366. in §. conu. con-
cludit, esse hanc exemptionem maxime consensum
iuri diuino. At quando secunda opinio principalis
de qua supra, vera foret, quod negamus, iustice-
ret ad nostrum intentum, esse prælatam immuni-
tatem de iure positivo Ecclesiastico, vt auctores
eius sententia dicunt ad hoc vt præcisè deberet
obseruari præd. immunitas Ecclesiasticæ, Ecclesiasti-
cisque personis sub reatu peccati mortalis, &
excommunicationis maioris late sententia, si-
quidem ita cauere ex præcepto Summorum
Pontificum, & Conciliorum generalium. ¶ 10
quibus summa fides adhibenda est, vt docet
Innocentius in cap. quod suscepti, & in e. hoc est
fidei,

fides, & inc. quoniam verus, 23. q. 1. pulchre Nanar.
in c. non de iudicij in 3. par. tit. 1.

21 Vitimo hæc pars confirmatur vno ex casibus
Bullæ in Cena domini, qui est 17. alias 18. huius-
modi: qui collectas, & alia onera clericis, prælati,
& alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum Eccle-
siarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiato-
rum Ecclesiasticarum bonis, illarumque fructi-
bus, redditibus, & proventibus huiusmodi, ab que-
simili Romani Pontificis speciali, & expressa
licentia imponitur, & diuersis etiam exquisitis
modis exigunt, aut sic imposta etiam à sponte
dantibus, & concedentibus recipiunt per se, vel
alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta
facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxi-
lium, consilium, vel fauorem, votum, iustitiam
palam, vel occulte prestare noscerentur, cuius-
cunque sint præminentia, dignitas, ordinis,
conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Re-
gali præfulgeat dignitate, seu Principes, Duces,
Comites, Barones, Republicas, & alij Potentia-
rum: quæcumque etiam Regni, Præuinciarum, Ciuitatibus
& terris quocumque modo Præsidentes, aut qua-
vis etiam Pontificale dignitate insigniti in nouan-
tes decreta supra his per sacros Canones, tam in
Lateranen. nouissime celebratis, quam alijs Con-
cilijs generalibus edita etiam cum censuris, &
pœnis in eis contentis: & in terminis dict. Bullæ
in Cena Domini, & per eam ita tenent Nauarr.
in Manual. c. 27. n. 128. & in e. 17. n. 201. in vers.
85. Azucen. in l. 3. n. 21. tit. 3. lib. 1. non coll. Reg. & ex
Theolog. Lud. Cath. de restit. q. 33. in vers. 7.
adhibitis in primo dist. ¶ addens in texto dicto,
quod Episcopi obligati sunt ad denunciandum
eos, qui in censuris Ecclesiasticis incidunt ob
has: causam, de quo est text. d. d. clemens. præ-
sentis: Eandem sententiam pro constituta habet, &
tenet Manuel. Rodrig. in explanatione Bullæ Cru-
ciant. 59. numero 84. in vers. lo segundo, & Ludo
Veya in suo casu consensu, 26. per totum, vbi
melius fuerit hoc prosequitur, & declarat &
nouissime Pater Franch. Suarez de censuris in 5.
tom. disputat. 21. de excommunicatione. Papa reseruatis
in Bulla in Cena Domini sessione, 2. in 18. censura,
numero 99. cum sequentibus fol. 184. cum sequenti,
& quod rethores populi, vel calqueutores impo-
nentes hanc carnem, vel vinculis sint excom-
municari à iure, ex dict. cap. quoniam, tenet
cum multis candelab. aut. 7. Sacrament. in ex-
planatione Bullæ in Cena Domini, n. 42. fol. 75. in
2. tom.

Quatenus autem attinet ad successorem, de
quo in d. e. aduersus, vbi quod non solum ipse
rethor, qui similia fecit suo tempore, & satisfacere
recusauit, sed etiam ipsius successor nisi
satisfecerit intra mensem manere decernitur
Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit
competenter, cum succedat in euer, qui in
honore substituitur. ¶ Illud obseruandum esse
censeo, vt si successor non exequatur de nouo
impositionem ab alio factam, exactionem con-
tinuando, sed statim cesset, solumque sit in
mora restituendi, quod ab alio iustitè petimus, &
acceptum est, licet excommunicationem incur-
rat, non tamen videtur ea reseruata ex vi Bullæ in
Cena Domini, quia in tota hac clausula non est
sermo de non restituendo, sed de imponente,
exigente, vel etiam accipiente, vel quouis modo ad
huiusmodi actiones cooperante: successor au-
tem, qui non satisfacit, non potest dici, illas
actiones exercere, aut ad illas cooperari. Non

ergo incurrit hanc censuram pro vltima in Bulla
Cena.

22 Vt autem incurrat eam, vt latam in d. cap. 25
aduersus, oportet, vt culpabiliter sit in tali mora,
non enim cogendus est talis successor ad satisfac-
ciendum, seu restituendum ex proprijs bonis, cum
ipse non deliquerit, nec aliquid ex bonis Ecclesie
viurpauerit. Debet igitur satisfacere, quatenus
gubernator est, hoc est, vel ex communibus
bonis, vel faciendo, vt qui bona acceperunt, ea
restituunt, quia quantum ad hoc merito succedit
in onere: quare si non possit intra mensem re ipsa
exequi satisfactionem, immo, quod in se est
faciat, non incurret, quia reuera non peccat, ¶
sicut nec etiam Consul, vel alius similis gubernato-
ris, si quantum in se est contradicat tali imposi-
tioni, licet forsam propter plura suffragia impo-
natur, vt recte meo iudicio (salua tamen censura
Sedis Apostolicæ) opinatus est Suarez vbi supra
in vers. queri preest.

23 Ex quibus inferitur, atque bene deducitur, quod
si successor scienter exequatur de nouo imposi-
tionem ab alio factam, exactionem continuando,
incurrit quidem censuram Bullæ reseruata
propter nouum consensum tacite re ipsa à se pre-
stitum, & satisfactionem impositionis, &
exactionis à prædecessore factæ.

24 Reseruata igitur est excommunicatio, de qua
agimus, hoc est eius absolutio Sedi Apostolicæ,
siquidem fulminata est per Bullam in Cena
Domini, nullique alius ab absolute potest
nisi solus Summus Pontifex, & qui eius vices
habuerit, alias incurrit eam excommunicationem,
qui de facto abfoluerit, quam tollere non potuit
præter nullitatem præfate suæ absolutiois, vt
caneitur in casu 22. & 23. eiusdem Bullæ: per
Bullam autem Cruciant. absolui poterit huius-
modi excommunicatus satisfacta parte, vt de-
clarat ipsius expostores, estque hoc conforme
iuri canonico quoad eius similem censuram, vt
vidimus.

25 Quinimo etiam mortuo Romano Pontifice,
qui delictum quoddam eorum commiserit, quæ
in Bulla in Cena Domini continentur, in
censuras per eam latas incidit, quoniam olim
secus esset, quoniam tres Romani Pontifices
Pius V. Greg. XIII. Sixtus Quintus eius Bullæ
sententias eo vique valere voluerunt, quousque
successor creatus alia tulisset, vt dixit Nanar.
Manual. c. 27. n. 40. cum seqq. & summa Corona de
Mihi videtur in re hac ita distinguendum: ut si quidem in præmissa specie venditio pure celebrata fuerit statim duobus presentibus, & recipientibus, quamvis venditor in se referuerit electionem vitus ex eis postea faciendam, cui nominatim cedat venditio, statim debeatur gabella gabellario existenti tempore ipsius contractus, non vero alij existenti tempore electionis, siquidem statim fuit celebrata venditio pura, ex qua debetur gabella, ex l. 1. tit. 17. hoc tit. non vero ex electione: Incertitudo namque illorum duorum, quibus fuit facta venditio, non mutat, nec alterat naturam contractus, nec suspendit debitum gabellæ, quod ex ipsamet venditione contrahitur à venditore solvendum: At quod electio sit faciendæ vitus ex duobus certis presentibus, & recipientibus emptoribus non suspendit debitum gabellæ: si quidem statim, quod fuit celebrata venditio pure, & perfecte, ipsum contrahitur, & solvendum est, quandoquidem non deficit emptor, & pretium certum: at quod emptor sit hic, aut ille ex duobus presentibus, & recipientibus, nihil interest: hoc siquidem potius pertinet ad executionem contractus pure, & vere statim celebrati, vel ad executionem, & nominationem eius, cui res vendita acquirenda sit ex duobus emptoribus, presentibus, & acceptantibus, quam ad substantiam, & essentiam contractus, eiusque valorem.

Si vero venditio celebrata non sit à principio, sed tantum promissa, vel pactum de vendendo duobus presentibus, & recipientibus, cum prædicta restitutione eligendi vnum ex eis, cui venditio faciendæ sit certo quodam pretio, vel eo non conuenito, tunc seruandam sit, quod resoluimus supra q. 47. num. 1. cum seq. quod si prædicta venditio fuerit facta sub conditione eligendi, cui sit acquirenda ex prædictis duobus presentibus, & recipientibus, tunc recurrendum est ad resoluta supra dict. quæst. 8.

Idemque censeo dicendum, & resolvendum in venditione serui, equi, moli, aut alterius rei alternative facta, huius, vel illius, quem, vel quam ego venditor

S V M M A R I A.

1 Gabella rei vendita in publica subhastatione cui gabellario debeatur, an temporis prima sponsonis admisse, vel vitima licitationis? Distinguitur, ut hic.

Q V Æ S T I O X C V I I.

Cui gabellario debeatur gabella rei vendita in publica subhastatione?

1 Vero præterea, cuius temporis gabellario debeatur gabella rei vendita in publica subhastatione, an temporis prima sponsonis admisse, vel vitima licitationis? In qua re distinctione vitio oportet in hanc modum.


Ut quotiescunque res subhastatur, ut plus licitanti detur die certa constituta, para el remate, contractus huiusmodi sit, & est conditionalis, ideoque eius perfectio suspenditur conditione casuali, l. secunda, ff. de in diem addition. & com. venicit, ceterisque dies del remate, verificatur conditio, si no ay quien de mas por la cosa, & ita contractus remanet pure, & perfectus, retrahiturque ad tempus primæ sponsonis, quoties, ut prædicimus, licitatio non fuit facta, vel vitimæ licitationis quoties ea interuenit, debebiturque gabella gabellario illius temporis, nempe primæ, vel vitimæ sponsonis respectu, non vero gabellario temporis del remate, si tunc fortasse alius gabellarius diuersus aderat.

Quod si venditio statim fuit pura, & perfecta, resolvable tamen sub conditione, ut si intra certum diem alius meliorem conditionem attulerit, emptori auferretur, & licitanti adiceretur, ut in leg. 1. & 2. ff. de in diem addition. relique esset inempta in hac specie, si licitator desisset illo tempore statuto, gabella debebitur gabellario temporis primæ venditionis pure non resolutæ: vero eo tempore adiecto licitator, vel licitatores adfuerint, prior venditio resolutur, non prout ex nunc, sed prout extrinsece, ac si ipsa celebrata non fuisset, ac proinde gabella ex ea non debebitur: hac enim pacta legis commissoria, & de in diem additione resoluunt ipso iure contractum prout ex tunc, & rem ad posteriorem statum reddunt, l. 4. tit. 1. part. 1. & tradit Carol. Molin. in consuetudine Parisien. tit. 1. §. 2. §. 6. & Tiracquel. de retrah. conuenional. §. 1. §. 7. num. 3. 4. 16. & 71. & in §. 6. §. 1. n. 3. & 19. diximus supra quæstione.

Vltimus tamen licitator tempore adiecto interueniens, cui res addita fuerit, tenebitur gabellam solvere gabellario temporis, quo licitatio facta, & recepta fuerit: aunque el remate se haga despues, quia conditio casualis, vel suspensiva retrahitur ad tempus contractus, resoluta vero deficiente, contractus vltimus incommutabilis remanet à sui principio, ergo eius temporis gabellario gabella debetur per supradicta.

S V M M A R I A.

1 Gabellario, cuius temporis solvenda erit gabella ex venditione alienius rei facta partim in pecunia numerata, partim in medietate lucris postea acquirenda



- 1. acquirendi ex reuenditione eiusdem rei resoluatur ad gabellarium existentem tempore prima uenditionis pertinere.
- 2. Augmentum pretij, ut accessorium debet sequi naturam prima principalis.
- 3. Gabellario temporis uenditionis debetur gabella supplementi iusti pretij, non uero existentis tempore supplementi.
- 4. Gabella emptoris rei, si tibi placuerit, qui gabellario debetur, & solvenda erit?
- 5. Gabellario cuius temporis debetur gabella rei uendita certo quodam tempore?
- 6. Vbi unum propter alterum, vel duo propter unum, utrobique unum tantum.
- 7. Gabellario existentis tempore uenditionis debetur gabella ex re uendita retrahat non uero existentis tempore retrahitur.
- 8. Gabella serui fugiui non debetur, nisi seruo reperio fuerit ratificata uenditio tacite, vel expresse, alias est nulla uenditio serui existentis in fuga: ac per consequens gabella debetur gabellario existentis tempore ratificationis predicta.
- 9. Gabella an debeatur rei uendite in loco exempto tempore nundinarum, tradita tamen in eodem loco cessantibus, tamen nundinis, & immunitate? & in sequentibus.
- 10. Leg. in versiculo: Saluo si el lugar donde estava la cosa uendida ex lugar franco de alcuala, tit. 17. lib. 6. non collection. Reg. intellectus, neque cum omnino locus ille francus est: scilicet, si tibi moderatur gabella tempore nundinarum, ita quod aliquid moderatum solvatur.
- 11. Privilegia feriarum, ut profert, quoad franquicia gabella requiritur: Que sean dados, y confirmados por su Magestad, y alcudados en los sus libros de lo saluado, &c.
- 12. Gabella non debetur, nec soluitur ex uenditione celebrata tempore franquicia, sub conditione casuali, adimpleta tempore non franco.

QVÆSTIO. XCIX.

Cui gabellario soluenda sit gabella medietatis lucri, quod ex re uendita reuendenda obuenit in partem pretij assignata.

QUæro ulterius: Vendidi rem decem in pecunia numerata solvendis, in super, & medietate eius, quod emptor postea ex re uendita lucratus fuit ex reuenditione, cuius temporis gabellario soluenda est gabella dimidietatis lucri postea acquisiti ex reuenditione per emptorem facta, an existentis tempore prima uenditionis, vel secunda: Et profecto gabella hæc ad gabellarium temporis primæ uenditionis spectabit, ac pertinerebit: quia pactum illud in prima uenditione adiectum loco eius pretij habetur, l. fundi partem. ff. de contrahend. emptio. Cum igitur conditio predicti pacti adimpleta fuerit emptore pluris uendente, ipsa retrotrahitur ad tempus primæ uenditionis, tanquam casualis, ut sepe in hac materia docuimus, & probatur etiam in l. sancimus, la primera. C. de consuetudinibus non spargem, libro 12. & ibi Bartol. & Ioan. de Platæa, text. etiam in l. nec emptio. ff. de contrahend. emptio. Quod autem predicta

conditio fuerit casualis, patet, quia potuit lucrari; vel non, ex euentu fortunæ, & præterea constat ex Baldo. in l. in uenditis, oppositio. 2. C. de contrahend. emptio.

Secundo hæc nostra principalis sententia probatur, quoniam hæc medietas lucri mihi acquisita ex reuenditione emptoris uirtute predicti pacti, est exequutio prioris contractus, non uero contractus nouus de per se, ac proinde pretium prioris uenditionis, neque oblat, quod ad hoc, ut pretium esse possit, debetur à principio esse certum, non uero relictum in uoluntate emptoris, pro ut in hoc casu uidetur, & sic quod non ualeat huiusmodi uenditio, l. quod sepe. ff. de contrahend. emptio. hoc namque tunc uerum esset, atque procederet, quando tempore uenditionis nullum certum pretium assignatum, aut constitutum fuisset, sed uoluntati emptoris relictum: scilicet uero quoties certum quodpiam pretium fuit ab initio constitutum, & accessorie additur aliud in eadem assignamento l. si in emptio, in princ. ff. de contrahend. emptio.

Tertio, quia augmentum pretij, ut accessorium debet sequi naturam primi principalis, cui additum est Baldo. in l. si quis. Demando de contro. in uerbis, & in l. etiam C. de iure dotium, Titag. de retrah. lignagier. §. glo. 1. d. n. 5. & latius in reper. l. si inquam, uerb. donat. largitur, n. 181. uerbis, quantum ad text. C. de reuocandis donation. Ex quibus idem respondendum erit in eo, quod suppletur uigie ad iustum pretium, ut lex ultra dimidiatum iusti pretij retrahatur, debetur enim gabella, ut supra resoluimus q. 12. ¶ nunc uero addimus, deberi gabellario temporis uenditionis, non uero ei, qui tempore huius reuenditionis, & supplementi facti gabellarius extiterit.

Quod si uenditio celebrata fuerit sub ea conditione, si res emptori placuerit, etque eadem placeat, proculdubio debetur gabella, dubium tamen est, cui gabellatio debeatur, an temporis uenditionis, uel temporis placente? Et quidem si ad communem sententiam attendamus, que habet, quod conditio potestatiua (pro ut est hæc) non retrotrahitur ad tempus contractus, & debetur quidem in hac specie, gabella gabellatio temporis, quo emptori placuerit res empti, non uero priori gabellario: si uero tenemus contrariam opinionem: nempe, etiam conditionem potestatiuam suspendere actum, ac proinde retrotrahi ad tempus contractus, gabella debetur in hoc casu gabellario temporis contractus: ego uero teneo, quod resoluimus supra q. 8. n. 8. cum sequentibus.

Finge tamen, quod uenditio fuit celebrata sub conditione illa, ut traditio rei non fiat, nisi certo quodam tempore, ita ut emptor non debeat uigie ad illud tempus ea frui: quaeritur à quo tempore, & cui gabellario gabella debeatur? Et proculdubio respondendum est, ipsam deberi tempore uenditionis, quia, ut supra q. 7. resoluimus, ex contractu ipsius uenditionis gabella debetur, non expectata traditione rei, uel solutione pretij: dilatio namque traditionis rei contractum non suspendit, ex quo gabella debetur, ut in l. 1. tit. 17. hoc libro 7. sed eius executionem: operatur etiam dilatio traditionis, ut ipsa traditio facta non retrotrahatur, ut per Assis. in capite primo. Suedi. glo. n. 28. qua sine Regalia, in cum nempe effectum, seu finem, ut emptor non lucretur fructus inter medios, siquidem mora regularis uenditoris, non intercessit, cum tamen alias ipsos locos retur, l. Iulianus, §. si quid seruo ff. de alio. em. non tamen operatur predicta.

predicta dilatio traditionis rei ex conventionione pactum intercedens, ut uenditio desierit esse à principio: traditio namque postea sequuta habet necessarium consequentiam ad suum principium, quod fuit uenditio, & iuxta eam regulati debet. l. 3. §. si quis cum minore, ff. de minor. non enim hic sunt duo actus per se, sed unus, uel duo uenditionis, quorum posterior est exequutio prioris, & ubi unum propter alterum, uel duo propter unum, utrobique unum tantum. l. cum seruo, & ibi Paul. de Castr. & Ioann. de Imol. ff. de condition. & demonstrat. Bald. in l. qui unumque, col. 1. C. de seruis fugiui, & alios referens Carol. Molin. in consuetudin. Parisiens. tit. 2. §. 55. gl. 1. sub n. 110.

7. Similiter ¶ ex re uendita retrahata pro eodem pretio debetur gabella tempore uenditionis, non uero retrahatur, ut constat ex predictis, & resoluimus supra alia q.

8. Ex ¶ uenditione tamen serui fugiui non debetur gabella, nisi eo reperio, fuerit ratificata uenditio eiusdem serui tacite, uel expresse, alias est nulla uenditio serui existentis in fuga, l. in fuga C. ad legem Flavianam de plagiar. l. quod sepe §. ff. de contrahend. emptio. ac proinde gabella ex ea uenditione non debetur, nisi ut prædicimus, ratificetur tacite, uel expresse: Ergo ratione noui constituti in hac specie debetur gabella tempore ratificationis, que non retrotrahitur, quia extremum ad quod non est habilis, quoties, ff. de nouat. Gratius consilio 7. d. n. 7. uolunt. Debetur ergo gabella in proposito gabellario temporis ratificationis, non uero temporis uenditionis nullæ, ex quibus gabella non debetur.

9. Vidi ¶ dubitari, quid si res uendatur tempore nundinarum, quo immunitas aliqua gabella conceditur, traditio tamen rei uendita fiat in eodem loco, diuerfo tamen tempore, id est, extra tempus nundinarum, quo nulla immunitas gabella datur, quod tempus inspicendum sit ad gabellam soluendam, uel non an tempus contractus, uel traditionis? Et tempus contractus inspicendum esse, si que gabellam non debetur, tenet Baldus in l. 1. C. de nundin. diximus supra cum alia q. 28. Cum enim ex contractu uenditionis, non uero ex traditione gabella debeatur, ut in d. l. 1. tit. 17. hoc libro 9. & traditio tantum sit exequutio prioris contractus, non uero nouus contractus, ut modo dicebamus, tempus uenditionis, non traditionis inspicendum est: quod uerum esse censeo, ita demum si tempore uenditionis erat ibi res uendita, licet tunc non tradatur: ¶ Ceterum si alibi esset locus, ubi res erat tempore uenditionis, attendendus est, præterquam si immunitas à gabella. solutione ille locus fuerit, quia tunc locus Regalis, ubi traditio fiet, attendendus est, quod sitis alicuius domini particularis fuerit, de quo Rex gabellas non exorat, soluenda est gabella in loco Regali, iuxta dispositionem l. 5. in uerbis. Mas si lo que se vende. tit. 17. hoc libro 9. cuius argumento nostra hæc interpretatio probanda uenit.

10. Circa ¶ casus intellectum, & proxim interim (dum plura infra in glosa sequenti agemus) illud in transitu obseruandum erit, nempe dum dicitur Saluo, si el lugar donde estava la cosa uendida es lugar franco de alcuala: ea in tal caso mandamos, que el alcuala desta uenta se pague en el lugar Realengo, donde se entregare, & c. hoc debere primo intelligi, quando locus ille immunitas est omnino: & franco de toda alcuala, siue perpetuo, siue temporali ter tempore nundinarum: locus

vero ubi in loco illo sunt nundinæ, & tempore nundinarum moderatur gabella, ita ut aliquid moderatum soluat, non tamen omnino uendentes liberantur à solutione gabelle: non enim simpliciter dici potest locus francus, & immunitas à solutione gabelle, ubi aliqua gabella soluitur, licet non tota: ac dista l. 5. loquitur, quando locus ubi res uendita erat tempore uenditionis francus gabellæ est: & sic omnino liber, & immunitas.

Requiritur ¶ præterea ad hoc, ut ferat proficit uenditoribus: aora sean para no pagar totalmente alguna alcuala, o parte de ella solamente, que las tales franquicias sean dadas, y confirmadas por su Magestad, y asentadas en sus libros de lo saluado, & c. ut in l. 1. ad finem. 18. & in l. 1. tit. 20. hoc li. 9. Sin. dicit. l. 5. in uerbis prænotatis intelligitur, de todas franquicias asentadas, o no asentadas en los dichos libros de toda alcuala, o de parte de ella, repugnaret l. 3. titulo de imonono, hoc libro nono. ibi: Porque acates, & c. que dispone, que de las uentas que se traxen, o començan en ferias, se pague el alcuala en la feria, y no donde se entregare la cosa, ni adonde se acaba la uenta, y alli se pone, como se podrá prouar el dicho trato, por ser dificultoso de prouarlo.

Similiter ¶ etiam ex uenditione facta in loco franco sub conditione casuali, verificata tempore non franco, non soluetur gabella, quia prædicta conditio verificata retrotrahitur ad tempus uenditionis celebratæ, ut late in re probat Titag. de retrah. lignagier §. 1. glo. 1. cum unum. quadras esmorerio, & supra non semel diximus debetur tamen predicta immunitas esse positæ in libris Regiis, de lo saluado, ut modo dicebamus.

Quando autem, & cui gabellario debeatur gabella ex datione domus, uel fundi ad centum redimibilem ad rationem quatuordecim millium pro singulis milliaribus sub nomine emphyteosis, diximus supra loco citato.

SVM MARIA.

1. Gabellario debeatur gabella, re uendita ex pacto reuendendi per uiam noui contractus, & quid si conuenierit, ut uenditio futura pro facta habeatur ex uice, pro ut ex tunc? num. 2.

QVÆSTIO C.

Cui gabellario debeatur gabella re uendita ex pacto reuendendi per uiam noui contractus.

QUæro ¶ denique an re uendita ex pacto reuendendi, non tam per uiam distictiu quam noui contractus, quo casu debetur gabella, ut resoluimus supra q. 10. n. 24. cui gabellario debeatur, an illi, qui erat tempore prioris contractus, uel tempore reuenditionis? Et respondendum est proculdubio, quod cum hic sit nouus contractus, debetur quidem gabella ex eo, gabellario existentis tempore reuenditionis: ante reuenditionem namque non erat contractus uenditionis, sed obligatio uendendi in futurum, ex qua non debetur gabella, si que quo uenditio celebratur, ut resoluimus ubi supra.

Adco, ¶ quod etiam si promiserim uendere ea 2 condit.

conditione, vt venditio facta pro facta habeatur ex nunc, prout ex tunc, & per contrarium, nihilominus gabella debebitur tempore venditionis: non enim ante re vera fuit celebrata venditio, sed promissio de vendendo, ex qua, vt prædiximus, non debetur gabella: Clausula autem illa ex nunc, prout ex tunc, & contra est fictio translatiua, quæ licet inter partes operetur, non tamen tenet in præiudicium tertij, hoc est, gabellarij temporis venditionis, argum. text. in l. stipul. de dot. ff. de iur. dot. Denique, quia prior contractus fuit celebratus in ordinem ad posteriorem venditionem, tanquam causam finalem futuram: sed quando ex duobus vnum fit ad finem alterius, ambo sunt illud, ad cuius finem ambo fiunt, sicut in l. fin. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. cum dotem, in fine, C. de iur. dotium: Ergo, &c.

SVMARIA.

1 Gabellario cui sit soluenda gabella in casu l. 34. tit. 9. libro 9. nouæ collect. Regiæ?

QVÆSTIO CI.

Cui gabellario sit soluenda gabella in casu l. 34. titulo 9. libro 9. nouæ collect. Reg.

1 Vt etiam, cui gabellario sit soluenda gabella in casu d. l. 34. tit. 19. hoc libro 9. qua cauetur: Que quando el mercaderes o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde viene, que no mostrando testimonio de esferuano publico, con iuramento de que es cierto, y verdadero, dentro de tres dias de como para ello fuere requerido de adonde traxo aquellos cosas, y de como se pago el alcavala de ellas en el lugar donde lo sacó, si fuere de quatro mil maravedis arriba, lo pague el alcavala de aquello que traxo al arrendador, que le hizo el requerimiento: secus si res fuerit minoris valoris.

Respondemus, quod quamuis dist. l. Regia dicat: Que en el dicho caso se ha de pagar el alcavala al arrendador, que le hizo el requerimiento, sin distinguir tiempo. Pero esto se ha de entender, de conductore gabellarum illius membri, & temporis, quo mercator, vel agas in domum suam portauit merces: & in hoc verificatur verba illa: Si el arrendador de aquel lugar donde viene, a quien pertenece la renta, &c. In conductore namque præterito, qui nunc talis non existit, petente dictas literas testimoniales, verificari minime possunt verba illa: nec etiam in eo, qui tunc temporis non erat conductor gabellarum illius membri, licet postea tempore futuro talis esset: Absurdum namque esset, quod lex inscriberet conductori temporum, & conductio-nium separatorem, & differentium, & omitteret conductorem temporis portationis mercium: Et cum in hac specie non sit alius contractus, qui attendi possit, nisi portatio ipsa in locum, & domum portantis prædictas merces, solum hoc tempus portationis in hoc considerari, & attendi debet: Contractus siquidem considerantur respectu temporis quo celebrantur, l. Ruilla Polla. de contrahen. emptioh. in cuius locum succedit in nostro proposito tempus

portationis mercium: Ergo conductori illius temporis, quo merces in locum vicinitatis, & habi acionis portantur, soluenda est huiusmodi gabella.

SVMARIA.

1 Gabellario cui debeat gabella venditionis eo pretio facta, quo partes postea se conuenerint?

QVÆSTIO CII.

Cui gabellario debeat gabella venditionis, eo pretio facta, quo partes postea se conuenerint?

1 Vt etiam, cui gabellario debeat gabella ex venditione facta per nuntium, & tractata sequenti, eo pretio celebrata, quo partes postea inter se conuenerint, si postea tempore conventionis certi pretij adiu alius gabellarius dixerit se ab illo, qui conductor erit gabellarum illius membri tempore venditionis modi celebrata?

Respondemus, gabellam in hac specie deberi gabellario temporis, quo contentum fuit de certo pretio: Tunc namque vere fit, atque celebratur venditio, prout ex tunc, quæ antea nulla erat ob defectum certi pretij: quod si diceremus, conditionalem esse, adhuc conditio non retrotrahitur ad tempus prioris contractus, & conventionis, quoniam conditio, potestatiua non retrotrahitur, iuxta communem sententiam, de qua supra quaestione 8.

Directum ꝑ videtur, quando pretium rei venditæ requiritur in manibus alicuius tertij, tunc enim gabellario temporis venditionis debebitur gabella, non vero illius temporis quo tertius ille arbitratus fuerit pretium: hæc namque venditio est conditionalis, vt per Bald. in l. in vendente, & in l. fin. C. de contrahen. emptioh. cum simit. & probatur in l. pretium, inst. de emptioh. & vendit. & in dist. l. fin. ibi, sub hac conditione stare venditionem: & conditio à tertio in plena, non est in potestate partium, & ita non est potestatiua, & tertio arbitrate retrotrahitur ad tempus contractus, vt sepe, ac sepius prædiximus: Sed nihilominus hæc sententia vera non est, sed potius contraria, vt late probauimus supra, quaest. 18. per totum.

SVMARIA.

- 1 Gabellario cui debeat gabella venditionis facta per nuntium, vel per epistolam, res soluitur deberi gabellario existenti tempore consensus, & acceptationis alterius partis, & loci illius, vt in n. 2. unde si partes variantur, & illic mittendo nuntium, vel epistolam antequam emptio, & venditio consumetur, tempus, & locus perfectionis ipsius, ac simulacri consensus partium inspicienda sunt, in n. 3.
- 4 Gabellario temporis testamenti, in quo testator præcepit heredi, vt venderet Petro talem fundum, vel rem certo quodam pretio non debetur gabella illius, sed gabellario existenti tempore, quo Petrus acceptat huiusmodi legatum, & venditionem.

QVÆSTIO CIII.

Cui gabellario debeat gabella ex venditione facta per nuntium, vel per epistolam?

1 Vt etiam tandem pro complemento huius rubricæ, cui gabellario debeat gabella ex venditione facta per nuntium, vel per epistolam, qua per proculdubio valida est, l. 1. s. fin. ff. de contrah. emptioh. vtrum temporis consensus mittentis nuntium, vel epistolam: an vero temporis consensus, & acceptationis alterius partis? Respondetur, proculdubio inspicendum esse tempus acceptationis, quia hæc perficit contractum, Bald. in l. multum, col. fin. n. 11. versic. sed hæc quæ. C. si quis alter, vel sibi, & Felin. in c. primum, n. 23. versic. sed aduers. de sponsal. conclusio namque contractus est ipse contractus, l. si voluntate, & ibi Bald. C. de rescind. tunc enim contractus emptioh. & venditionis perficitur, simul atque de pretio conuenitur inter partes, & non antea, vt in princip. inst. de emptioh. & vendit. cum similibus: Debetur igitur gabella huius contractus, de quo hic nunc agimus, gabellario illius membri, qui tempore consensus, & acceptationis alterius partis erat talis gabellarius, non vero gabellario temporis primi contrahentis consensus, hoc est, quo missus fuit nuntius, vel epistola ad contrahendum: quia tunc nulla venditio celebrata est, quouique altera pars consentiat.

Item ꝑ probandum venit respectu gabellariorum diversorum locorum, scilicet, vt in præmissa venditione per nuntium, vel per epistolam, eo loco celebrata esse intelligatur venditio, in quo vtriusque partis consensus, & voluntas coniungitur per medium organum nuntij, aut epistolæ: non enim inspicitur locus à quo nuntius, vel epistola dirigitur, atque mittitur, sed locus in quo essentialiter per vniorem consensum perficitur, vt optime tradit Bald. ubi supra, quem ibi sequitur Salicet. n. 17. & ibi eius additio plures allegat: Itaque, si ego misi ad te nuntium, vel epistolam, & tu cum audisses, consensus venditioni, ibi intelligitur facta venditio vbi eras: quod si e contrario tu miseris ad me illum nuntium, aut epistolam, vt emeris, & ego cum audiero, emptioh. consensus, in hac civitate intelligitur esse facta venditio, quia in ea vtriusque partis consensus perfecta est: ita recte considerant Lassus. de decim. vendit. c. 4. n. 23.

Quibus ꝑ addendum censui tertium casum: nempe, cum is, ad quem mittitur nuntius, vel epistola pro contracto emptioh. & venditionis celebrando, non statim simul cum voluntate alterius mittentis concurrat, sed differat in aliquo, nempe in pretio, vel alius conditionibus contractus, quo citra, cum contrahentes variant in modo contrahendi, hoc, illuc, iterum, atque iterum mittendo nuntium, vel epistolam, & tandem aliquo interuallo temporis in his tractato, partes in omnibus simul conueniunt eo tempore, quo alius conductor gabellarum existit: In hac specie efficien rationibus prædictis soluius, illi gabellario soluenda esse gabellam huius contractus, qui tunc temporis talis erat, quo omnino venditio simultaneo consensus partium perfecta, & absoluta fuit, non vero anteriori, quia interim, quo de

venditione agitur, atque disceptatur, non est venditio, sed tractatus de vendendo: idcirco, quousque, simul partes conueniant, atque vere venditionem celebrent, & consumment saltem verbis, gabella non debetur: tuncque debetur gabellario illius temporis, & loci, (non vero anterioris temporis) quo vere perfecta, nec celebrata erat venditio: cum enim ad perfectionem alicuius contractus duo requiruntur, ex vltimo dicitur perficere ac consummari, liquoris cum materia, Cade rei vend.

Hinc ꝑ est etiam, vt si testator præcipiat heredi, vt vendat Petro talem fundum, vel rem hereditatis suæ centum, aliove pretio, non debetur gabella gabellario temporis testamenti, sed illius temporis, quo Petrus acceptat legatum, & venditionem: tunc enim efficitur, atque venditio celebratur, antea vero erat solum legatum, quia sine mutuo consensu partium venditio non efficitur, vt prædiximus.

SVMARIA.

- 1 Gabella rerum mobilium, & semouentium, cuius loci gabellario soluenda sit dispositio l. 5. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. Reg. cuius l. decisio quingue conclusionibus sumatur, n. 2. 3. 4. 5. & 6.
- 7 L. 3. dist. tit. 17. generaliter obseruanda erit, si dixerit casus, in quo sine fraude aliquæ traditio rei alibi fieret.
- 8 Gabella nulla debetur, vbi locus in quo res erat, & venditio est, esset immunitas, & francus à gabella solutione, quamuis res illa alibi in loco tributario traderetur, nisi aliud nuncupatum declaratum in privilegio loci, cuius forma erit obseruanda, debet tamen huiusmodi privilegium esse positum in libris Regiæ de los salinados, &c. vt in n. 9.
- 10 Gabella rei existentis tempore contractus in vno loco, & in alio venditio ipsa celebratur, & traditio fit in loco contractus, debetur illic gabella prædicta, hoc est in loco contractus, nisi locus contractus in quo res non erat tempore venditionis, & in pacto postea traditio fit, esset francus, & immunitas à solutione gabellæ, quia tunc non gaudet illa immunitate venditor, sed gabellam soluet eo loco, vbi res erat tempore venditionis, vt in n. 1. & 2. ubi agitur de intellectu l. 4. tit. 20. lib. 9. nouæ collect. Reg.
- 13 Gabella rei vendita in vno loco, existentis in alio tempore venditionis, licet statim debeat, non expectata ipsius traditionis: at tamen ne proper venditorum fraudes, gabellary damnum aliquod ratione loci patiantur, in pendenti erit gabella solutio, donec rei vendita traditio fiat, qua si in loco contractus facta fuerit, illius loci gabellario ius gabellæ acquiritur, si vero traditio fiat, vbi res erat tempore contractus, ibidem gabella soluenda erit, gabellario temporis venditionis, non vero temporis traditionis, vt in n. 14. licet tunc quingue dies à lege Regiæ assignari ad manifestationem venditionis, & permittimus, & solutionis gabellæ, non currant ante rei traditionem, quia nescitur gabellarum, cui solui debeat, vt in n. 15. & 16.
- 17 Gabella rei mobilis, vel se mouentis existentis in vno loco, vendita tamen in alio, & tradita in loco quo res ipsa existebat, ibi debetur, quia traditio dupliciter ibi fieri potest, aut ex conventionibus ab initio, & in ipso contractu opposita, aut ex

ritum euentu, absque pambula paritum destinatione, & utrumque casum d.l. 5. tit. 17. in sua generalitate comprehendit, ut in quoque ratio ponitur hic, & in n. segg.

18 Gabelle debent ubi tradenda res vendita est, licet alio loco venditio celebrata fuerit, iuxta opinionem Bald. & Salic. ceterum iure nostro Regio atento fernanda est in hac specie dispositio d.l. 1. tit. 17. lib. 9. nou. coll. Reg.

19 L. 3. dist. tit. 17. lib. 9. nou. coll. Reg. in secunda eius conclusione, & dicto, an procedat, & locum habeat in rebus venditis in hoc Regno, existens tamen in alio Regno, vel e contra? & n. 21.

20 Gabelle rei existens in uno loco, venditio in alio dispersa, tradenda tamen in alio loco, debent eam quo res existebat tempore venditionis, in quo plures casus considerantur, & declarantur hic, & simul n. seg. Primus est, ut procedat quando præsedia loca, sine Regalia, sine domini- calia sine tributaria. Secundus est, quando locum existens res tempore venditionis erat francus à solutione gabelle, quia tunc ea debetur in loco traditionis, ut in n. 21. Tertius est, quando locum rei est dominicalis, cetera tamen loca, tam contractus, quam traditionis sunt Regalia: & tunc solvenda est gabella in loco rei, ut in n. 24. Quartus casus est, quando el lugar donde se entregare no fuere Realengo, sino de señorio, de que el Reyno cobrare alcavala, que entonces se paga en el lugar Realengo mas cercano a el, con el quatorzanto, ut in n. 25. Quintus casus est, quando rei est in loco franco, & in alio venditur, & in alium quoque locum francum traditio eius confertur rei gesta commadiorem: & tunc nulla gabella debetur, in n. 26. Sextus casus est, quando rei est in uno loco, & in alio venditur, nullibi autem traditur, & tunc in loco contractus debetur gabella, ut in n. 27. Septimus casus est, de venditione facta inter absentes per nuntium, vel per episcopatum, de quo in questione precedenti. Octauus casus est, in venditione meo nomine per alium facta, sine tamen mandato meo alio loco meo existente, & ratificatus in quo dicendum est, ubi celebratam esse intelligi venditionem, ubi ratificata est, ut in n. 29.

30 Traditio loco, quo ad solvendam gabbellam non sufficit constitutum possessorem, sed necessaria est naturalis traditio, & n. 31.

31 Verba legis naturaliter debent intelligi, non vero per fictionem.

32 Possessio vera, & iuridica per alium factum causatur & acquiritur, sicut exalta vero, alius tamen filius est.

33 Gabella debetur in loco contractus inibi sub conditione alibi implenda, non tamen debetur in loco ubi fuit impleta conditio, & n. 34.

35 Gabella non debetur ex venditione facta in nundinis sub conditione, qua post nundinas impleta fuit.

36 Gabella contractus conditionalis debetur gabbellario, qui est tempore contractus celebrato: non vero ei, qui est tempore conditionis expleta sine existenti.

37 Las condiciones del encabezamiento general de los Reynos, por leges observari debent.

38 La alcavala de la primera venta de los paños, que por mar se llevan a vender a la ciudad de Sevilla, despues que entran en su Arcebispado, o en el Obispado de Cadiz, antes que lleguen a Sevilla, no se ha de pagar al arrendador del lugar

donde se hizo la entrega, y celebró la venta, sino que se para el arrendador Real de la renta de la mercaderia de los paños de Sevilla, aunque en ella no se aya celebrado la venta: & hac est prima limitatio d.l. 5. tit. 17. lib. 9. nou. coll. Reg.

40 El alcavala del vino que se carga en el Arcebispado de Sevilla en el rio de Guadalquivir, aunque se niegue por el que lo carga, averse comprado, o vendido alli, se paga en Sevilla, no se muestra otra cosa, hoc est, avar pagado el alcavala adonde se enuola, & est secunda limitatio ad d.l. 3. tit. 17. lib. 9.

41 El alcavala de paños, picotes, y otros qualquier paños, que todas las personas tuviere por trato de obras, y hazer en qualquier lugares de estos Reynos la deuen en el lugar do los labraron, aunque los ayan llevado a vender, y se ayan vendido fuera, si no mostraren por testimonio de escriuano publico, en la forma aqui contenida avar vendido en lugar Realengo dentro de tres dias, y que alli pagaron el alcavala, o que los vendieron en feria, o mercado franco, por franqueza asentada en los libros de lo saluado: & hac est tertia limitatio ad d.l. 5. tit. 17. lib. 9.

42 Los que venden en ferias, o mercados francos, o en lugar franqueado, en que se hizo suelta alguna por franqueza no asentada en los libros de lo saluado pagar el alcavala de lo que assi venden en su tierra donde son vecinos, aunque lo ayan vendido en las tales ferias, o mercados, o lugares francos, y los compradores tambien pagan el alcavala en el lugar donde llevauo que assi compraron en los dichos lugares francos, en todo, o en parte, si la franqueza es por autoridad del señor del lugar, y no por el Rey, pierden tambien las mercaderias: & hac est quarta limitatio ad d.l. 5. tit. 17. lib. 9.

43 Los que venden mercaderias en las ferias do se paga alguna alcavala, y por desfructada, las licen de alii, las venden fuera del lugar, dentro de un mes de como las sacaron, paganel alcavala en las tales ferias con el quarto tanto, y no se debe en el lugar donde se entregaron, o vendieron: & hac est quinta limitatio ad d.l. 5. tit. 17. lib. 9.

44 Los carniceros que traen de fuera comprar ganados vivos para sus carnicerías, o los compran en el lugar donde viven, donde han de pagar el alcavala: textual limitatio dicit. l. 5. tit. 17. lib. 9.

45 Los que llevan, y sacan, o quieren sacar de algun lugar las mercaderias, si no muestran avarias compradas en otro lugar, que las sacaron de sus casas, pagan el alcavala con el doblo de lo que quisieren sacar, y sacan en aquel lugar: & hac est septima limitatio ad d.l. 5. tit. 17. lib. 9.

46 Los mercaderes, o vaceros, que traieren bestias de albarda, o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde viven, siendo requeridos por ante escriuano, por el arrendador del lugar donde viven, a quien pertenece la renta del alcavala de lo susodicho, le diga, y declare, donde traxo aquellas cosas, y que le muestre como se pago el alcavala de ello en el lugar donde lo sacaron, siendo la bestia, o mercaderia de quatro mil maravedis arriba, estan obligados a mostrarlo por testimonio firmado de escriuano publico dentro de tres dias del requerimiento como se pago el alcavala en aquel lugar donde lo sacaron, con iuramento de que el testimonio es verdadero, y que en ello no ay cautela, su pena de pagar el alcavala de aquello que se traxo al arrendador, que hizo el requerido

requerimiento, excepto siendo la cosa de menor valor de quatro mil maravedis: & hac 8. limitatio ad dicit. l. 5. tit. 17. lib. 9.

QUESTIO CIV.

Rubrica quo in loco gabella solui debeat, Cuius loci gabbellatio solvenda sit gabbellari in l. 5. tit. 17. lib. 9. nou. coll. Regiz.

- 1 **Q**uarto, quomodo loci gabbellatio, vel collectio solvenda sit gabbella. Et in hoc circa res mobiles, & immobiliæ habemus legem Regiam definitivam, que est omnino fernanda, quoties casus in praxi contigerit, nempe l. 5. tit. 17. lib. 9. nou. coll. Reg. ex qua sequentes species, & conclusiones deducuntur:
- 2 Prima facti species, & conclusio est: *Que el alcavala de los bienes muebles, y semovientes se pague en el lugar donde se celebre la venta, entregando se en el que se vende, o estando en el al tiempo de la venta, aunque despues se entregue en otra parte.*
- 3 Secunda conclusio est: *Si la cosa mueble, o semoviente se vendiere en un lugar, que estuviere en otro lugar, entregando se en el lugar, quando estuviere, se pague alli el alcavala.*
- 4 Tercia conclusio est: *Si lo que se vende no esta en el lugar, do se hace la venta, sino en otro, y se vende con condicion que se aya de entregar en otro lugar diferente de aquel do estava, y de aquel do se hizo la venta, el alcavala se pague en el lugar, donde tenia el vendedor lo que assi vendio, quando se otorga la venta.*
- 5 Salvo si el lugar donde estava la cosa vendida es lugar franco de alcavala, porque en tal caso, el alcavala desta venta se ha de pagar en el lugar Realengo don do se entregare.
- 6 **T**ercia conclusio est: *Si el lugar donde se entregare no fuere Realengo, y fuere de señorio, de que su Magestad no cobrare alcavala se ha de pagar en el lugar Realengo mas cercano del lugar de señorio, donde se entregare, con el quarto tanto de la tal alcavala: y que no sea escusado de la pagar, aunque muestre que la pago en otra parte.*
- Nunc videamus, quomodo sint intelligendæ, & practicandæ præfate conclusiones.
- Et circa primam obseruandam est, quod cum nostra hac magistralis lex quinta stabilita sit pro diuisione dolioum quam plurimorum ex facto circa questionem nostram contingentium: nec non, & ad obseruandum ingentibus fraudibus committi solitis per venditores, & emptores in huiusmodi casibus, ut patet ex legis ipsius proemio, & principio, ubi *Muchas dudas nascen, &c.* Tpor emendarlas, y tambien por obviar las fraudes, que los vendedores, y compradores suelen hazer, mandamos, &c.
- 7 **S**i t daretur casus, pro, ut dabilis est, in quo sine fraude aliqua traditio rei alibi fiat, nihilominus à generali nostra lege recedendum non erit, quia à casus particularis, & qui raro accidunt iura non adaptantur, nam ad ea, ff. de legib. & in terminis ita recte probauit Lassar. de decimis vendit. c. 4. n. 4. Et hac fit prima obseruatio.
- 8 **S**ecundo t obseruandum est ex eodem autore ibi n. 5. quod si ille locus, ubi res erat, & ven-

dita est, esset immunitas, & francus à gabelle solutione, nulla tunc gabella deberetur ex ea venditione, quomais res illa alibi in loco tributario (hoc est) non exempto traderetur, nisi aliud nuncupatum declararetur in privilegio loci, cuius forma erit obseruanda, ut expressum reperitur in privilegio civium ville de Simancas in l. 18. in vericulo. *Que todas y qualquier personas, ibi: T las entregaren, &c. tit. 8. hoc lib. 9. vbi ad hoc. ut habeat locum illud privilegium locale, requiritur: Que las cosas se vendan, y entreguen alli realmente, y sin fraude: etgo, si alibi traditio fiat, ibi, hoc est, in ipso loco contractus, in quo res erat tempore venditionis, nempe, in ipsa villa de Simancas, solutio gabelle fieri debet, ex hac nostra l. 5. in supradicta. prima conclusione, quæ non derogatur in dict. l. 18.*

Hæc tamen secunda obseruatio notanda quidem est, quoties immunitas illa esset polita in libris Regis de lo saluado, & alias secus, ut in prima ad fin. tit. 18. & in l. 4. tit. 2. hoc lib. 9. in veris. salus, &c.

Tertio t obseruandum sub hac nostra prima conclusione dicit. l. 5. comprehendit expresse, & virtualiter casum hunc: nempe, quoties res vendita tempore contractus in uno loco existit, & in alio venditio ipsa celebratur, & postea deferretur tradenda, traditioque eius fit in eodem loco contractus: non vero alio tertio loco diuerso: debetur namque gabella in loco contractus, in quocumque traditio facta fuit, quia concurrit locus contractus, & traditio, non vero debetur in loco, ubi res existebat tempore contractus: hoc deduco expresse ex dicta l. 5. in prime, in supradicta. dist. eius prima conclusion. ubi: *T mandamos, que el alcavala de los tales bienes muebles, y semovientes se pague en el lugar donde se celebrare la venta, entregando se en el lo que se vende: ecce casum nostrum expresse decisum, quia licet hæcenus non exprimitur, rem venditam alibi existere tempore venditionis, id tamen sic esse probatur ex verbis statim sequentibus, his, scilicet: O estando en el al tiempo de la venta, illa enim dictio, O, est casus præcedentis adæquatus, quæ probatur in precedenti casu, rem in loco contractus non existere, sed alibi, & sic habemus intentum: præmaxime ex illis verbis: O estando en el al tiempo de la venta: per quasque palatras expressamente se prouea, que es tanto estar la cosa al tiempo de la venta en el lugar, donde la venta se celebra, y haze, para que se dena alli el alcavala, aunque no se entregare alli la cosa vendida, como si se huviera entregado en el lugar de la venta, estando entonces la cosa vendida en otro lugar, cuius Luce est verus, & literalis sensus meo iudicio.*

Quarto t obseruandum est circa hanc primam conclusionem, quod si locus contractus, in quo non erat res tempore venditionis, & in quo postea traditio fit esset francus, & immunitas à solutione gabelle non gaudebit illa immunitate venditor, sed gabbellam soluet eo loco, ubi res erat tempore venditionis, non enim licuit venditori rem suam venditoro, eam de loco tributario in francum, & liberum transferre ad traditionem, nisi in casibus exceptis à l. quarta, titulo 20. hoc libro non, ita Lassar. dist. c. 4. n. 7. in princip. hoc addo, quod est hæc obseruatio vera quidem videtur, & tenenda propter fraudem prædictam præsumtam, quæ non datur in casu secunde obseruationis supra adducto: ideoque merito tunc immunitas loci contractus. In quo res erat tempore ipsius

12 contractus prodest, si tamen decisio d.l. 4. extra-
neæ videtur ab hac 4. adnotatione: siquidem
solum illa lex Regia decidit: Que qualescunque
personas que fueren a vender, y comprar quales-
quier mercaderias, y otras cosas, a qualesquier fe-
rias y mercados, y villas, lugares francos, o fran-
queados, o que se faga en ellos alguna gracia, y
quida de alcavalas, &c. Joan venulos de la pagar
enteramente en los lugares donde moraren, y fue-
ren vecinos, no embargante, qualesquier franquea-
dos saluos, si fueren las sales franquezas por nos
dadas, y confirmadas, y asentadas en los nuestras
libros (intellige, & suple de lo saluado, y sobre scri-
tas de nuestras Contadores mayores, vt in l. 1. ad
fin. tit. 18. hoc libro nono. Gironda, de gabellis 6.
parte, n. 36. Pero que esto no se entienda en las
ferias de Medina del Campo, y asimismo se
guarde a las villas de Valladolid, y Madrid las
mercaderias que tienen sobre esta: non tamen l. hac
quarta loquitur in casu huius quarte obserua-
tionis: nempe, quoties merces non sunt in loco
contractus tempore venditionis, licet ibi traditio
postea fiat: sed imo videtur etiam p. suppone-
re, loqui, quando merces ibidem vendende des-
seruntur, vt patet ex principio legis ibi: Man-
damus, que qualesquier personas que fueren a
vender, &c. vt supra: quod est distinctum, & casus
dictæ leg. quarte quotidiem, praxi seruatur, se-
cundum Lassar. ibidem n. 27, & eius contextu-
re. meminit Gironda de gabell. 6. par. n. 35.
& 36.

13 Fit igitur ex supradictis, quod quamuis,
cum res casit in vno loco, & in alio venditur,
statim debeat gabella, non expectata traditio-
ne rei venditæ, vt patet ex venditione perfecta, vt late
resoluitur supra q. 7. attamen, ne propter vendi-
torum fraudes gabellarij damnum aliquod rati-
one loci patiantur, in pendenti erit gabellæ
solutio, donec rei venditæ traditio fiat, quæ
si in loco contractus facta fuerit, illius loci ga-
bellario: ius gabellæ acquiritur, vt in dist. 1.
conclusio nostra l. 5. si vero traditio fiat, alio loco,
nempe vbi res erat tempore contractus, ibidem
gabella soluenda erit, scilicet, in loco vbi res erat
tempore contractus, & vbi postea traditio simili-
ter fit, vt supra in 2. conclusione, dist. l. 5. de qua
postea agemus.

14 Nihilominus tamen prædicta suspensio solum
inducit ad hoc, vt videamus, & sciamus, quo
in loco gabella solui debeat: non autem vt obser-
uemus ex quo tempore, & cui gabellario illius
loci, qui per traditionem rei venditæ sequuntur,
declaratus est prior ad fruendam gabellam,
soluenda sit. Postquam enim declaratus est lo-
cus, in quo gabella solui debeat, iuxta dist. l.
5. illud constat, ac certissimum est, soluendam
esse illi gabellario, qui in eo loco fuisse tempore
venditionis alibi celebratæ: non vero existentem
tempore traditionis, & declarationis subsequen-
tæ: quia ex tunc nata est, & orta obligatio gabellæ
ex pura illa, & essentialiter perfecta venditione
ante traditionem, argumento optimi text. in l.
sed est quis, §. in eadem, ibi, retro usufructuarius
fuisse, ff. de usufructu. vbi, quamuis dominium rei
à tercio empte in pendenti fuerit, donec pretij
solutio fiat, nihilominus, semel declarato
domino per solutionem pretij subsequen-
tam, non ex tempore declarationis, sed retro in
præteritum ex tempore, quo seruo tradita res
est, intelligitur esse acquisitum: per quem
textum hoc in terminis nostris recte applicauit,

& tenet Lassar. d. c. 4. n. 13, & inde bene dedu-
cens, quod in hac specie, quinque illi dies ad
manifestationem venditionis, & permutationis,
& solutionem gabellæ designati per l. 31. tit.
19. hoc libro nono, non currunt ante rei tradi-
tionem, quia nescitur gabellarij, cui solui
debeat, quæ est optima exculatio ex dist. l. 31.
in princip. ibi: Diciendo, que no sabian a quem
aniam de acudir con ella: quamuis alias regu-
lariter à die contractus numerentur, & Lassar.
dist. n. 13, sequitur Azced. in dist. l. 5. n. 30. tit. 17.
hoc lib. 9.

Licet enim generaliter locus contractus, 16
propter quem gabella penditur, & non locus
traditionis, aut rei ad principalem gabellæ obli-
gationem, eiusque ortum consideretur, adhuc
tamen, quia multæ sunt hominum fraudes, quibus
obuiare opus est, ne facile de loco in locum
transmigrant, vt venditiones suas efficiant ad
fraudandos gabellarios, huius loci, & vt commo-
dius cum gabellariis alterius loci conueniant su-
per solutione gabellæ, & in cuiusque potestate
esset, his prodelle, & aliis obesse nostra l. Regia
5. iustissime voluit, huius malo, & fraudibus
pleno remedio subuenire, lauens, vt quamuis
generaliter locus, & tempus contractus inspi-
cienda essent, adhuc eius l. decisio inuolubiler
obseruetur.

Circa secundam conclusionem principalem
supra deactam ex d. l. 5. illud erit primum ob-
seruandum: dupliciter posse hoc contingere,
nempe: Quo si la cosa mueble, o se mouiente se
vendiere en un lugar, que estuuiere en otro lugar,
entregando se en el lugar do estuuiere, se pague allí
el alcuala: aut enim hac traditio ibi fit ex
conuentione ab initio, & in ipso venditionis con-
tractu apposita, aut ex rerum euentu, absque præam-
bula partium destinatione in contrarium deducit:
vtrumque enim casum lex nostra in sua genera-
litate comprehendit.

Sed prior, ea est ratio, quia licet, quoad ortum
obligationis gabellæ, curandum non sit de tradi-
tione rei venditæ, vt supra diximus: tamen, quia si
in vno loco partes contrahunt, & in alium rei
venditæ traditio, & solutio destinatur in eo loco
contraxisse videntur, saltem, quoad contractus
executionem attinet, l. contraxisse, vbi Bar.
notat. ff. de action. & oblig. & declarat Salicet.
in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi:
& ideo in eo loco, verum forum sortiantur, vt
adnotat Bald. numero 12. Salyc. n. 27. in
dist. l. multum interest, & Lafon. in §. plus
autem, n. 14. & 15. in tit. de action. merito vt
eo loco traditionis gabella debeat, & quoad
eam attinet contractus ille venditionis execu-
tionis ibi mandetur: nec solvatur, vbi vere, &
essentialiter contra dunt, & venditum est, dum-
modo res fuisse eo in loco tempore venditionis, in
quo postea traderetur, secus alias vt in dist. l. 1.
quinta.

Nec tamen aliquid præstat, quod Baldus in dist. l. 18
multum interest, n. 12. quem ibi sequitur Salicet.
in fin. docet: quod si venditio facta est vno loco,
& traditio destinatur in alium, ibi debetur gabel-
la, vbi tradenda res est, nec requirit, quod res esset
tempore venditionis eo in loco, in quo traditio
destinata fuit, prout requirit dist. l. quinta,
quia Bald. hoc decidit ea ratione, quod crede-
retur ex vi statuti requiri ad obligationem gabellæ,
præcedere debere traditionem rei venditæ, prout
expresse dicitur idem Bald. consilio 143. incipit
tempore,

tempore, & melius consil. 233. incip. licet ista al-
legatiore, libro quarto: quem refert & sequitur
Tiraq. de retr. ligno. §. 1. glof. 2. n. 48. & 49.

Quinimo, & huiusmodi opinionis recitimus non-
nulla fundamenta, tum iure communi, tum etiam
iure nostro Regio supra dicta questione 7. ac proinde
de quali tunc demum venditio ad eum gabellæ ef-
fectum perfectetur, cum esset res traditis tempus,
& locum traditionis animaduertit, vt gabella sol-
uatur: exterum cum contrarium iure Regio necdum
communi attentis, verissimum sit, ac tenendum in
praxi, vt resoluimus dicta quæst. 7. merito vt nostra
leg. quinta, non multum fidet de sola rei traditio-
ne alibi facta, vt ibi gabellam esse soluendam di-
ceret, sed simul rei existentiam in eo loco tem-
pore contractus requisitum, vt latius, superiora
adducens, considerauit Lassar. dist. c. 4. præcipue
num. 12.

19 Secundi tamen casus nostræ l. ea est ratio, quia exi-
stentia rei, & subsequuta traditio à principio
non destinata in vno eodemque loco facta præ-
ponderat contractui alibi facto ad vitandas fraudes:
quo fit, vt si hic locus in quo res erat, & tradita est
immunis sit, nulla gabella debetur, quæ tamen
deberetur, si tributarius esset: autem locus vendi-
tionis immunis, & exemptus sit, locus autem rei, &
traditionis tributarius, soluenda est ibi gabella,
quia ille locus, vbi res erat tempore contractus,
& in quo traditio subsequuta est, inspicendus in
hoc proposito, iuxta dist. l. 5. & in terminis
probat Lassar. dist. c. 4. n. 12. sequitur Gironda
de gabell. 6. par. n. 32. exemplificans in re mo-
bili vendita, sita in loco alienis Magnatis,
quem dicitur, lugar de señorio, vel libero;
quia non obstante, quod venditio celebrata
sit in loco Regali, debetur in gabella in lo-
co de señorio, vbi res posita erat tempore vendi-
tionis, & tradita simul fuit, vbi existebat,
ex secunda conclusione d. l. 5. quæ indistincte se
habet, nec obstat exceptio eiusdem l. 5. in 3. con-
clusionis, supra dicta, ibi: Si el lugar donde se en-
tregare no fuere Realengo, &c. quia tantum com-
prehendit casum trimebrem præcedentem, ad
quem iure restringendam esse bene probat Gi-
ronda. vbi supra n. 32. cum sequitur. Casus autem tertie
conclusionis supradictæ diuersus est à secundo
eiusdem l. vt patet ex verbis utriusque supra rela-
tis, vel potius nulla gabella debetur in prædict.
specie, quia cessat fraudis suspicio, ita Azced. in
dist. l. 5. n. 27.

20 Secundo, tamen circa præfatam conclusionem se-
cundam debeatam ex dist. l. 5. obseruat Lassar.
vbi supra n. 14. & 15. eam intelligendam esse,
quando in hoc Regno venditur res intra hoc
Regnum existentis: secus si ego existens in his
Regnis vendam tibi presentem rem aliquam, siue
mobilem, siue immobilem, quam in alio Regno
habebam, vbi gabella ex huiusmodi venditionibus
Regi nostro non penditur, veluti rem existen-
tem in Aragonia, Portugallia, vel in Italia, aut
Gallia, & eiusmodi, in eumque locum res venditæ
traditio destinatur: nihilominus enim debebo
gabellam in hoc Regno ex generalitate l. 1. tit.
17. hoc lib. 9. quæ non distinguit, an res illa ven-
dida existat in hoc Regno, vel extra, cum hic
casus non sit decisus in dist. l. 5. idemque è di-
uerso ex contrariorum disciplina dicendum
esse, ait, vt si in Italia, vel aliis partibus exi-
stens rem meam aliquam presentem tibi vendide-
ro, quæ esset in hoc Regno, mobilis, aut immo-
bilis, quamuis in hunc locum traditio eius de-

stinetur, & fiat, nempe, vt nulla decima de-
beatur vigore legis Regiæ cum gabella sit onus
consequentium contractus venditionis, vt ait
Baldus in l. 1. n. 4. C. de contrah. emptio. & in l.
magis puto, §. illud. ff. de reb. eorum, quem refert
Dec. consil. 457. n. 1. & 2. idem Lassar. d. c. 4.
n. 8.

Ego tamen, etsi crediderim mentem legislati-
oris dictæ legis 5. eam esse, vt loquatur de locis hu-
ius Regni (quamuis verius est, eam loqui genera-
liter, quorumcumque locorum) nihilominus tam-
men censo, idem esse resoluendum in specie præ-
missa huius secundæ obseruationis ex identitate
rationis, ac proinde in vtroque casu tenco con-
tra Lassa. in 1. nempe, vt nulla gabella debeat-
ur, nisi fraus in hoc interuenierit, quia l. 1. tit.
17. hoc lib. 9. loquitur, aut saltem loqui intellige-
nda est, tantum in venditionibus res in eodem
loco existentium, in quo venduntur, vt patet, dum
per nostram legem quintam ita declarat, & in-
terpretatur, aliud disponentem in rebus alibi exi-
stentibus, & traditis, quam in loco venditionis.
Deinde, quia ibi contractum videtur, vbi traditio
destinatur, & sit, l. contraxisse, ff. de actio. & oblig.
Ergo, si ibi nulla debetur gabella, ipsa in nullo
loco soluenda est, si vero ibi debetur aliqua
gabella, ibi soluenda erit, argumento dist. l.
5. quam in secundo casu Lassar. vt gabella debeat-
ur in hoc Regno, cum in eo existit res. (& tra-
datur ibidem) tempore venditionis extra Reg-
num celebratæ, quo extante, nulla vis fieri potest,
quod simul in diuersis Regnis, magnam siquid-
em correlationem, & confusionem habent
inter se venditio vno loco facta & existentia rei
simul cum traditione alibi consistentes, quasi tra-
ditione rei venditæ existentis in alio loco ibique
traditæ debeat, vel non gabella, sicut in his
Regnis idem statuitur per d. l. 5. & vbi eadem est
ratio, eadem iuris dispositio locum habet l. illud,
cum simi. ff. ad l. Agui. Item quia à recta actione
deciare videtur, quod ex re hic vendita, quæ exi-
sit, & traditur extra Regnum, vbi gabella non
debetur, hic solvatur, nisi traditio quoque fieret
in hoc Regno, quia de vno Regno extraneo ad
nostrum Regnum cessare videtur præsumptio
fraudis, de qua in dist. l. 5. scilicet quando de loco
rei res ipsa defertur tradenda ad locum contra-
ctus intra nostrum Regnum: & præterea iustum
non est, dicere, quod in secunda specie Lassar. ga-
bella non debeat ex re hic existentem, & traditam,
venditam tamen extra Regnum, quæ cum ita tene-
rem, & scripta haberem, inueni postea scribentem
Azcedo in dist. l. 5. n. 27. cum sequitur. hanc meam
sententiam in vtroque probantem contra Lassar.
vbi supra.

Circa tertiam conclusionem nostræ l. 5. supra
relatam, quæ habet, que quando se vende una
cosa, que está en otro lugar, con condiccion, que
se aya de entregar en otro tercero lugar diferente
de los dos primeros, se pague el alcuala en el
lugar donde venia el vendedor lo que assi vendio,
quando se otorga la venta: plures casus conside-
randi sunt.

Primus est, cum locus venditionis, & locus rei, 22
& locus tertius, in quem traditio confertur, eiu-
dem conditionis sint, nempe, quod omnia illa loca
sunt Regalia, & tributaria, & hic casus planus est,
vt tunc sit soluenda gabella in loco existentis rei
tempore contractus: eademque decisio seruanda
erit, si omnia illa loca dominicalia sint, simul quo
tributaria, quia eadem est ratio.


23 Secundus casus est, qui excipitur ab eadem l. quinta, ubi: *Salvo, si el lugar donde estava la cosa vendida es lugar franco de alcavala: por que entonces la alcavala se ha de pagar en el lugar Realengo donde se entregare, y retulimus supra.* Cum enim in loco rei potuisset venditor, si vellet, traditionem rei facere, quo casu nullam gabellam delamisset, ut prædiximus, si in alium locum subiectum, & tributarium rei traditionem conferat, nullam videri potest fraudem commississe, atque ita cessat ratio supra considerata, & inspicendus erit locus traditionis.

24 Tertius casus est, quando locus rei non est immunitus, est tamen, cuiusdam domini particularis: cetera vero loca, tam contractibus, quam traditionis sunt Regalia, & quamvis casus hic non sit excipiens, & nominatim de ius per dict. l. 5. in versiculo: *Mas si lo que se vende, nihilominus tamen eius generalitas eum comprehendit, ac per consequens solvenda est gabella in loco rei etiam dominicali: non enim in ea distinguitur, an ille locus Regius sit, an dominicalis: solumque limitatur, quando locus rei esset immunitus, ita Lassart. d. 6. q. n. 28. quem refert, & sequitur Azeved. in d. l. 5. n. 27.*

25 Quartus casus est positus in d. l. 5. ubi: *si el lugar donde se entregare no fuere Realengo, y fuere de señorio, de que nos no cobraremos alcavala, se pague en el lugar Realengo mas cercano del lugar de señorio donde se entregare, con el quarto tanto de la real alcavala, y supra diximus: eius legis iustam rationem, inquit Lassart. ubi supra. n. 19. se non percipere, & quod nulla sibi sic dura lex est in toto quaterno gabellarum, sed quod ita scribitur, servanda erit, l. professus, ff. qui, & a quibus, & circa eius rationem aliquid legislatoris experientie tribuendum esse, ut circa l. non omnium, ff. de legibus, eleganter aduertit Dominicus Soto libro 1. de iust. & iure, q. 5. art. 2. in fin. tamen si Azeved. in d. l. 5. n. 26. miretur in hoc Lassart. dicens, ex conclusionibus, limitationibus, & sublimitationibus, de quibus ibi per eum remanere illius l. literam, & materiam clarissimam.*

26 Quintus casus est, quando res est in loco franco, & in alio venditur, & in alium quoque locum francum traditio eius confertur rei geste commodiore: & quidem nullam tunc temporis gabellam debent, patet: quia nulla fraus, sine malitia venditoris considerari potest in hac specie contra gabellam, cum possit, si vellet, rem tradere in loco franco, ubi ipsa erat, & ita à gabella excusari: Non igitur peccant meretricibus, nec gabellam soluet: ita Lassart. d. 6. q. n. 20.

27 Sextus casus est, omnis etiam à dict. l. 5. nemp, quando res est in vno loco, & in alio venditur, nulli autem traditur, ut quia per emptorem remissa est venditori traditio donationis causa, & tunc in loco contractus debent gabellam, esseque ibi solvendam, probat Lassart. d. 6. q. n. 21. & 22. ubi limitat, nisi locus ille contractus esset immunitus, & non de expressis in libris Regiis, quia tunc gabella debetur in loco rei, ex l. 4. tit. 20. hoc libro 9. sed Azevedo in d. l. 5. sub n. 26. in versic. quid tamen, rectius asserit meo iudicio, quod Lassart. in eo præsupponit quid impossibile: nam sine venditor rem tradat, sine emptor eam capiat sua auctoritate, ubi eam capiat, confertur traditionem fieri, & sic ibi solvetur gabella.



Septimus casus est, quem supra exposuimus 18 in questione precedenti de venditione facta inter absentes per nuntium, vel epistolam.

Octavus casus est in venditione meo nomine per alium facta, sine tamen mandato meo, me alio loco existente, & ratificata: in quo proculdubio dicendum est, ibi celebratam esse intelligi venditionem, ubi ratificata est, ex traditis per Tiraquellum de retractu lignag. §. 1. glof. 10. n. 68. & in terminis Lassart. ubi supra. n. 24. ubi quod si tradita est res in loco ratificationis, ibi proculdubio debetur gabella, quia concurrunt conditiones, & traditio eo in locum vero tradita res sit in loco, ubi res erat tempore ratificationis alibi facta, ubi erit decima solvenda, concurrente intentione rei, & eius traditio in eodem loco, iuxta d. l. 5. in 2. concl. supra ab ea elicitur.

In casibus autem superioribus, in quibus traditio gabella acquisitionem operatur, non sufficit ad id constitutum possessionum: sed adhuc inspicenda est in hac materia realis traditio, que postea sequitur fuerit: cum enim præfata l. 5. loquat de traditione, ut patet, ibi, *entregandose, de naturali traditione intelligenda est, quia verba legis naturaliter debent intelligi, non vero per fictionem, argumento tex. in l. filio, quem patet, ff. de lib. & postea, & qui habent, ff. de iur. Anto. Gom. in l. 7. n. Taur. 17. & cum lex requirit traditionem realem, constitutum non sufficit, ut ex communitentia resoluti Tiraquell. de iur. comm. possess. limitation. 11. Vnde nec laudemus acquisitionem operatur, ut per Tiraquell. ubi, *limitatio 27. & vtemque refert, & sequitur Lassart. d. 6. q. n. 25. qui ex his, & aliis fundamentis iuridicis hanc declarationem in terminis, de quibus agimus, sequitur, & probat.**

Nec tribuit, quod per actum fictum, vera, & iuridica possessio cauetur, sicut ex actu vero, l. quod meo, ff. si venditorem, vers. aut si vicinum, ff. de acquir. pos. Ant. Gom. in l. 17. Taur. n. 15. vers. 1. quia, & in l. 45. Taur. n. 45. l. 6. tit. 30. p. 3. quia respondemus, quod licet hoc ita verum sit, nihilominus actus hic constituit, vel per aliquid oculorum est fictus, de quo non loquitur dict. l. 5. sed de vera & actuali traditione rei: unde licet per actum fictum acquiratur vera possessio, dict. l. 5. non agit simpliciter de possessione, sed de traditione, que traditio de naturali intelligenda est, non vero de ficta, ut prædiximus ob evitandas fraudes.

Nonus casus est, ubi quis promissit, aut vendidit in provincia, sub conditione que Romæ, vel alibi implenda est, provt fuit ibi implenda, nam non videtur ibi contractus, sed in loco conventionis, iuxta glof. in a. in l. si uxori, ff. de iudic. argumento l. si filius, ff. de verborum obliq. estque communiter approbata illa glof. 1. secundum Lassart. dicto 6. q. n. 28. versic. dicit, & illius, & Neoque debetur gabella in loco, ubi contractus est initus, non in loco conditionis, ut per Firmianum de gabellis in 5. par. princ. q. 11. n. 18. & iterum 6. par. q. 1. n. 1. cum seq. ubi alia multa in id congerit: atque etiam in 4. par. 8. par. princ. q. 27. n. 44. vol. 1. 1. 1. dicitur Doctor & Tiraquell. de retr. lignag. §. 1. glof. 10. n. 44. & Lassart. ubi supra.

Hinc merito dicit Bald. in l. 1. ad fin. C. de nundin. quod si ex statuto non debet solvi gabella ex contractu facta in nundinis, si in illis hinc contractus conditionalis, cuius conditio extet post nundinas, non debetur gabella inspecto tempore,

tempore, & loco contractus, non conditionis: Ita cum refert, & sequitur Arctio. in l. hares quandoque col. vi. ff. de acquir. heredit. ubi id dicit singulariter, & cons. 11. procedendum est breviter col. 1. idque venimus est secundum Tiraq. ubi supra.

28 Deducitur etiam ex supradictis, quod gabella contractus conditionalis debet solum gabellatio, qui est tempore contractus celebrati, non vero ei, qui est tempore conditionis existentis: ita Firmianus dicit. 6. par. in princ. 1. vers. ex quo inferitur, ac per consequens solvenda est gabellatio loci contractus, non vero loci conditionis impletæ, ut patet ex supradictis.

29 Sed & alij casus deducuntur ex conditionibus, del enabecamento general de los Reynos, præcipue ex cap. 48. cum seqq. politis ad finem huius operis, & que ut leges obtineri debent, ex traditis per Menchac. lib. 3. de successione, creatione §. 28. n. 28. versic. illud autem controuersum est, quem refert & sequitur Lassart. d. 6. q. n. 28. in princ. sed & idem Menchac. lib. 5. q. n. 8. vers. denique agit de intellectu, dicit. n. 48. Alij, etiam quamplurimi casus sunt, pro cuiusque civitatis, & locorum suæ jurisdictionis, ac territorij pacta, & conventiones faciunt, quas index, & advocatus videre debent, cum casus sibi occurrat ad indicandum, & consulendum, ut cauet Lassart. d. n. 28. ante d. versic. dicit, & illius.

30 Nunc vero verò dict. l. 5. limitatur primo in casu l. 6. tit. 17. hoc lib. 9. nemp. in los paños que por mar se llevan a vender a la ciudad de Sevilla, que despiques de entrados en su Arceobispado, o al Obispado de Cadix, antes que lleguen a Sevilla, que el alcavala de la primera venta, no se ha de pagar al arrendador del lugar do se hizo la entrega, y celebra la venta, como se aia de pagar segun lo dispuesto en la dicha ley 5. fmo. que es para el arrendador Real de la renta de la mercaderia de los paños de la ciudad de Sevilla, aunque en ella no se aya celebrado la venta, & per præd. l. 6. hoc tenet Girtond. de gabell. 6. p. sub n. 36.

31 Secundo casus fallit in d. l. 5. dispositio, en el vino que se carga en el Arceobispado de Sevilla en el rio de Guadalquivir, que aunque niegue por el que lo carga, o quien lo comprado, o vendido allí, si no muestra aver pagado el alcavala adonde se anuso, se paga en Sevilla, l. 5. tit. 19. hoc lib. 9.

32 Tertio casus fallit, en quanto a los paños picotes, sayales, frías, y otros qualesquier paños, que todas las personas quisieren por trato de obrar, y hacer en qualesquier lugares de estos Reynos: que si las vendieren fuera del lugar donde los labraran, si no muestran por testimonio de escriuano publico, tomado por mandado del juez, y con iuramento de ambas partes, en el lugar donde se labro, averlo vendido en lugar Realengo dentro de tres dias, y que allí pagaron el alcavala, o que los vendieron en ferias, o mercado franco, por franquicia asentada en los libros de lo saluado, denon el alcavala en el lugar de los labraron, aunque los ayan llevado a vender, y se ayan vendido fuera: toxa l. 17. tit. 17. hoc lib. 9.

33 Quarto casus fallit, en los vendedores que venden en ferias, o mercados francos, o en lugar franquizado, o en que se haga suelta alguna por franquicia no asentada en los libros de lo saluado. Porque pagan el alcavala de lo que anfi venden en sus tierras, donde son señorios, aunque lo ayan vendido en las tales ferias, o mercados, o lugares francos, ut in l. 4. tit. 20. hoc lib. 9. que quotidie in praxi observatur, ut supra diximus, y los

compradores tambien pagan el alcavala en el lugar donde llevan lo que anfi compraron en las tales ferias, o lugares francos, en toda, o en parte, ut in dict. l. 2. T si la franquicia es por autoridad del señor del lugar, y no por el Rey pierden tambien las mercaderias, ut in l. 5. tit. 20. hoc lib. 9.

Quinto casus fallit, en aquellos que meten mercaderias en las ferias do se paga alguna alcavala, y por de fraudalla las sacan de allí. Porque esto, si dentro de un mes de como las sacaron, las venden fuera del lugar donde moran, pagan el alcavala en las tales ferias de do sacaron las tales mercaderias, con el quatro tanto, y no se deve en el lugar donde se entregaron, o vendieron, ut in l. 30. tit. 19. hoc lib. 9.

Sexto casus fallit, en los carniceros, que traen de 44. fuera comprados ganados vivos para sus carnicerías, que si no muestran carta de pago signada de escriuano publico, de como pagaron el alcavala en el lugar do dixen, que se compraron, han de pagarla en el lugar de sus carnicerías, con otro tanto mas, ut in l. 7. tit. 19. hoc lib. 9. T si compran ganados vivos, del lugar do vienen y son carniceros, o de su termino, estan obligados a hacer las diligencias, que mandan las leyes 6. y 8. del mismo tit. 19. lib. 9.

Septimo casus fallit, en aquellas personas, que llevan, y sacan, quieren sacar de algun lugar las mercaderias, que si no muestran averlas comprado en otro lugar, o que las sacaron, y traxeron de sus casas, pagan el alcavala con el doblo, de lo que assi quieren sacar, y sacan en aquel lugar. l. 3. tit. 19. lib. 9.

Octavo casus fallit in casu l. 2. eiusdem tituli, & 46. libri, nemp. en los mercaderes, o vendedores, que traxeren bestias de albarda, o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde vienen, que si en requiridos, por ante escriuano, por el arrendador de aquel lugar donde vienen, aguien pertenece la renta de la alcavala de lo susodicho, le diga y declare, donde traxo aquellas cosas, y que le muestre como se pago el alcavala de ello en el lugar donde lo sacó, siendo la bestia, o mercaderia de quatro mil maravedis arriba, estan obligados a mostrarla por testimonio signado de escriuano publico, dentro de tres dias despues del requerimiento, como se pago el alcavala en aquel lugar donde lo sacaron, con iuramento de que el testimonio es verdadero, y que en ello no hizo cautela, so pena de pagar el alcavala de aquello que se traxo al arrendador que le hizo el requerimiento, excepto siendo la cosa de menor valor de quatro mil maravedis.

SVM MARIA.

- Gabella ex venditione rei in genere generalissima, quo in loco solvenda sit? & in numeris sequentibus resolvitur in loco contractus esse solvenda n. 7. limitatur num. 8. in promissione de vendendo.
- Genus generalissimum nec possidetur, nec est in dominio alicuius.
- Gabella ex venditione generis generalissimi videtur deberi in loco quo destinata fuerit traditio, ampliatum duobus modis, n. 6. post princ. sed contra n. 7. limitatur n. 8.
- Non enim, & non apparentis nulla sunt species, nec qualitates.
- Venditio generis generalissimi, non reputatur

contractus venditionis sed quidam contractus innumerat quousque traditione rerum reducitur ad venditionem.

6. Constat si quis videtur, ubi solutio faciendâ destinatur.

QVÆSTIO CV.

Quo in loco debeat gabella ex venditione rei in genere generalissimo? in l. 5. tit. 17. libro 9.

1. Quæstionis huius exemplum figitur, in venditione rei, quæ non habet locum existentia tempore contractus, videlicet, quando se vendit tantum hænegæ de trigo, cenada, centeno, o de falo, arrobos de alyte, vino, & similia, consistunt in pondere, numero, & mensura, sin señalar de trigo, cenada, cierto, & similia, quæ consistunt in specie, nã tenga lugar al tiempo del contrato: & Genus namque generalissimum, nec possidem, nec est in dominio alicuius, nec loco circumscriptum Bald. in l. 3. in princ. ad fin. C. comminatio de leg. & ideo ex quocumque loco detur, debitor liberatur, l. ubi autem in princ. ff. de verb. oblig. & usque ad realem traditionem non reducitur, ad speciem, nec habet circumstantiam loci, l. cum incertus, ff. de leg. 1.

2. Quare & videtur propositæ quæstioni respondendum, gabbellam in eius specie deberi eo loco, quo destinata fuerit traditio, ubi enim pacto locus conceditur, quom natura habebat, l. cum res leg. ff. de leg. 1. quæque enim soluta & recepta sunt,

3. nulla eius erat certitudo, & non erit, & non apparentis nullæ sunt species, nec qualitates, l. 2. ff. de usufruct. Bar. in l. 1. in fin. ff. de eod. tit. & eius qui in provinciâ, quæ vero ff. si car. pet. & ibi Doctores: & denique, quia venditor rerum in genere generalissimo non vendit plus ab initio, quam suam obligationem tradendi eas res, & ideo non reputatur is, contractus innumeratus, quousque traditione reducitur ad venditionem, & huiusmodi facta, & actiones illius sunt loci, ubi exigi de facto, & solvi debent, l. ex facto §. rerum ff. de har. in fin. l. quæro, ff. de soluit. Rom. in l. si constante §. fin. ff. soluto matrimonio, & alios allegans Tiraquel, de rer. leg. §. 36. gloss. 3. n. 16. & 17.

4. Probatur & etiam, quia ibi dicitur quis contraxisse, ubi solutio faciendâ destinatur, l. contraxisse, ff. de action. & oblig. Tiraquel, de rer. leg. §. 1. gl. 2. n. 46. & 47. ubi locum traditionis esse attendendum ad solutionem gabbellæ probat.

5. Et hæc prima opinio, si vera est, procedit etiam, si postea partes noua voluntate locum traditionis rei constitutum, siue destinatum alterassent, esset enim in fraudem, & ideo debetur gabella in loco prius traditioni destinato, arg. d. l. 5. tit. 17. hoc lib. 9.

6. Proccederet etiam eadem opinio, licet in contractu ipso venditionis, locus traditionis destinatus non esset, quamuis enim tunc videbatur, attendendum esse locum contractus ad hoc, ut ibidem gabella debeat, & soluenda sit, ut volumus Abb. & Felinus c. fin. de foro comper. videtur prius attendendum traditionis locus, qua venditio perficitur.

7. Nihilominus & tamen in utroque casu verius, & firmitus videtur contrarium tenendum, &

resolendum in praxi: imo, quod in loco contractus gabella debeat, & soluenda sit in specie nostre quæstionis, siue in venditione definitur locus traditionis, siue non assignetur, sed simpliciter fiat venditio: primo, quia aut constat de mente partium, licet expresse id non agatur, ut sæpe contingit, quod in loco venditionis traditio fieri debeat, & tunc res est clara, quod cum contractus, & traditio rei vendite in eodem loco concurant, ibidem gabella solui debeat, ex dict. l. 5. in princ. & ex supr. quæst. proxime præcedenti late resolutis: si vero id non constat, & in dubio idem intelligendum est, nempe, ut in loco contractus fiat solutio, Ergo ibidem soluenda est gabella.

Dubium remanet, quando expresse partes traditionem in alium locum destinaverint, vel id sufficienter constat: & adhuc in hac specie verius esse credo, quod gabella debeat in loco venditionis, quia gabella in his Regnis debetur ex ipso contractu venditionis valido, & perfecto per consensum simultaneum utriusque contrahentis, non expectata rei traditio, nec pæcis solutione, ut supra non semel diximus: traditio igitur postea subsequuta ex pacto partium, vel abique eo, non immutat, nec alterat naturam, & originem obligationis gabbellæ à principio contractus in prædicatum tenet, cui ius fuit acquisitum, nec tunc videtur considerandus locus traditionis, iuxta dispositionem dict. l. 5. tit. 17. hoc libro 9. quia ipsa hunc casum nostre quæstionis omisit: non enim his videtur esse de contentis in ea, ergo decidi debet ex generali regula, l. 1. tit. 17. hoc libro 9.

8. Tunc & autem traditio in proposito consideranda esset, cum à principio contractus venditionis proprie, & perfecte non esset celebratus, sed tantum esset facta quædam conventio de vendendo rem quandam in genere generalissimo, certo loco tradendam: tunc namque in loco traditionis videtur celebratus contractus ipse venditionis, ibique esset soluenda gabella: secus vero si hic pure, & perfecte, quoad verba, & simultaneum presentem amatum partium consensum venditio celebraretur licet solutio, & traditio alibi destinaretur fienda eius rei, nempe: quæ nullum locum habeat existentia tempore contractus: quia tunc locus ipse contractus attendendus est, cum ex eo ipso contractu debeat gabella, iuxta decisionem generalem dicta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Quod si res vendita eiusmodi esset, quæ certo loco circumscripteretur, ut in quæstione proxime præcedenti, tunc seruanda esset dispositio d. l. 5. & que latius petrauerimus circa eius intellectum, & praxim in quæstione prædicta, proxime præcedenti: In hac enim præsentis quæstione agimus de venditione rei in genere generalissimo consentientis, quæ nullibi circumscriptur, & ideo merito, ut ea decidenda sit per regulam d. l. 1. non vero dict. l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. cum ea l. 5. eo casu, ut patet, non loquatur, ergo decidenâ venit per dict. l. 1. quæ generaliter loquitur in quocumque rei venditione, ut statim debeat, & exigi possit ex ea ab ipsis venditoribus, in quâ nulla consideratio sit traditionis. Ergo debetur gabella in loco contractus, ut probabimus.

SVMARIA.

- 1. Gabellario cui debeat gabella fructuum futurorum venditorum, & num. seqq. resoluuntur, num. 8.
- 2. Substantia rei vendita, quando est futura, qualitates quoque eius (hoc est) locus & tempus huiusmodi esse debent.
- 3. Venditio fructuum, vel futuorum omnino futurorum non purificatur donec fructus sint percepti, nisi quando venditur actus percipiendi fructus, quia tunc videtur emi ipsidemque videtur dicendum in venditione fructuum vel futuorum non omnino futurorum, ut in n. 4.
- 4. Fructus pendentes pars fundi sunt.
- 5. Ancilla prægnans non iudicatur pro duobus, nec etiam post partum, si mater alit filium, lactem ei præstando, desinunt esse eadem res mater, & filius: ut in n. 7. ubi, quod tunc temporis venditio mater, filius quoque venditibus intelligitur, & accessorius.
- 6. Venditio fructuum pendens, vel immaturorum, vel eius quod præceptum fuerit ex tali fundo, vinea, vel terra, & commodum tunc pertinet ad emptorem.

QVÆSTIO CVI.

Gabella fructuum futurorum venditorum cui gabellario debeat?

1. Vixit modo, quid dicendum sit in proposito loco de fructibus futuris venditis, vel de fructibus animalium, vel lanarum, anni proximi venditori, cuius loci, & temporis gabellario debeat gabella huius contractus? De fructibus futuris venditis alicuius fundi vel vineæ late egimus supr. q. 8. n. 1. & per. ex prioris resolutione: sed quia hic est proprius locus huius quæstionis, nonnulla in hoc loco agemus de utrisque à prioris resolutione non resiliens, in hunc eandem confirmans, & amplius declarans, in hunc, scilicet, modum.

2. Nempe, & quia quando substantia rei vendite est futura, qualitates, quoque eius, hoc est locus, & tempus) huiusmodi esse debent: non enim ipse subsistere possunt absque subiecto l. 2. ff. de usufruct. Bart. in l. 1. in fin. ff. eodem titulo, & ita cum substantia rei est incerta, qualitas quoque eius incerta est, Bald. in l. liberi num. 9. C. de oper. libert. si igitur tempore venditionis rei vendita futura est locus eius esse tunc non potest, ut eadem convenire possit dispositio localis, l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. Ut igitur in specie præmissa, venditio ipsa est in suspensio & incertitudo conditionis, si fructus venditi nascantur, l. 1. §. ff. de condit. & demonstratio. l. nec emtio de contrah. emtio. ita etiam, & per consequens, qualitas, & circumstantia, hoc est loci & temporis in suspensio quoque esse debet.

3. Hæc autem procedunt, & locum habent, in venditione fructuum vel futuorum omnino futurorum, in illis etenim venditio non purificatur, quousque fructus sint percepti, antequam percipiantur, nisi quando venditur actus percipiendi fructus, quia tunc videtur emi ipse, ut tenet Bart. in l. eodem ferro §. qui maximos, n. 2. ff. de public. & vectig. præmaxime, si fuerint venditi ad numerum, pondus, vel mensuram, quia tunc venditio non pertinet vique ad

numerationem, pondus, vel mensuram, l. spe, §. in iis, ff. de contrah. emtio. locus igitur horum fructuum percipiendorum, & tempus percipiendis eorum erit tunc temporis inspicendum, quoad solutionem gabbellæ: sicque locus lane futuræ venditæ erit, ubi condentur oner, & atieres, & ab eis lana separatur, ac defici esse vitæra animalis: non vero ubi antea extraxerint, & locus agnorum, adonde desinus de nacidos, y desis rados de las madres se pueden dar, y entregar al comprador, porque antes no son perfectos, ni separables de sus madres, y así han de estar en tal perfeccion, que sin ellas commodamente, segun la costumbre del lugar, se puedan sustentar de porsi, apartarse, y entregarse: y pues el tal apartamiento se purifica el contrato de la primera perfeccion, y se podrá pedir la entrega, nihil petis, ff. de reg. iur. Porque el contrato que se hizo de venia de los corderos, que nacieren tal año: trata como de cosa separada de las madres, y así no se puede verificar, ni se verifica, sino quando estuviere los corderos para apartarse de las madres para entregarse, conforme a la costumbre de la tierra: entonces pues, y en aquel lugar donde entonces anduviere, y estuviere parece de deuter y ha de pagar el alcauala.

Idemque & videtur dicendum eadem ratione in venditione fructuum, vel futuorum non omnino futurorum, sed quod inceperint, iam esse in rerum natura initiative, non autem complete, videlicet, cum venduntur fructus demonstrati, vel partus ovium grauidarum, & similia rerum, tunc enim si euentus, vel ius percipiendi non venit in contractu, ut res vendita, de quo infra agemus n. 5. in verificatum, sed productus fructus, & partus venduntur vel separati, hoc est, para quando fueren separados, y cogidos del suelo, y los partos nacidos perfectamente: erit etiam venditio intrinsece conditionalis, quæ conditio tacite inest, scilicet, si nascantur, ut in dict. l. 1. §. in fin. ff. de condit. & demonstratio. l. nec emptio, ff. de contrah. empt. & tunc demum habebunt suum locum, quando huiusmodi fructus percepti, & separati fuerint à solo: & lana, & agni fuerint separati non vero illum, quem ante separationem habebant: & fructus namque pendentes pars fundi sunt, l. fructus pendentes, ff. de rei vendit. l. fin. §. pen. ff. de his que in fraud. cred. nec partus aliud iudicantur, quam matris ante natiuitatem perfectam, eius temporis, quo à matre separari possunt, & solent, Doctores in l. qui in veter. ff. de Annua in c. sicut el segundo, n. 11. de boni. id. & nec ancilla prægnans pro duobus iudicatur, in ratione, la segunda, ff. ad leg. falcid. & nec etiam post partum, si mater alit filium, lactem ei præstando, desinunt esse eadem res mater, & filius, ut per Anton. Gomez lib. 2. variarum resol. c. 2. n. 14. ubi, quod tunc temporis, venditio matris, filius quoque intelligitur venditus, ut accessorius, &c. l. si se vendit, ff. de acquir. o. vacas præiudic. l. iugo ff. de verbor. el alcuala de todo al lugar donde pertenece, por ser todo una misma cosa que se vende juntamente de presente, y no frutos, ni partos futuros de porsi.

Ceterum & si vendantur fructus pendentes, vel immaturi, vel quod perceptum fuerit ex tali fundo, vinea, vel terra, cum hæc sit venditio, ut de præsentis, quia venditur id, quod est, ut est spes percipiendi, & euentus, quæ est venditio pura statim, nec suspenditur in euentum, & successum futurum, & ideo periculum, & commodum ex tunc

tunc pertinet ad emptorem, Bart, in dicit. s. qui maximus, n. 1. per I. s. s. ubi in fin. ff. de contrab. emptio. & in l. qui pendentes in fin. ff. de utro. em. late Auto. Gom. d. c. 2. n. 7. ad fin. Idemque videtur etiam esse, quoties emtor, huiusmodi fructus sic emtos, vel conditicos, eos deberet cultuare suis expensis, & periculo, hoc enim est emere spem, que semper est, ergo tunc temporis, hoc est venditionis, & in loco eius debetur statim gabella: iuxta supradict.

Ego vero non video congruam rationem differentie inter hunc casum, & proxime præcedentem in versis. Idemque videtur dicendum, n. 4. & ideo in utroque casu indistincte tenendum, gabellam deberi, & solvendam esse gabellario temporis, & loci venditionis fructuum non omnino futurorum, sed demonstratorum, & partus omnium gravidatum, quia iam perfecta est venditio illius spei demonstrata: secus, quando fructus, & partus sunt omnino futuri, non vero pendentes, neque demonstrati vilo modo: quia tunc servandum est, quod prædictum in principio huius questionis, & in d. q. 8. quod tunc quoque probamus.

SUMMARI A.

- 1 Gabella lana, vel fatuum futurorum gregis depascens ordinariæ in uno loco, deducit in alium dicitur ad consensum quo loco debeatur? & num. seq. distinguitur, num. 2. cum seq. limitatur num. 8. quando id ex iustis causis fieret.
- 2 Contractus quando bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint, nisi quando adest præiudicium & fraus contra legem, quia tunc via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudandæ legem, & qua alias non esse eligenda, vt in n. 4.
- 3 Contra legem tunc fit, non quando quis id faceret eo animo, & consilio principaliter, vt eam circumveniat: secus alias.
- 4 Ratio quando unica cuiusvis facti tantum reddi potest, illa habetur pro expressa.
- 5 Animalia prægnantia deducere de uno territorio ad parandum in alio, est fraudare statum, præcipiens, quod pro animali nascens in territorio primo solvatur vnus solidus domino loci, & ideo debetur idem solidus, licet nascatur in alio diverso territorio, ad quod fuit deducita mater, vt pareret.
- 6 Fraus contra legem, vel statutum fieri non censetur, quando aliquis id fecit non principaliter, & directe, vt retractum fraudaret, sed vt sibi prospiceret, ne forte aliud damnum indebitè pateretur.

QVÆSTIO CVII.

An fraus fiat in specie quæstionis præcedentis ex transmissione pecorum in alium locum diuerum?

Quæro t modo, opportune ad proxime immediate præcedentia, quid si vendita lana, vel fatuum animalium futuris, & tempore proximo consure, vel partus, dominus gregis tendenda, vel paritura, eam extraheret, & portaret in alium

locum diuersum ab eo, in quo pascitur ordinariæ, & de allicto, an dicitur hoc fieri in fraude gabellarij primi loci, si, vt habet locum decisio, l. 5. v. 17. hoc libro 9. in vltimis, scilicet que se vende, & vbi deciditur, que si lo que se vende no esta en el lugar de so haze la venta, sino en otro, & se vende con condiccion, que se aya de entregar en otro lugar diferente, que el alcañala se pague en el lugar donde tenia el vendedor lo que assi vendio, quando se oroga la venta?

Videatur namque prima facie, casum nostræ quæstionis dicitur esse ab specie d. l. 5. in verbis præcitatis. Illa namque lex loquitur, quando la mesma cosa que se vende separada se passa de un lugar a otro, para entregar en otro, non vero, quando non ipsa res vendita, sed eam continens, como si el carnero, o la oveja ante que se traiga, quieto para, se passa a otro lugar, & esto no son dos cosas, si o una misma, & gabella debita ex fructibus per se venditis, non debetur, quando fundus venditur cum fructibus pendensibus, quia tunc non sunt fructus, sed pars fundi venditi, vt in l. fructus pendentes eam similit. ff. de rei vendic. Præterea cum hæc animalia necessario ad pascendum pro sui sustentatione vagentur, & quandoque mutent diuersa territoria, non est fraudi tribuendum, quod necessitate cogente sit, argumento l. Cesar. ff. de public. & vtilit.

Nihilominus tamen in proposito, distinguendum esse casu, quod si grex tempore contractus pascatur de elastia ordinariæ in aquil lugar, sin designacion de mudar lugar, veluti in termino domicilij ipsi de alijs se faciat, o hessa sin necesidad para otro diuerso lugar a solo trasgualarse, o a parte, y holnerse luego al dicho termino, tunc clare dicitur constare, huiusmodi mutationem, & nouitatem fieri in fraudem gabellarij primi loci, ac proinde illi nocere non debet, nec alij præfata extractio prodest.

Quamuis enim hæc electio loci ad tendendum oues, vel vt ipsa pariant, videatur esse in voluntate domini gregis, ac proinde suo iure vtendo, nemini videatur iniuriam facere, & sicut alias dicitur, quod quando contractus bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint, argumento eorum, que tradit in l. 1. de retractu. d. c. 1. n. 104. vbi inquit, quod vasallus nullam fraudem facit patrono, si etiam de industria amittat viam, ex qua iura feudalia oriuntur, & eligat aliam, ex qua nihil, vel minus debeat, dammodo vere eligat, quoniam per huiusmodi iura, & consuetudines nulla lex, nulla restrictio est imposita liberæ voluntati contrahentium.

Nihilominus tamen, quando adest præiudicium, & fraus contra legem, via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudandæ legem, & que alias non esset eligenda, vt per Tiraguel. in præfatione de vtroque retractu, n. 77. t Vbi tunc demum dicit fieri contra legem, quando quis id faceret eo animo, & consilio principaliter, vt eam circumveniret: secus alias: & in proposito finis fraudandæ legem constat ex defectu alterius causæ extrahendi gregem, siue pecus a loco suo, quam fraudandæ legis, quando enim, cuiusque facti vnica tantum ratio reddi potest, illa habetur pro expressa, iuxta glossam communiter approbatam in l. quomodo, verbo curauit, in versis. nam ob quam C. de fideicommiss. vt per Padill. ibi n. 18. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 5. n. 9. Nec commentitia alia ratio, siue ficticia admitti debet,

QVÆSTIO CVIII.

De venditione facta in confinio duorum oppidorum, quo in loco debeatur gabella?

Quæro, quo in loco debeatur gabella rei venditæ, & tradita in confinio duorum oppidorum, scilicet, in el lindon, o padron de dos terminos, o en mitad de una calle que parte termino en la iurisdiccion de un lugar de los señores? Et respondemus in hac specie soluendum esse gabellam vtriusque loci dominis, vel gabellariis pro dimiditate: idemque erit in mari in el parage, vt per Angel. in l. sano si maris, ff. de iuribus, ex gloss. in c. vbi periculum, §. porro de elect. lib. 6. in verb. territorio, t vbi inquit gl. quod quando Summus Pontif. moritur in mari, Cardinales debent conuenire in ciuitate, per quam locus ille maris distinguitur, & si non distinguitur per aliquam ciuitatem, in viciniori id est facendum, se qua gl. per Roderic. Suarez alleg. 17. in princ. & late per Felin. in c. Rudolphus n. 7. de rescriptis.

Cautus tamen debet esse gabellarius vnus territorij stantis in confinibus, quibus pro dimidia parte debetur gabella, quod eam exigere tenetur, antequam debitores exeat de territorio suo, & inirent in territorium vicinum, vt seruat vnus, secund. Bertach. de gabell. in 6. p. n. 14. in fin. v. 11. et. diuers. Doct. in antiquis, fol. 26. quem refert, & sequitur Auiles c. 4. 2. Præ in gloss. en la tierra, n. 3. & Girond. de gabell. 6. par. n. 64. vbi hoc verum intelligit, quandoquidem pro exigenda debita gabella nemo potest hodie, attento iure Regio, conueniri, nisi in loco vbi habitauerit, & fuerit vicinus, vel in capite illius iurisdictionis intra tres leucas per textum l. 1. tit. 7. hoc libro 9. vbi alia in proposito declarantur.

Quod t si res vendatur in hanc ibidem existens, debetur gabella in loco, vbi est portus, si res existit in portu extra portum vero debetur in termino loci, cui mare adiacet, vbi fuerit celebrata venditio mari propinquiori: is namque dicitur de territorio, cui mare adiacet, vt per Felin. in c. Rudolphus n. 5. t debetur enim gabella de rebus in mari venditis, sicut in terra de rebus in ea venditis, Bald. & Salic. in l. 3. C. de nau. fauor. Bertachin. de gabell. 1. par. q. 6. & in 6. par. n. 10. quos refert & sequitur Girond. dicit. 6. par. in 60. De venditione autem facta per nuntium, vel epistolam, quo in loco sit soluenda gabella, diximus supra alia quæstione.

SUMMARI A.

- 1 Gabella cui loco debeatur ex duobus domiciliis, qua quis habet, distinguitur n. 1. & legq.
- 2 Domicilia duo potest quis habere.
- 3 Vendens vicinus ex oppido non libera armenta, vel pecora, nec in loco, vel macello libero, vel vbi aliqua sit quitatio, vel gratia, gabellam solvere tenetur inter am in loco in quo deper, vel in quo vicinitatem habet, quod si vterque locus sit immunitas a solutione gabellæ, nulla debetur.

quia in hoc ipso, quando de alia rationabili non constat, consistit fraus, animalque fraudandi legem, & similibus fraudibus iure obuiandum est, lex enim hi §. si cum ius, ff. de transact. l. si, §. si, ff. de suspens. iur. t si sio est tracta de vender una cosa, la ley tiene por fraude salir de una feria a perfeccionar la venta, & entregar la cosa en otra parte, vt in l. 3. tit. 19. hoc libro nono, a fortiori lo 7. fra. hazer esto desuget de hecha la venta, t & ita merito Bartol. in l. eam satis, n. 13. C. de agricol. & cens. lib. 1. r. ex glossa ibi verbo in sobole, in versis. item daretur occasio, inquit bene notandum ad statuta decientia, quod pro animali nascens in territorio Perusino debeat solvere dominus vnus solidum, si habens animalia prægnantia, ducit ea, vt pariant extra territorium Perusinum, non enit propter hoc locutionem, quia in fraudem facit lex facta, la grande, ff. de hered. instituen.

Ceterum t si grex (& nunc intrat secundum membrum nostræ distinctionis) deducta fuit ex vno loco, vbi exitebat ad tempus, quod iam erat expletum, vel quia calu ibi aderat, non vero ex proposito: vel etiam, quia locus recolligendi lanam, erat in alio termino, & domino deducenti fuit vtile, vel necessarium deferre oues, vel arietes alibi tendendos pro euitandis expensis portationis lanæ, vel si ex loco ordinarij pastus deducta fuit grex, & alibi delata, ob euitandam pestem, aliudve damnum, vel molestiam, quæ spectabatur contingere existentem in eodem loco, vel ob aliam similem causam exclusiuam fraudis, eiusque suspensionis, tunc hoc potius bonæ fidei, quam fraudandi fini tribuendum est ob necessitatem contingentem, argumento d. l. Cesar. ff. de public. & vtilit. vt tradit Tiraguel. vbi supra in præfatione de vtroque retractu, n. 77. t dicens, quod fraus contra legem, vel statutum non censetur commissa, quando aliquis id fecit non principaliter, & directe, vt retractum ipsum fraudaret, sed vt sibi prospiceret, ne aliud forte damnum indebite pateretur, quia cum actus non destinatur directè ad finem, siue effectum fraudandi legem, sed ad aliam, licet incidenter, ad eum finem peruenitur, non censetur esse prohibitus, nec factus in fraudem, de quo etiam supra diximus.

SUMMARI A.

- 1 Gabella venditionis facta in confinio duorum oppidorum, quo in loco debeatur.
- 2 Electio Summi Pontificis in locum demortui in mari, in quo loco fieri debeat?
- 3 Gabellarius cautus esse debet pro exigenda sua medietate gabella rei vendita in confinio duorum oppidorum, vt hic dicitur.
- 4 Gabella rei vendita in mari debetur in loco, vbi est portus: si res existit in portu, extra portum vero debetur in termino loci, cui mare adiacet, vbi fuerit venditio celebrata mari propinquiori, & n. 5.

QVÆSTIO. CIX.

Cui loco ex duobus domiciliis, quæ aliquis habet, sit solvenda gabella?

- 1 **Q**uæro denique, stante l. quarta, tit. 20. hoc libro 9. non collecti. Reg. qua cauetur: Que el que vendiere, o comprare en feria, o mercado franco do se haga alguna quita de alcavala, sea obligado, a pagar el alcavala de lo que vendiere, o comprare en el lugar donde es vezino. Cui ex duobus domiciliis, que quis simul habet, debeatur in hac specie prædicta gabella? Potest enim quis duo domicilia simul habere, l. Labeo, ff. ad municip. cum similib. estque communis sententia, vt cum aliis tenet Gironda de gabellis 6. par. n. 43. in hac questione distinguendum esse censet: nempe inter res immobiles venditas, quarum gabella debetur, & solvenda est inter Regio in loco, vbi ipse res immobiles exi sunt, vt saepe diximus, & probauimus: & inter res mobiles venditas, quarum gabella illi loco debetur ex quo quis exiit rem, vel pecus, & derelicit vendendum in locum fincama, vt olim cauebatur in l. 2. tit. 6. de lra feria franca, lib. 6. Oránam. veteris, ibi: En el lugar donde salieron de ellas para las llevar a vender, &c. habere est l. 2. tit. 20. hoc libro nouo, & nouior dicta l. 4. eiusdem tit. 20. seruata in reliquis distinctione, l. 5. tit. 17. hoc eodem libro, de qua in questionibus superioribus late egimus: hoc tamen verum esse intelligit Gironda, vbi sup. n. 47. quando res mobiles venduntur in quouis domicilio illorum duorum, que quis simul habet: secus, si extra ea loca, & domicilia vendantur in loco, vbi non soluitur gabella Regia, sed exemptio ab eius solutione, quia tunc debetur vtrique, & gabellario vtriusque pro equali parte, arg. l. 17. in fin. tit. 17. hoc libro 9. & l. 2. & 4. tit. 20. eod. lib. sed si aliquod domiciliu ex prædict. duobus fuerit liberum, debetur tota gabella alteri non libero, secundum Gironda vbi sup. n. 48.
- 2 **Q**uod si res, que deferret vendenda, alibi existeret, quam in locis domiciliis, soluetur gabella in illo loco domiciliis, vbi quis habet principalem, & magis continuam habitationem, quod si in hoc fuerit equalitas, equaliter gabella diuidetur inter gabellarios vtriusque domiciliis, ex supra dictis, & argu. l. arbor in princ. & s. vbi duo, ff. communi. diuid.
- 3 **Q**uod si aliquis fuerit vicinis duorum locorum, a solutione gabelle liberorum, vendatque res mobiles sitas in loco etiam libero, vel in quo fiat aliqua gratia, non debetur gabella, nisi tempore venditionis dictum sit, prædictas res mobiles, seu sumonentes tradendas fore in loco libero, vbi non erant tempore contractus, tunc namque putat Gironda d. 6. par. de gabell. n. 49. cum seq. deberi gabellam in loco Regali propinquiori, ex ratione d. l. 5. & 2. tit. 17. hoc libro 9. ibi: Si el lugar donde se entregare no fuere Realengo, y fuere de señorio, de que nos no cobrara mariscalcuala, se pague en el lugar Realengo mas cercano del lugar de señorio donde se entregare: & hoc etiam, ne Rex standetur iure suo, quia de venditione vna debetur gabella.
- 4 **H**ec tamen opinio Girondæ dicit. n. 49. vera non est meo iudicio, si libertas prædict. locorum scripta fuerit in los libros de lo saluado de fu

Magestad, iuxta formam l. ad fin. cum similib. tit. 18. hoc libro 9. tunc namque licet tempore venditionis dictum, vel pactum sit, quod prædict. res tradantur in loco libero, vbi non erant tempore contractus, nullibi eorum locorum debetur gabella, si quidem omnes ab ea sint liberi iusticianti privilegio Regio, de quo in d. l. 1. ad fin. cum similib. nec tunc in fraudem solutionis gabellæ traditio rei in 3. loco etiam libero similiter destinatur & conuenitur facienda: siquidem in nullo prædict. locorum gabella debetur: sed gratia maioris commoditatis vtriusque vel alterius ex contrahentibus, sit: Neque d. l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. neque eius ratio contrarium probat in proposito in dict. verificulo: T el lugar, &c. siquidem loquitur, quod duo precedentes loci, nempe existentis rei, & contractus venditionis sunt tributarij, & non liberi a solutione gabellæ: y el tercero adonde se entrega no el Realengo, sino de señorio, de que su Magestad no cobra alcavala, quo casu traditio manifeste fit in fraudem gabellæ Regie in loco, vbi Regi nostro gabella non debetur, & ideo merito in hac specie gabella debetur solum in loco Regio propinquiori loci de señorio mas cercano donde se entregare con el quatorzanto, aunque muestre el vendedor, que lo pago en otra parte: pero nuestro caso de Gironda es muy diferente, pues en el no ay fraude ninguna, ni se debe alcavala en ninguno de los dichos tres lugares, la l. 9. del dicho tit. 17. que tambien cita por su opinion Gironda, vobis habia en el caso, ni prouenada en el: & pro hac eadem nostra sententia, & differentia inter præd. duo casus, nempe Girond. & d. l. 5. contra Girond. vbi sup. qui eos, similes facit, allego eundemdem Girond. paulo superius, nempe in eadem 6. p. de gabell. n. 39. & 40. vbi inter eos præd. differentiam constituit: & dicens, 7. quod si aliquis de loco non libero, in quo gabella indistincte soluitur, armenta, vel pecora, in loco vendiderit in loco, vel macello libero, in quo nulla soluitur gabella, vel in loco alicuius Municipis in quo aliqua fiat quitatio, vel gratia gabellam integram solvere tenetur in dict. vbi degit, vel in quo viciniam habet, vt dicitur ex l. 17. tit. 17. & l. 4. tit. 20. lib. 9. nouo. cum Reg. & etiam ex d. l. 5. Quod si macellum, vel locus, vbi est vicinus, exemptionem habeant a solutione gabellæ, vel res vendite sunt laboris, & educationis habentes privilegium, & in loco, vel macello etiam libero vendiderit, gabellam non putat deberi in dict. loco, vbi est vicinus, quia eodem modo gabella non soluetur in suo loco, quo in alieno, & sic cessat ratio prædict. legum Regiarum: Ecce nostrum calum, & sententiam, & tamen postea minus recte, n. 49. oblitus eius, quod dixerat d. n. 40. contrarium putat.

SVMARIA.

- 1 Gabella rerum immobilium venditarum, quo loco sit solvenda, vbi quod de iure communis in loco contractus solvenda est, sed de iure nostro Regio in loco vbi res immobiles sunt sitæ, vt in n. 2. excepto in casu viciniam de la ciudad de Sevilla, &c. vt hic.
- 2 El arrendador mayor puede retener en si las rentas redadas de algun lugar, aunque arriende las otras rentas del lugar.
- 3 Gabella bonorum immobilium regulariter debetur

debetur in loco vbi sita sunt, licet alibi vendantur ampliat. hic & n. 5.

6 Gabella ex venditione census debetur in loco, quo bona specialiter census obligata, sita fuerint: & debetur gabellario illius loci, licet in diuersis territoriis sita sint bona, quo casu pro rata gabella considerabuntur, & non debetur loco contractus, neque in loco solutionis, neque gabellariis horum locorum, vt in num. 7. vbi remissive quomodo sit facienda ista præd. bonorum pro rata?

QVÆSTIO CX.

Quo loco sit solvenda gabella rerum immobilium venditarum?

- 1 **Q**uæro modo, quo loci sit solvenda gabella rerum immobilium venditarum, aut permutatarum, de iure communis resolunt DD. quod si contractus fiat in vna ciuitate, & res vendita sit in alia, gabella solvenda sit in loco contractus, licet res vendita sit alibi sita, vt cum aliis resoluit Girond. de gabell. 6. p. num. 26. & 27.
- 2 De iure autem nostro Regio habemus decisionem claram, l. 9. tit. 7. hoc lib. 9. nou. Collect. Reg. vbi sancitur: Mandamos, que el alcavala de bienes rayces, que se vendieren, o trocaren, se pague en el lugar donde estuieren los bienes, con que mandamos, que el alcavala de las heredades que los vezinos de la ciudad de Sevilla vendieren, o trocaren en la dicha ciudad, y su tierra, y en los señorios del Alcazar, y Ribera, assi vezinos de la dicha ciudad de Sevilla, como de otras qualquier partes, sea para los arrendadores de las alcavales de las heredades de la dicha ciudad de Sevilla, y no para los arrendadores de los lugares de estuieren las tales heredades.
- 3 Excipitur etiam per l. 8. ad fin. tit. 2. hoc lib. 9. que el arrendador mayor puede retener en si las rentas de las heredades de algun lugar, aunque arriende las otras rentas del tal lugar.
Neque obstat pñimum fundamentum contractum, illud enim operatur, & suam vim habet, ut in foro exteriori, in quo loquuntur d. l. Regij, venditor, qui non solvit gabellam, à quo debito tempore non fuit petitis, nec soluta gabella, molestari nec inquietari exinde possit: idem ergo legislator, qui obligationem solvendi gabellam iudicij, eam certo quodam tempore arctare voluit, in eum nempe finem, ut postea in iudicio debitor molestari, aut committi pro ea non valeat in foro autem interiori nihil dicit: remanent ergo leges 31. & 32. tit. 17. hoc lib. 9. in suo vigore, obligantes venditores, & emtores atque permutantes ad manifestandum contractus venditionum, & permutatorum, & solvendum gabellam eorum intra terminos de quibus in eisdem legibus, etiam si non petatur proit revera eam teneatur solvere: ergo præscriptio de qua in d. l. 19. & 20. tit. 17. hoc lib. 9. tantum habet locum in foro iudiciali exteriori. Ceterum in foro anime remanet obligatio antiqua solvendi gabellam, etiam si præd. tempore non petatur: & non etiam obest secundum fundamentum contractum, quia verum non est, vigere præfatam consuetudinem, & repugnat d. l. 1. tit. 19. hoc lib. 9. ut latius diximus ubi supra. Tamen ego non erit venditor in foro anime, qui bonam fidem, sed potius malam habet, in nostra specie, si que conscientia tenebitur ad solutionem gabellæ licet gabellarius, cui faciendæ solutio est, actionem non habeat ad eam petendam in iudicio exteriori, propter legalem temporis præscriptionem, de qua in d. l. 19. & 20. & ita merito hanc partem in terminis tenent, & probant frater Ioseph. Angles in suis Floribus Topologi. Quæst. in quibus à restituere sit liber in 4. dubio diffin. in fin. & frater Ant. d. Cordub. in suis quæst. 9. 95. quos refert, & sequitur contra Did. Perez Lallac. de dec. vend. c. 1. §. n. 72.

SUMMARI A.

- 1. Præscriptio gabellæ an procedat cum mala fide in foro exteriori? & n. 2. resolutio affirmativa agitur de interpretatione reg. possessor, de reg. iur. in 6.

QVÆSTIO CXXI.

Malæ fidei possessor gabellæ debitor, an præscribar, & in foro exteriori transacto tempore præscriptionis?

1 QVæro etiam: An in foro exteriori iudiciali contra præscriptionem gabellæ legis 19. & l. 20. tit. 17. hoc lib. 9. possit opponi exceptio malæ fidei, nempe, que sabian los contrayentes, que se devia la alcavala, y la encubrieren, y no pagaron, ni manifestaron. Et pars affirmativa plana videtur ex regula possessor malæ fidei de reg. iur. in 6. cum adductis per nos late in simili quæstione circa intellectum aliarum legum Regiarum in repet. nemo potest n. 485. cum segg. ff. de leg. 1. & in terminis ita tenet Girond. de gabell. 4. p. §. 2. n. 22. & 23.

Nihiloml

1 Nihilominus tamen in proposito d. l. 19. & 20. contractum probat, & censo proculdubio tenendum. Decisio enim text. in d. regula possessor agit de præscriptione mere legali, que procedit abique voluntate, & consensu, & nonnunquam etiam abique scientia eius, contra quem præscribitur: At nos in hac quæstione agimus de ea præscriptione, quam ipsæmet dominus rei propria voluntate constituit, & induxit contra suos conductores, qui est Rex: & in re sua quilibet est moderator, & arbitet. l. in re mandata cum similibus, C. mandat. vel. de ea, que est conventionalis inter Reges, & subditos, & conductores: licet enim præscriptio mere legalis dicatur esse contra naturalem æquitatem, secundum Bald. in l. cavilla, n. 10. verficul. sed an per ius Canonicum ibi. quia præscriptio, C. de furt. hoc non sic est in ea, que præsupponit consensum, & voluntatem spontaneam, & proprium motum ipsius Regis (veluti illam, de qua in dict. l. 19. in princip. ut patet ex eius verbis, ibi: Por relear a nuestros subditos, y naturales de molestias, y vexaciones injustas, &c. iuxta glossam l. 1. §. fin. ff. de dol. & l. 1. Familias, ff. de minoribus: Quin imo præscriptio mere legalis (si expresse hoc statuit ipsæmet lex) procedit sine bona fide, eaque licet sic disponens irritat in subditis malam fidem, & tunc cessat auctoritate legis, ut per Ripam in tr. de peste in 3. par. de remed. præferuat. contra pñim, n. 253. quem refert & sequitur Auend. in 1. par. c. 1. p. 2. n. 21.

Quinimo in casu dict. l. 19. & 20. potest contendit non dici illam proprie præscriptio-nem, si quid eademmet lex, que obligat ad gabellam, actionem denegat ultra illud tempus ad gabellam perendum ab eadem l. indultum: si que non inducit perpetuam obligationem exteriori sicut in aliis rebus inductor per alias l. & ideo in eis est necessaria exceptio præscriptionis: Quare conductor gabellarum non dicitur perdere per exceptionem in præscriptionis contra se oppositam, illud quod nunquam ad se perinuit, hoc est, actionem, & ius ultra illud tempus, priusquam liquide præsupponit habitum, l. d. cum similibus, ff. de verbos. oblig. Ergo ubi non fuit habitus, non cadit privatio, non entis: namque, & non apparentis nullæ sunt species, nec qualitates, eius, qui in provincia, & quæ vero, ff. si cert. petat. Accedat, quod conductores, gabellarum, eas conducunt à principio, con las condiciones de las leyes del quadero de las alcavalas, ut est, notum, & certissimum: y una de ellas es que las pidan dentro del dicho tiempo, y no despues: Ergo ex vi contractus eas petere non poterant ultra illud tempus, etiam si debitores scienter eas omiserint solvere, porque el Rey en esto atendio a relear a sus subditos, y naturales de molestias, y vexaciones injustas, como auemos dicho, quanto al fuero exterior o y iudicial: mas no quanto al de la conscientia, que en este nunca les libra, sino es pagando, pues la alcavala obliga en conscientia, aunque no se pida, por ser deuda iusta, y por las demas razones dichas en la quæstion precedente.

SUMMARI A.

- 1. Tempus petendi gabellam in venditionibus sub conditione suspensiva celebratis à quo tempore incipiat? & n. segg.
2. Tempus appellandi à sententia condicionali cur-

rit ex die lata sententia, sed speciale est in hoc, ut in n. 2.

- 3. Tempus retrahit venditionis condicionalis currit à die contractus, sed contra n. 9.
4. Tempus contractus condicionalis inspicendum est non vero ipsius conditionis existentis.
5. Venditio condicionalis statim est perfecta anæquam conditio existat, adeo, ut locus penitentia non sit inuito altero contrahente, vide n. 11. vers. ad eundem.
6. Creditor condicionalis tenetur ius suum opponere adversus subhaftationes intra tempus statuti, non expectata conditio, ne excludatur adveniente postea conditio.
7. Creditor mercatoris falliti, & suspecti de fuga ante diem solutionis potest contra eum agere, & debet præferri creditoribus posterioribus, quorum dies cessat, & veniat.
8. Tempus legale non currit, nisi conditio impleta.
10. Incipio fideicommissi condicionalis non currit anæquam existat conditio.
11. Actio futura anæquam nascatur præscriptio non potest.
13. Gabella non debetur durante tempore quo res vendita, nisi data in solutum ex pacto in contractu adhibere debitor, qui sui potest, sed contra n. 16. ampliatur n. 14. ut præcedat tum petendi lic super valore vel infirmitate contractus, & quid in retrahit, n. 15.
17. Tempus petendi gabellam intentatore medio, l. 1. C. de res. vend. a quo tempore incipiat currere?
18. Actionem non esse natam, vel non apparere esse natam, paria sunt.

QVÆSTIO CXXII.

A quo tempore incipiat tempus petendi gabellam in venditionibus sub conditione suspensiva celebratis?

1 QVæro præterea circa easdem l. Regias 19. & 20. tit. 17. hoc lib. 9. a quo tempore incipiat currere tempus, vel terminus petendi gabellam in venditione sub conditione celebratis (supposito, quod in eis gabella perinet ad conductorem temporis contractus, non vero ad alium, qui tempore conditionis existentis tales erant,) ut resolutus supra, quæst. 8. num. 8.

An à tempore celebrati contractus, vel conditionis existentis: si enim hoc dixerimus: erit maximi momenti quæstio nostra. Nam etiam si transactum sit tempus, quo peti debet gabella ante conditionis existentiam, adhuc peti poterit post impletam conditionem, tempore tam n. debito ab ipsa conditionis existentia numerando: si vero illud, hoc est à tempore contractus, cautus oportebit esse gabellarios, ut eam petant intra tempus illatum legum, connumerandum à die celebrati contractus.

Quid dicendum? Et videtur primo tempus statim currere à tempore contractus, non aliter expectato conditionis euentu, ex l. 1. §. biduum, ff. quand. appell. sat. & in c. biduum in princ. 2. q. 6. §. ubi si fecatur sententia sub conditione statim ex die late sententia tempus ad appellandum computandum est,

est, nec expectandus dies, ex quo conditio ipsius si uenturæ extiterit, & quorum iurium argumento in materia retractus vigore statuti, vel consuetudinis competentis, ita tenet Guid. Pap. decis. Delphin. 257. auatur de consuet. co. 1. vers. sed iuxta. 4. præmissis.

Secundo confirmatur eadem sententia, quia in contractibus conditionalibus debet inspicere tempus contractus non conditionis, l. si filiusfamil. & ibi Bart. & alij, ff. de verb. oblig. l. 2. §. ea quoque, ff. de collat. bon. & in alijs iuribus consensibus per Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 1. o. m. 43. ubi etiam, quod venditio conditionalis statim est perfecta, antequam conditio exstiterit, ut inquit text. in l. necessario, §. si in rei, ff. de peric. & commod. rei. vend. vique adeo quidem, ut non liceat alteri contractum iniurio altero, ab ea discedere, iuxta gl. in l. in prior. C. eod. tit. & in §. 3. in l. de emptio. & vendit. sequitur alios allegans Tiraq. ubi supra. & prius eodem §. 1. gloss. 2. n. 26. ubi, quod conditio impleta pendente est, ac si contractus ab initio fuisset purus, l. ubi §. 1. & ibi hng. & Alexand. ff. de vulg. & pupill. subfl. & alij plures, quos ibi in idem citat Tiraq.

Hinc est etiam, ut creditor conditionalis teneatur ius suum opponere aduersus subhastationes intra tempora statuti, non expectata conditio, ne excludatur, adueniente postea conditio, ut voluerunt Doctores relati per Tiraq. d. gloss. 10. n. 43. cui addendum est Roderic. Suarez in reposit. l. 7. post remissionem, 7. d. m. ff. de re iudic. fol. mibi 308. ubi de mercatore fallito, & suspecto de fuga agit, nempe, quod creditor ante diem solutionis possit contra eum agere, & debeat præferri alijs creditoribus posterioribus, quorum dies cessat, & veniat.

Tertio eadem opinio probari videtur ex d. l. 19. in veris. T. si los tales conuatoz, ibi: De de el dia que el tal conuatoz fuere auorgada: dum simpliciter, & indistincte loquitur in quocunque contractu.

In contrariam autem partem, imo, quod ex die conditionis existentis incipiat currere tempus perenni gabellam, non vero à tempore contractus conditionalis celebrari, adduci potest tex. in leg. 1. §. annus, ff. quando act. de pecul. facit etiam l. penultim. §. procedit autem, ff. de excusat. im. & plura alia iura congesta per Tiraquel. d. gloss. 10. numero 45. in quibus probatur expectatam esse conditionem, ut tempus legale currat, & non enim tempus currit, nisi conditio impleta, in quod etiam alia plura, iura citat idem Tiraquel. de retr. conuention. §. 2. gloss. 1. n. 25.

Ex quibus Guillem. de Cugno. in dist. §. annus, & ibi Albert. idem Albertic. in 1. part. Statut. quæstio. 97. sed nunquid proximior in fin. & alij relati per Tiraquel. ubi supra. tenent tempus retractus incipere, & currere à tempore conditionis existentis, & hanc partem sequitur Tiraq. ubi supra. in prior. loco, n. 2. & probat late Ant. Gome. in 2. tomo var. resol. c. de qual. contractuum, n. 29. & in l. 70. Tam. n. 21. Et hæc est verior, & receptior sententia, ut cum alijs resoluimus lib. 2. Pract. qu. 10. 153. n. 3.

Secundo, quia eadem ratione vñscapio fidelicommissi conditionalis non currit, antequam exstiterit conditio, per text. in l. vlt. §. si autem auaritia, C. commun. de leg. 1. cuius auctoritate hoc probat Bald. consil. 351. item ad illud lib. 3. id, quod regulare est, ut alias non currit tempus, nisi

impleta conditio, ut voluit Bart. dicens, multum notandum in l. si cui legatur in fin. princip. & ibi ceteri, ff. de leg. 1. Bald. in l. id quod pauperibus, n. 1. 2. vers. Secundo quarto, an iste annus, C. de Episcopis, & clericis, id quod etiam probat Tiraq. d. §. 1. gl. 10. n. 47.

Tertio, quia actio futura antequam nascatur præscribi non potest, l. 1. §. si, & ibi gloss. fin. C. de annal. excepti. impedito enim agere non currit præscriptio, ut ibidem probatur.

Quibus quidem iuribus, & fundamentis in hanc partem adducor, ut tempus petendi gabellam non currat gabellaris in contractu conditionalis, quoties ea tempore præscribi potest, nisi à tempore conditionis existentis, qua veriori, & iudicia sententia tenent.

Non obstat primum fundamentum patris contractus, nempe quod de tempore ad appellandum à sententia diximus, ut à tempore late tenentie conditionalis dixerimus incipere currere: id namque speciale est in eo casu: in ceteris autem temporum præscriptionibus locus est per iura supra allegata pro nostra sententia, & ita expresse voluerunt Bart. & alij in d. §. biduum, & gloss. in d. e. dubium, quos sequitur Tiraquel. d. gl. 10. n. 48. ubi refert rationem specialitatis in sententia, nempe propter eius auctoritatem, aliamque rationem reddit, quam apud eum videre poteris.

Ad secundum respondemus, id procedere quo ad perfectionem, & valorẽ venditionis conditionalis, ut locus non sit penitentis, sicut prædiximus: nõ autem ut currat tempus alias competens ad aliquod petendum ratione putæ venditionis prout est gabella, & ius retractus: hoc namque cum non detur, nisi ex puris venditionibus incipere non potest nisi post purificatã conditionem, ea autem impleta perinde est, ac si ab initio contractus fuisset purus: At vero, quod prædiximus de creditore conditionalis, ut teneatur ius suum opponere aduersus subhastationes intra tempora statuti, ne excludatur adueniente postea conditio potius consilij est, quam præcium.

Tertium etiam ex d. l. 19. cessat, quia verba supra relata intelligi quidem debent iuxta ius commune, nempe in contractibus puris: locus in conditionalibus, quia in eis currit tempore conditionis impleta, ut vidimus.

Quinimo Bald. consil. 164. maritus, volum. 5. quod gabella non debetur durante tempore quo res vendita, aut data in solutum ex pacto in contractu adiecto reddibet, aut lui potest, cum non sit pleno iure translata, l. cum mansura, 80. §. nemo, ff. de contrab. emt. quem refert, & sequitur Tiraq. de retr. conuention. §. 6. gloss. n. 15. ad fin.

Idem erit, quoties venditio facta suboritur controversia inter emptorem & venditorem super valore, vel infinitate ipsius venditionis, & interim labitur tempus petendi gabellam, de quo in dictis ll. Regius, nihilominus namque videtur ipsum gabellarium admittendum, quoniam non dicitur scite alienatam rem fuisse ante exitum litis, argumento l. quando, C. qui admittit, & in rescriptis retractus ita probant plures relati per Tiraquel. de retr. lign. §. 1. gl. 10. n. 36. hæc enim hæc, quantum ad retractum pertinent, non careant scrupulo secundum Tiraquel. ibid. n. 39. quia apud se est expressa consuetudo, id tempus retractus currere ignorantibus minoribus, & abientibus, ut ibi refert, sicuti apud nos

Hispanos

Hispanos eadem est l. Regia 8. tit. 12. libr. 5. nona Collect. Reg. qua attenda, censetur statim à die venditionis incipere currere tempus retractus: Attamen in proposito nostro temporis, intra quod gabella peti debet iuxta nostras ll. Regias bene procedunt: siquidem gabella non debetur ex contractu nullo, vel supra resoluimus q. 9. Ergo dum pendet super valore, vel infinitate contractus venditionis, vel permutationis non currit tempus ad petendam gabellam concessam, quia impedito agere non currit præscriptio.

Nihilominus tamen, cum sciscus eiusque condutores gabellarum habeant intentionem suam fundatam legibus huius Regni, nempe l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. præscriptibus, vt ex venditione, & permutatione soluantur gabella: præcipue offerendo fiduciosum, quod si aliquo tempore apparuerit, eam non deberi ex contractu super quo litigatur, soluta gabella restituetur, vix obtinebit in praxi, vt pendente lite prædicta, non soluantur gabella, sed imo ipsa soluenda erit, non obstante præd. lite, ne detur locus: & occasio fraudis contra fiscum, & iura Regalia, & ideo cum gabellaris non sit impeditus agere, merito vt statim ei currat tempus ad eam petendam.

Scd si vesteris li super remedio, l. 2. C. de rescindend. vendition. agente domino rei venditæ pro supplemento iusti pretij, vel rescissione contractus, tempus petendi gabellam illius supplementi non currit profecto, nisi ex die sententia in fauorem actoris lata, itaque electio nisi a reo factæ supplicandi iustum pretium, cum possit potius eligere rescissionem contractus, quam supplere iustum pretium: Pars enim sunt actionem natam non esse, vel non apparere esse natam, in lege, ff. de contr. emtion. non enim supplementum iusti pretij peti potest, quo vsque reus condemnatus sit in actione proposta, & elegerit potius id supplere, quam contractum rescindi: Ergo nec antea currit tempus petendi gabellam illius supplementi ex prædictis regulis, quæ habet, quod impedito agere, non currit præscriptio.

SVMARIA.

1. Prescriptio an currat contra gabellarium impeditum agere dolo aduersarij? & n. segg.
2. Impedimentum causatum culpa venditoris non nocet.
3. Occulta traditio, & possessionis apprehensio fraude facta ne in notitiam retractandi ius habentis perueniat, ei non nocet, & idem respectu gabella non petenda, probat num. 4. & generaliter ex alia quacunque iusta causa, n. 6. & 7.
4. Cuius aliquid facientes censentur habere malam fidem, neque ignorantiam, aut errorem allegare possunt.
5. Venditores non tenentur notam facere venditionem gabellaris post facta præconia, non vero antea.
6. Gabellaris si tempore debito interrumpit præscriptionem, post tempora requisita ad petendam gabellam eam petere potest, idem si fuerit impeditus interrumpere præscriptionem facto aduersarij tempore debito, ut in n. 10. idem si iudicij facti, secus si facti tertij impediatur, quia tunc, & c. ut in n. 11.
7. Interruptio præscriptionis contra gabellarium inducitur ex sola petitione extraiudiciali: ipsi, & n. 13.

14. Citatio an requiratur ad interrompendam præscriptionem duorum mensium induitam à lege Regia ad petendam omiffa in iude.

QVÆSTIO CXXIII.

An contra gabellarium impeditum, agere dolo aduersarij, currat præscriptio?

Quæro vterius circa casum ll. 19. & 20. tit. 17. hoc lib. 9. an tempus eorum ad petendam gabellam currat contra gabellarium impeditum agere dolo, fraudulente, aut metu, aliaue malitia, aut astutia, culpaue in faciendo confisfenti, venditori, vel permutanti in hoc directa, ut ipsos circumueniat? Et videtur quidem, hanc questionem formari non posse: cum enim venditoris teneantur notam facere venditionem gabellatõ, eique soluere gabellam intra quantum diem, nec non emptores intra tertium eidem intimare sub pena, de qua in l. 31. tit. 19. hoc lib. 9. hoc facientes liberantur, & sic cessare videtur nostra questio.

Nihilominus tamen ipsa locum habere potest antequam præconia dentur, de quibus in l. p. illius l. vel etiam post, quoties ipsa ignorantia procedit ex dolo, arte, vel facto aduersarij, scilicet, eius ad cuius commodum ignorans repellitur, hoc est, venditoris, vel qui huius ign. orantem tenebras, & caliginem oculis, animoque ipsius ignorantis offudit, id est, ita negotium textit, ita callide destruxit eo artificio composuit, vt animo non posset, aut certe vix posset, venire in notitiam illius, qui intra certum tempus agere, & petere debet, vel si in proposito, de quo agimus, venditor negaret venditionem, vel diceret eam conditionalem fuisse, conditionemque ipsius nondum extitisse, vel quod ipse non vendidit, sed quidam clericus, vel alias exemplis, tunc enim illi circumscriptio subuenitur, quia impedimentum causatum fuit culpa venditoris, l. cum proponas, C. de nunci. feno. l. qui officij in fin. ff. de contrab. empt. & in simili casu ex his iuribus ita probat Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 11. §. 13. gloss. 12. n. 6. ad fin. & cum eo Tiraq. de retr. lign. §. 35. glo. 4. n. 29. mire facient tradita in materia retractus per eundem Tiraquel. de retr. lign. §. 1. gloss. 10. n. 44. ubi quod si traditio, & possessio apprehensio alicui eliditina sint, vt de industria ita verifimiliter facta fuerit, quod sanguineus caperetor fraudulenter retractus, dum videtur venditionem conditionalem fuisse, sibi ob oculos ex composito obtulam, & cuius ideo retractandæ tempus non currit, ignorans autem traditionem occultam, non se ad retractandum accingit, potius tempus, vt fert contractus, non currit: proculdubio in hac specie nullus est, vel prudentissimus quisque, qui non hac specie veluti hamo non secus, ac pilcis caperetor: nemini autem fraus sua prodesset, aut patrocinari debet, l. 2. C. qui mili. non poss. lib. 12. & c. feris, & c. ex tenore de rescript. cum simi.

Si aliter namque diceretur, esset viam aperire fraudibus, cum id quotidie fieri posset, cui obuiandum est l. cum hi §. si cum lit. ff. de tranf. & quanto, de diuort. cum similib.

Hæc igitur omnia concurrunt in specie no. 4. sitæ questionis, & proculdubio eam decident. Y 3 quoque

quoque in fauorem gabellarum contra venditorem fraudulentiæ, ad quid enim id nisi ut lateat venditor, aut permutatio gabellarum, quo minus tempore a lege prescripto gabellam petat? ite, & ex hoc capite, quod veluti clam sit etiam post prædictam præconiam, magis præsumitur fraus & dolus, ut satis probatur ex libi quib. quæ est pen. C. de rescrip. vend. in l. ab Augst. verb. Non occulte, & ibi Baldus in §. not. C. mand. & in l. x. ubi fur. in §. uerum ibi, nec clanculo, sed publice: rursusque ibi, ne conuictio furis detegatur, C. de rescrip. & in l. ult. ubi, abscondit. machinationem, C. de leg. & in l. non existimo, ff. de administ. tut. & in c. quia propter ad fidei elect. & in c. consilium, & ibi c. consilium, & DD. præcipue Decius col. 3. vers. vlt. notandum, ff. de off. de leg. c. 1. & ibi glo. verb. Occult. quæ alios tex. alleg. vbi etiam Innocentius, & alij, vbi hoc est, & quod lateatur de re, & voluerunt DD. ubique, quorum plures congerit idem Tiraquel. de re. conuention. in præfatione, n. 1. & vbi n. 14. hinc est probat, quod qui clam aliquid facit, censetur habere malam fidem, neque ignorantiam, aut errorem allegare possunt, l. vlt. in ff. de ritu nupt. c. vlt. §. si quis vero, de clandest. nupt. quod & latius ibi aliter probat.

Idemque dicendum erit, si ad sint minz, metulve cadens in constantem vitium, impediens libertatem gabellarum, in petendo sibi iustitiam ministrari, non minus, quam in rebus futurijs, & vi possit, §. futurijs quoque iust. de usuc. quod etiam probatur argumento d. l. 9. ad fin. in vers. T. porque en algunos lugares de los señorios, Abadengo, y Ordesno no se cobra la alcavala con tanta facilidad, & C. Mandamos, & C. se pueda demandar en qualquier tiempo que demandar las pudiesen, y no se prescriba por causa de los dichos terminos, quæ quidem ratio alios similes casus, vbi adit eadem ratio, inclaudit, argumento l. cum pater, §. de testibus, ff. de leg. & vbi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio, l. illud cum similibus, ff. ad l. Aquil.

Tandem hæc nostra sententia principalis evidens sit ex decisione d. l. 31. tit. 19. hoc libro 9. supr. relata: Si enim, quicumque veniator, aut permutator tenetur ventilationem, aut permutacionem a se celebratam intra quintum diem gabellario notam facere, & in eodem termino eidem gabellario solvere, hoc omittens, quin potius prædictam fraudem scilicet committens, quo modo liberabitur per lapsum termini d. l. 19. etiam per longissimum tempus: Nullo modo profecto: imo in vitioque foro tenebitur solvere debitam gabellam quocumque tempore.

Poterit tamen proprius nostra quæstio proponi, & verificari eo casu, quo publicanus modum publicari fecerit præconiam in diebus, & locis præceptis ad l. 19. quod ipse sit talis gabellarum, prove facere prius tenetur ex dispositione dict. l. 19. quia post factum præconium, & non antea tenentur venditores notam facere gabellario venditionem, gabellamque ei solvere infra quintum diem immediate sequentem, vt probat expresse dict. l. 19. in l. 1. par. In ea igitur specie, quæ ante præconiam prædicta prescriptio causatur, non quidem simpliciter negligentia, & omissione gabellarum, sed facta malitiosa venditoris, aut emptoris, non quidem noceret gabellario ex supra adductis, præsertim ex doctrina Carol. Molin. sequitur per Tiraq. ubi supr.

Quod si gabellarius interruperit tempore

debito prescriptionem, poterit post prædictam tem-
pora gabellam petere expressa l. 20. in vers. Saluo,
& c. 11. 7. hoc lib. 9.

Idem t. erit si dum gabellarium vellet præd. præ-
scriptionem interumpere, fuerit impeditus litem
contestari facto aduersarij iuste, vel iniuste, quo-
cumque modo, tunc enim restitutione inuaditur
actor hic ex l. ait prætor. §. deinde cum lege, seq.
ff. ex quibus causant, t. idem si iudicis facto fue-
rit impeditus litem contestari, sed est, ff. eod. tit.
quod si factis tertij impeditur, damnus ipse solu-
net, si soluendum est, l. inde Neratius, §. 1. ff. ad
leg. Aquil. quod si soluendo non sit, restituetur
actor, l. quibus diebus in princ. & ibi Batt. ff. de
cond. & demonst.

Ad interrompendam autem prescriptionem in
hac materia gabellarum, sufficere petitio extra
iudicialis facta a gabellario coram testibus, sicut
ad interrompendam prescriptionem triennalem
salari famulorum, & alterius cuiuscunque debiti
sufficere probamus de iuramen. Confirm. 3.
par. c. 1. n. 2. cum seq. vbi id efficacissime demon-
strauimus, quod quod aliud simpliciter absque vilo
iuris fundamento dixerit Casala. de consuet. Burg.
rubr. 4. §. 2. n. 11. in vers. Sexto limit. fol. mihi
200. col. 1. nemp, quod licet ad constituendum
quem in mora, sufficit interpellatio extra iudi-
cialis: non tamen quod ad interrompendam præ-
scriptionem, quia istud non reputatur iure cau-
tam, sed quod ad minus requiritur citatio, libelli
oblato, vel litis contestatio, iuxta glossam dicit
ordinariam in l. cum notissimi. C. de prescrip. 30.
ann. & per DD. in l. ff. de eo per quem factus est, &
est glo. verb. solum conuentionem in d. l. cum notissi-
mi princ. ibi: & dic per solum, id est citando
cum: t. sed respondemus, tex. illum hoc non
dicere, nec probare, sed tantum, quod per solum
conuentionem interrumpit prescriptio debiti,
nec de citatione vilius verbum ibi. Ergo sola quæ-
libet conuentione ad id sufficere, licet sit extrajudi-
cialis, cum generaliter loquatur ille textus. Alias si
aliud vellet, exprimeret, scilicet, iudiciale. Hoc
non fecit, igitur sufficit petitio extrajudicialis ad
interrompendam prescriptionem nondum finitam,
vt alijs quoque fundamentis tam iure
communis, quam iure nostro Regio expresso pro-
bamus ubi supr. Non est igitur periculosa nostra
præfata sententia, vbi supr. sed vera, & iuridica,
quamuis aliud dixerit abique discussione, & debita
consideratione Gironi, de gabell. 4. par. §. 2.
num. 18. qui tandem rationem compulsi, fatetur
ad notum casum de gabella, præd. nostram sen-
tentiam optime adaptari, & sic censet affirman-
dum, petitionem extrajudicalem factam a gabel-
laris coram testibus pro debita gabella sufficere
ad interrompendam prescriptionem, expendens
quoque pro hæc opin. verba l. fin. tituli 17. hoc
libro 9. ubi Saluo si el recandador hic, & alios
por la dicha prescripcion se interrumpa: sed in his
verbis minime declaratur, nec agitur in specie de
petitione extrajudiciali, sed tantum limitatur reg.
d. l. fin. quando gabellarius fecit aliquem actum
vel actus, per quos iure interrumpit prescriptio,
qui autem sint hi actus minime ibi dicitur: sed
deciditur in l. 29. & præcipue in vers. fin. tit. 29.
par. 3. ubi: Esto mismo feria, si el señor del dende se
lo mandasse delante de amigos, lo de auenidores, vt
adduximus ubi supr. n. 2. Et hæc pars vterior, &
tenenda est in indicando & consulendo, in super-
que est scilicet in animæ iudicio.

Sed quod magis obitare videbatur huic 14
sententia

sententia est doctrina Auend. c. 9. par. 6. in 2.
par. vbi tenet, quod prescriptio duorum mensium,
quæ a iure Regio inducitur ad petendam poenam
amissionem in libro, de qua in l. 10. tit. 7. lib. 8. non.
Coll. Reg. non interrumpitur, quamuis offeratur
libellus intra duos menses, si tamen non
emanauerit citatio, & incipietur, diximus lib. 2.
Prædic. q. 89. n. 1. & nos citans, idem probat Arce-
ued. in d. l. 10. n. 7.

Nihilominus tamen hæc sententia, quamuis
vera in se sit, nihil tamen nobis in proposito
obest, quia nos agimus de interruptione prescrip-
tionis debiti, vt ipsa prescriptio interrumpatur
per petitionem extrajudicalem, ne quis re sua
primetur indebitè: illa vero opinio Auend. & se-
quacium agit de petitione poenæ ex delicto, &
causa criminali incurrere, quare merito, vt prescri-
bitur facilis, nec interruptio inducatur per libelli
oblationem, nisi etiam emanauerit citatio, & parti
intimetur, quia cum sit poena, ad idola, ac proin-
de prescriptio continuatur aduersus poenam secus
vero quando agitur de prescribendo debito, tunc
namque interruptio merito debet per solum peti-
tionem extrajudicalem, ne debitor mala fide cum
iactura aliena locupletetur.

SVMARIA.

- 1 Poena imposita in materia gabellarum per leges
huius Regni multiformata sunt, nemp quatuor
modis, & n. 2.
- 2 Poena gabellarum pertinet ad conductores ear-
um, ad quos expectabat principale, licet in
condictione hoc non exprimitur, & pertinet ad
primum firmarium, vel iudicem, qui processum
inchoauit, non ad secundum, & n. 4. & 5.
- 3 Venditorum, & permutantium obligatio in ma-
teria gabellarum in pluribus consistit.
- 4 L. 31. tit. 9. lib. 9. nou. coll. Reg. que ponit la for-
ma, y terminos, en que los vendidores han de ha-
zer saber las ventas, y pagar el alcavala al ar-
rendador, & declaratur, ampliat, & limitatur hic,
& in n. sequent. pluribus modis, vido latissime
viquit ad n. 39. inclusiu.
- 5 L. 5. vers. mas si lo que se vende, tit. 17. lib. 9. nou.
coll. Reg. par. 1.
- 6 L. 1. 3. & l. 26. tit. 19. lib. 9. nou. coll. Reg.
par. 1.
- 7 L. 3. tit. 20. lib. 9. par. 1.
- 8 L. 1. tit. 17. lib. 9. par. 1.
- 9 Supponens venditorem personam exemptam a
solutione gabella, probata fraude, amittit rem sic
venditam.
- 10 L. 18. tit. 21. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 11 L. 19. tit. 17. lib. 9. par. 1.
- 12 L. 10. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 13 L. 11. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 14 Ley 6. & 8. & l. 11. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 15 L. 29. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 16 L. 29. tit. 19. lib. 9. par. 1. & n. 5. & 54. & 55.
- 17 L. 20. & 27. tit. 19. lib. 9. par. 1. & n. 55.
- 18 L. 22. cum seq. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 19 L. 17. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 20 L. 16. tit. 19. lib. 9. par. 1. & n. 60.
- 21 L. 14. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 22 L. 1. 2. 3. 4. 5. 7. & 15. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 23 L. 17. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 24 L. 29. tit. 19. lib. 9. par. 1.
- 25 Al dicho solo del corredor, o comprador, con iu-
ramiento, siendo hombre de buena fama, en raz on
de las ventas, y compras para en quanto a la ul-

- 26 capula se ha de estar, & declaratur n. seq. scdm. con-
tra gabellarium, vt in n. 72.
- 27 Dicho vnus testis etiam præclare multoties
regulariter non est statum, præter quam in
casu præcedenti, quoad exactionem gabella, vt
in n. 66.
- 28 Proxenetæ an possit esse testis regulariter,
quod non fallit, quoad debitum gabella, vt
in n. 68.
- 29 Testis vnicus de factis proprio, an pleno probet:
quoad exactionem gabella statum dicto solius em-
ptoris, vel proxenetæ, vt in n. 70.
- 30 Dicho aliorum præter emptorem, & pro-
xenetam non statum, etiam quoad exactionem
gabella.
- 31 Aequalitas licet regulariter in iudicio seruan-
da sit, hoc procedit, quando correlatiua pariformi-
ter se habent, aliam secum.
- 32 Dicho emptoris vel proxenetæ quoad solutionem
gabella, tunc standum est, quocumque de venditione
constat, dubitatur tamen de certa pretij quan-
titate, aliam secum, & n. 75. fallit in casu de quo
n. 76.
- 33 Testimonium vnus ex contrahentibus ad-
ductis in testam in fauorem gabellarum affir-
mantis fraudem interuenisse, an sit sufficiens?
& n. 79.

QVÆSTIO CXXIV.

Rubrica: De diuersis poenis in materia
gabellarum. De obligatio-
ne venditoris.

Quæto, qua sunt poenæ a nostris Gabellarum
in materia gabellarum impositæ, & ad quem
pertineant, & de obligatione tam venditorum,
quam emptorum, & aliarum personarum, & sub
quibus poenis? Et quia materia hæc legibus nostris
materna lingua editis decidenda est, vt clarius &
expeditius loquamur, & intelligamus hanc quæ-
tionem, & sequitur. eadem patria nostra lingua
exponam, præter ea quæ iure communi deci-
duntur.

Las penas que estan puestas en esta materia
de alcavalas por las leyes Reales, son en qua-
tro maneras: unas estan puestas a los vendedo-
res: otras a los compradores: otras que tocan a
terceras personas: de las causas y razones por que
se ponen estas penas, se sacara que cosas son aque-
llas a que todos estas estan obligados a hazer, y de
baxo de que penas como en particular diremos de
lante.

Las penas pertenecen al arrendador, a quien
pertenecen lo principal, que es el alcavala, aunque
en su arrendamiento no se diga, ni declare, assi lo
tienen Cyn. Bal. y otros autores in c. 1. §. de feud.
cognit. y Salicet. in l. si quis, C. de uel. & commis.
Ang. y Alex. in l. si quis id quod n. 22. ff. de iuris d.
omni. ind. Bald. in rubr. de rer. diu. & in l. si quis sine
C. de uel. & Boet. decis. 5. n. 18. cum seq. vbi tractatur
de communi, nemp, quod ad primum iudicem,
qui processum inchoauit, vel firmarium pertinet
emenda, & emolumentum pronouens ex male-
ficio, non ad eum, qui processum terminauit,
& latius Aules in c. 15. Prag. gl. 1. n. 35. & 36. &
& loquens in decima exsequenti, quod pertinet
ad primum exsequutoem, non vero ad secundum
affirmat Auend. lib. 1. de exsequend. mand.

Notificatio ergo, & denunciatio vnus ex pluribus sufficit, dummodo solutio in eodem termino fiat.

32 Si autem confortes prædicti vendiderint, vel emerint singuli suam partem non pro indiuiso, sed diuisa, & distincte vnico etiam pretio, non sufficeret notificatio vnus, quia non est vna venditio, sed plures vt voluit in similibus terminis Carol. Mol. d. 5. §. 4. nu. 37.

33 Nonio limitator d. l. 31. vt non procedat, quoties ante perfectam venditionem, vel permutationem consentium fuerit inter venditorem, vel permutantem, & gabellatum de certa quantitate soluenda ratione gabelle vt fieri per sepe solet: tunc n. licet intra dictos quinque dies, præfixumve tempus à partibus quantitas contenta soluta non fuerit, non ideo poterit gabellarius, quicquam amplius nomine gabelle petere, quam à principio conuenit, vt soluetur, nisi aliud inter eos expresse conuenisset: dupli tamen poenam bene poterit exigere transacto termino d. l. 31. vel alias si inter eos conuenio solutioni gabelle assignato, de quo tamen dubio cum sit poena, & hæc sit referuata in venditione, vt probat Lall. de decim. vend. c. 18. nu. 36. & nu. 37. adit, & quod qui semel incurrit poenam, d. l. 31. non euitabit eam, quamuis ante sententiam in iudicis debitam gabellam soluat, seu affectat, iuxta l. 8. in vers. T mandamus. tit. 7. hoc lib. 9. vt supra diximus, quæ lex hoc decidit, quando res fuerit iam deducta in iudicio. Pero confessor dolo antes la parte, manda la dicha ley, que se pague la alcuala con mas lo que montare en la mitad de ella, & innot autem euitabit d. poenam, qui contra eam l. vel aliam quamecumque commiserit in omittendo, poterit enim restituat, vt ex l. si ex causa §. pen. ff. de de minor. tradit in terminis D. Castil. in l. 1. Tunc. fol. 18. quæ refert, & sequitur Lall. d. c. 18. n. 8. & Azenu in d. l. 31. nu. 6. 10.

34 Decimo limitari debet decisio d. l. 31. quoad poenam dupli, quoties venditor, vel permutator sic subito mortuus fuerit, post venditionem, vel permutationem, vt nulla ei culpa imputari possit propter non solutam gabellam, vel non manifestam u. c. utrum eo quod morte intra legitimam quinque dierum dilationem præuentus, manifestare, aut solvere non poterit, nec debuerit, nec etiam eius venditionem ignorans non soluisset, aut manifestasset intra præfixum tempus d. l. 31. tunc enim poena illius l. proculdubio non debetur, quia dolo, & culpa defecerunt: & qui regulariter vt poena committatur in fraudatione gabelle requiritur, vt resoluit Roland. à Valle consil. 42. n. 15. lib. 3. post Abb. consil. 68. in 1. part. quos refert, & sequitur Menoch. consil. 98. n. 22. lib. 1. Andrieo. Gail in obseru. Imperial. lib. 2. obseru. 43. n. 27. & Azueo. in d. l. 31. n. 12. ad fin. & est communis sententia secundum Lallat. d. l. c. 18. n. 46. & 47. per totum, ubi ex hac communi sententia præstatam decimam limitationem in terminis d. l. 31. probat, & tenet, & quamuis alias, venditor occultante gabellam, fraudeque, & dolo eam non soluente contra prohibitionem d. l. 31. & aliarum legum eiusdem tituli, & libri, & ab hac vita decedente, poena prædicta transit ab eius heredibus, vt licet venditor, si viuat, ita & eius hæres poenam solvere teneatur, ex l. fraudati §. l. commissi ff. de public. & iurige. ex quibus ita tenet Abbas ubi supra. num. 46.

Si tamen venditor non fuisset in culpa, vt 39 præmissis, quamuis eius hæres sciens, & volens, gabellam non soluerit, legis poenam non incurret, quod eo ipsa expresse loquitur de venditoribus, arque ideo cum sit penalis ad eorum hæres extendi non debet, secundum Lallat. ibid. n. 48.

Lo 1º segundo, y principal, el vendedor, que sea a entregar la cosa vendida fuera del lugar de estada quando la vendio, deus, y ha de pagar la alcuala en el lugar donde tenia lo que así vendio, quando se otorga la venta: solo si el tal lugar es franco de alcuala: porque en tal caso la alcuala de esta venta se ha de pagar en el lugar Realengo, donde se entregare: y si el lugar donde se entregare no fuere Realengo, sino de señorio, de que su Magestad no cobrara alcuala, se ha de pagar en el lugar Realengo mas cercano del tal lugar de señorio donde se entregare, con el quarentario del alcuala: y que no sea escusado de la pagar aunque mesero que la pago en otra parte: esta es la ley quinta, en el veltic. Mas si lo que se vende, es de señorio, de que arriva en otras quisiones auenias tratado largamente, y assi nos remissos a ello.

Lo tercero, que los que vinier a vender pan, o semilla a qualesquier ciudades, villas y lugares, para vender se, lo lleuen, y pongan en el albondiga donde la oviere, y donde no la buuiere, a la plaza, y lugar donde se suele, y a costumbre a vender el pan, y si no le ay acostumbrado, que lo sea en la justicia, y Regidores, y allí lo vendan, y no en otra parte, y que en el camino basta llegar alli, lo compre persona, so pena que pague el vendedor la alcuala con el doblante, y los compradores no lo compren en otra parte sola dicha pena: assi lo dispone la ley. 13. tit. 19. deste lib. 9. y la ley. 16. del mismo tit. y libro manda, que los paños, y sedas se vendan en las alcacerias, y lugares para ello deputados. T que si siendo requeridos los mercaderes, vendieren fuera de los dichos lugares, lo pierdan, o su justo valor, para los arrendadores de la renta de los paños.

Lo quarto, el vendedor, o comprador, que vende, o compra en ferias, que los señores haçen por su autoridad, o los concejos de los lugares, pierden las mercaderias, y bestias, conforme a la l. 15. tit. 20. deste lib. 9. T los que venden en feria donde ay quita de toda la alcuala, o de parte de ella, aunque sean sean fechos por autoridad Real, no siendo asentada en los libros Reales de lo saluado, denen la alcuala donde son vecinos, y tambien los que compran conforme a la ley 4. del mismo titulo, y libro.

Lo quinto, los que venden poniendo nombre de 43 empenos, o de donacion a la venta en fraude de la alcuala, o ponen menor precio de aquello que reciben, o hazen otras fraudes, por encubrir la dicha alcuala, la denen del verdadero precio, que interueno con mas el quarentario para el arrendador, l. 1. tit. 17. deste lib. 9.

Lo sexto, si el vendedor, por de fraudar la alcuala, haze que suene la venta de persona de elerigo, o otra esenta, fingiendo el vendedor, si se proua el fraude, pierda la cosa que vendio, l. i. tit. C. de amon. & tribu. lib. 10. Barr. in l. C. de nauig. non excus.

Lo 7º septimo, si estando cerradas las puertas de 45 la ciudad, villa, o lugar de noche, los que enuien las haues dexaren entrar mercaderias, han de pagar el alcuala de ello con el doblo: y los que metieren

metieren y sacaren las dichas mercaderias, y paños, y otras cosas despues del tiempo, lo tienen perdido por descominado para los arrendadores de las alcualas: assi lo determina la ley 21. del tit. 19. deste lib. 9. T en los otros tiempos en ningun lugar se pueden meter, ni sacar mercaderias de noche, sin licencia, o presencia del arrendador, lo pena de pagar la alcuala con el quarentario, la ley 18. del mismo tit. y libro.

Lo octauo, y a diximos arriba en la 4. limitacion del 1. c. de lo que son obligados a hazer los vendedores, & c. quando, y en que tiempo, y debajo de que pena, han de pagar los carniceros, la alcuala de su carniceria, aia, a qui se puede boluer ver, y procede, aunque la carne sea agena, como los que venden el vino de otro, l. 16. tit. 17. deste lib. 9.

Item, el carnicero es obligado a pesar las reses en la Romana del arrendador, antes que las gaste, si es suuente puesto, so pena de la alcuala, y mas por cada res tener cinquenta maravedis, y por cada mayor diezientos maravedis, l. 10. tit. 19. lib. 9.

Item, el carnicero es obligado a dar cuenta de la corambre de las reses, por el libro del Romavero, y pagar la alcuala en los terminos, y con las penas contenidas en las leyes, que hablan acerca de la paga de las alcualas: y no puede llevar la corambre a vender a fuera parte, sin auisar al arrendador, para que haga irramento, y declare adonde lo lleva, y que no lo ha vendido, ni tiene hecho sobre ello concierto alguno, ley doce, titulo diez, y nueve deste libro nono.

Los carniceros han de manifestar al arrendador el ganado que compran en la forma, y so la pena, que se contiene en la ley sexta, y siguientes del tit. 19. deste libro nono: y si el tal carnicero escriuere por suyo el ganado que fuere de otro, y no suyo, ha de pagar el alcuala de ello al arrendador del ganado vino con el quarentario, l. 8. ad fin. tit. 19. lib. 9. Excepto los carniceros, y rastroeros de las ciudades de Seuilla y Cordona, que si algun ganado mostraren, o registraren, que no sea suyo, lo pierden por de cominado, y si para el arrendador de la carne, o el justo valor de ello, ley onze del mismo tit. y libro.

Item, ninguno puede matar carne para vender, salvo en la carniceria publica, y no en otra parte, y no ha de entrar la carne, sino es por la puerta señalada por la justicia, so pena de ser perdida, l. 9. tit. 19. lib. 9.

Item, los que traexeren ganados, y paños, y mercaderias a las ferias, son obligados a requerir por ante escriuano, y registros a los arrendadores, fieles, y cogedores de las alcualas, haziendolos saber las cosas que traexeren, el mismo dia que llegaren, y en su deshecho en su cosa, y antes no pueden vender, so pena de pagar la alcuala con el doblo, l. 19. tit. 19. lib. 9.

Item, los mercaderes no pueden vender sus paños, si no escriuieren primero señalado con el sello del arrendador, so pena de auerlo perdido, l. 10. tit. 16. deste libro 9. T si algo encubrieren, lo pierden, l. 27. del mismo tit. y libro.

Item, son obligados los mercaderes quatro veces en el año, de tres en tres meses cada vez, poco mas, o menos, siendo requeridos por los arrendadores, fieles, o cogedores, a dar cuenta de lo que han vendido, y pagar la alcuala de ello, so la proteccion que contra ellos fue fecha, con satisfacion, y moderacion de la justicia. T tambien han de pagar la alc-

cala de lo que no mostraren, porque aquellos ha de ser auido por vendidos, la misma ley 29. del tit. 19. lib. 9.

Item, los que traen mercaderias a las ferias, son obligados a lo notificar a los arrendadores el dia que llegaren, so pena de pagar la alcuala de lo que así vendieren, a quel di antes de hazerlo saber, con el doblo, la dicha ley 29. tit. 19. deste libro 9. T Quod si mercator tenet negauit merces emtas, vel fallo pallificauit intra legitimum diei tempus, de quo in d. l. 29. & l. 27. eodem tit. le ipsum cortex u. & veritatem manifestauerit, cuitabit penas illatum legum, vt ex Bal. consil. 34. vol. 3. probat Lallat. d. c. 18. n. 33. & Azueo. in d. l. 27. & 29. n. 1.

Item, el arrendador puede poner guardas a las 56 puertas de las tiendas de los mercaderes de paños, y otras mercaderias, y en los otros lugares donde se vendieren: las quales escriuano lo que se vendiere, para que se pueda saber quanto monta la alcuala, y la puedan cobrar: y ninguno puede poner embargo en ello, so pena de mil maravedis por cada vez, l. 22. del dicho tit. 19. lib. 9. T el arrendador puede tomar cuenta al mercador por su libro en cierta forma, y so la pena contenida en la ley 13. luego siguiente: lo qual ha lugar, aunque el mercader sea extranjero, l. 24. y la pena en que incurra el mercader, quando el libro por donde da la cuenta no es verdadero, pone la ley 25. luego siguiente.

Item, los vendedores de la bilaza de Zamora, y 57 Palencia, la han de vender en el lugar señalado, so pena de descominado, que es ser perdido para el arrendador, l. 17. del dicho tit. 19. lib. 9.

El vendedor de vino por menudo es obligado a 58 pagar la alcuala dentro de tres dias despues que se acabe la cuba, o tinaja, si antes no se le pide, so pena del doblo, l. 16. del dicho tit. 19. adonde largamente se trata dello.

El que metiere de fuera es obligado a lo meser 59 por las puertas, y lugar señalado por los concejos, justicia, y Regidores, so pena de ser perdida la quarta parte de ello para los arrendadores, y es obligado a lo dexar registrar, y despues dar cuenta de ello, y de lo que se hizo, y pagar la alcuala de ello, descominando lo que diere, y buuiere, l. 4. del mismo tit.

Item, el vendedor del vino por menudo es obliga- 60 do a lo pregonar, so pena de la alcuala, y el doblante de ella, d. l. 16.

Los vendedores de carne, vino, y Azeite de Seuilla son obligados debajo de cierta pena a diez cosas, que se contienen en las leyes primera, segunda, tercera, quarta, quinta, onze, y quinze del dicho tit. 19. lib. 9. en ellas se pueden ver.

Los que tuuieren por trato de obrar qualesquier 62 paños, los han de registrar ante el arrendador de la renta de los paños, y a lo pagar la alcuala, conforme al registro que oviere hecho, aunque dixan, que los vendieron fuera de los lugares donde los obraron, y buuiere, so pena de la pagar con el doblo a los arrendadores de su Magestad, salvo si dentro de tres dias no mostraren testiforio señalado de escriuano publico, tomado por mandado de juez, y irramento de ambas partes, en la firma, y legua, y como lo dispone la ley 17. tit. 17. deste lib. 9. con la limitacion, y declaracion en ella contenidas.

Otras muchas penas ay por otras leyes Reales, y puestas contra los vendedores en otros calos, que por esta prolixidad no se refieren aqui, y se

se podrán ver por las dichas leyes, pues no ay cosa nueva que adovir, ni apuntar sobre ellas.

63 Solamente se deve considerar la decisio singular de la ley veynte y ocho, iñiulo diez y nueve deste libro nono, que dispone, que el corredor por cuya mano se hizieren algunas ventar, y trueques y los señores, y ruididores, que algunos paños sacaren para algunas personas, y los moines que cratan las ventar de los vinos arrabados, sean obligados a hazer las saber al arrendador, o fiel, o cogedor de la alcauala hasta segundo dia, deste el dia que se hiziere la venta, o trueque, so pena, que por la primera vez sea obligado a pagar el alcauala sola, y por la segunda, que la pague con el dos tanto: y por la tercera con el quatro tanto.

64 Item, dispone la dicha ley veynte y ocho, que si el arrendador, o cogedor los traxere en prueva contra el vendedor, o comprador, que valga todo lo que dixere, siendo hombre de buena fama, sobre juramento que le sea tomado, aunque no ay aude otro testigo. T assi mismo sea creydo el comprador, siendo hombre de buena fama, con juramento que haga, en forma devida de derecho, aunque no ay otro testigo, y valga lo que dixere.

65 Circa cuius legis intellectum, & praxim plura sunt consideranda, & observanda. Primo, quod licet regulariter, secundum ius commune, vnus testis testimonium, & responsio non audiatur, etiam si praxite Curie honore presulgeat, vt in l. iuris iurandi, & in l. i. de testib. l. 32. ad med. tit. 16. par. 3. Petrus Duennas in regula. 84. latissime cum ampliationibus, & fallentis Prosp. Farinac. in 2. tom. questionum criminalium, quæst. 63. cap. 1. num. 1. cum sequentibus, fol. mibi 324. cum sequentibus: Ad exactionem tamen gabelle vnus mediatoris, seu proxenetæ, aut solius emptoris dicto in iudicio per gabellarium adducti, standum est, vt statuitur in d. l. 28. in 2. par. quam ad hoc vt notabilem allegant Aucendan. prima par. cap. 1. numero 18. versiculo, in materia custodia, c. Prat. Lassart. d. l. 28. num. 74. & Azueed. d. l. 28. n. 1.

67 Secundo, quod etiam maxime controuersum sit in iure communi inter glossas, & Doctores, vtum proxenetæ possit esse testis in negotio, in quo fuit mediator, & tandem communior sententia sit negatiua, quamvis affirmatiua sit etiam communis, & multo verior, vt latissime cum plurius ampliationibus, & limitationibus prioris sententia negatiua, resoluit Prosp. Farinac. in 2. tom. questionum criminalium, de opposit. contra testes, quæst. 60. illatione 16. per totam, fol. mibi 280. cum sequentibus: Attamen in proposito nostro exactionis gabelle statit solo dicto emptoris, vel proxenetæ a gabellario in iudicio in testem producti, vt in d. l. 28. cauetur, cum requisitis de quibus in ea.

